ANNALIVM ALMÆ

ACADEMIÆ

CRACOVIENSIS

N. Inw. 226

Rest. Jan Wyżga 1933. Brzegi i grzbiet podklejony skórą nową.
Nowe wyklejki.

EE. I
I.

1125

✠

ANNALIVM
ALMÆ ACADEMIÆ CRACOVIENSIS
CENTVRIA I.

AVTHORE

M. MARTINO RADIMINSKI

Collegii Maioris Professore

Sacræ Sedis Apostolicæ D. N.

PROTONOTARIO.

1

+

V

Casimirus II Poloniæ Rex secundo omine inter Magna Orbis Universi no:
mina, uno omnium gentium ac populorum ore ac judicio, nec vana quorun:
dam adulantium aut metu extorta voce, nec ementita Virtutum specie quæ
velut stilla roris in mari Ægeo evanescit. Unus ex Poloniæ Principib
insertus, ardentissimi amoris in Patriam nomine, grande et invidendum
à multis elogium mihi promeruisse videtur. Etsi enim factis ma:
gni nomen ad amussim exæquabat, charitate tamen oēs Reges quos tellus unquam
Polona tulit et zelo singulari erga Parentem suam præcellebat. Nam
licet vicinos Principes Justitiâ et æquitatis librâ, Barbaras verò gentes
quibus fines nri undiquaque circumcincti sunt, terrore intra limites
quemque suos contineret atque bonis pacis frueretur, nihilo tamen minus
ut Ætna fervens nec quietem nec terminum amoris capiebat. Eo
enim studio in eam ferebatur ut in ipsa ornanda, sive eius deserta
et inculta sola vicis pagis colonijs repleret, sive Civitates mœnib
cives legib firmaret populisque fundaret, sive Musas et Studia quæ
Deus admirabili et arcano suo consilio cum imperijs transfert in Po
loniam tanquam ad sedes proprias traduceret, nunquam tamen sibi
suis propensissimo ac benevolentissimo voluntati faciebat satis.
Quidquid enim honorum provinciarum illi addixisset plus adhuc
sibi conferendum superesse existimabat donec florentibus tunc in Eu:
ropa Regnis regnum suum auctum æquale vel saltim non inferius conspice
ret. Quod sane factum est. ac Lechia quæ olim infamis sub Lechu
è tenebris et pulvere caput primum extulit et lucem aspexit quæque sub
Mieczislao singulari DEi benignitate lumine fidei illustrata effloruit
Sub Boleslais Chabro Crivousto audacter aquilas suas longè lateque
circumtulit Sub Casimiro magno nonnisi famam adepta per ora
hominum volitare seseque ipsa tanquam altera Mater Deûm Cybele
Centum turrita per urbes circumspicere cœpit. Cum regnum omne
quod literis caret apud cultiores populos et gentes tanquam barbarum
nullam claritatem habeat nec in numerum humaniorum Politiorum veniat
jam verò hæc ex campestri et sylvestri urbana, ex sagata Togata
bellacique mente mansueta Musis amicissima esse audijt. Polonia
Felix est in hac nominis sui augusti amplitudine propaganda Casi:
mirus noster eos principes, qui maiorem laudem esse deputarunt
ex conditis potius quam eversis urbibus et provincijs nomen Magnum
consequi, legibus potius quam ~~armis~~ gladio inclarescere, et literarum ma
gis quam armorum splendore in oculis omnium lucere. Quibus in
rebus plerisque eiusdem cognominis Regibus palmam Casimirus
præripuit. Nam illi aut singulas aut paucas condiderunt, non pau
cas suppressis antiquis, de suo nomine fundatas Civitates, nominaque
re præceperunt. ipse verò ut nomini cuiusque, ita plurimarum in
regno suo Civitatum conditor extitit liberalissimus. Illi duæ an
tiquissima ad Cracoviam, sua fundamenta et jura Civitatum debent Kazimi
ria, Alteram ultra Istulam Circa vetustissimam D. Michaelis fanum

5

rere D. Stanislai Martyris nobilitatum, quod amplissimis muris cinxit
et de suo nomine Casimiriam nuncupavit, alterum circa Basilicam Ca
simiri sanctissimi D. Floriano Martyri sacratum. Cui nomen à D. Tutelare
qui eo loci delatus subsistit Florentiam nominari voluit, nunc vulgo
* unde Clepardiam dicit. Ab eius munificentissima manu Velicia
Scauinia Landskorona, Olcusium Bendzinum Lelovia Crepicium Vislicia
Szydlovia Radomia Opocnum Vanelnicia Lublinum Sieradia Solec
Zavichostum Nova Civitas, Calissium Pysdry Stanisinum Kaslum
Velunum Miedzyrecum Ostrzesovia Crusuicium Zlotorya Duzetec
Bidgostia, Petricovia Bresnicia Lancicia Juni Wladislavia Plocia
Leopolis Premyslia Sanocum Crosna Lubaczovia Trebovla Halicz
Civitates aut fundatas, aut ex ruderibus exhaustas aut muris vall
sinis ornatas aut domibus et palatiis auctas, vitam et splendorem ac
ceperunt, Ad eandem urbem porro et Regni munitionem multis refertam arces mu
nitissimas Landscoronensem Lelovien Crosinen Kiepitomiren Opcon
Crepicen Sendomirien Vislicien Radsimen Lublinen Solecen K
ninen Medzyrecen Ostrzesovien Boleslavien Siradien Bresniren
Lancicien Plocen Leopolien Premyslien Sanocen Cosien Ge
latere cocto aut lapide quadrato ab eodem sunt constructas et quod primo
loco ponendum erat ad cultum divinum et honorem divorum aedes
sacras plurimas ab ipso templa immenso arte mirabili per universam
Poloniam sunt fabricata Deo consecrata, in quas notabili
res D. Michaeli Caelestis, et D. Georgio terrenae militiae Principibus
in arce Cracoviensi ~~duo templa dicata~~. Dei Matri Virgini Sando
miris et Vislicie D. Sigismundo Plocie Basilicas. Eccl. item d
Heuind. Casimiriensis Syllovien Solecen Copiunicen Petricovien
Patrum dicatas Lancicien Kcolocinen etc. et quadro lapide
Sculpturis artificiosissimis exornatas autoris fundatoris detaliter
sui munificentiam plane regiam loquuntur ac et Collegium Aca
demicum Casimiriae sub muro versus Orientem in loco plano et
spatioso ad mille et amplius passus in omnes partes se protendens

Collegium Academicum Casimiriense cingit.

Denique exhaustum domusque pulcherrimas multorum incolarum capaces
Lectoria item et primas literarum officinas pro cohabitatione Do
ctorum et Studentium opere non vulgari aedificatas continens
ubi nunc Recutita gens suam Civitatem satis amplam habet
nec vestigium illius praeter memoriam apud Historicos Dlugossium
et manuscripta quaedam quae inspexi, relinquens loci Academiae. Sed
Rex illud minus est imo longe luculentius Casimirianae in
Patriam Charitatis argumentum Leges nimirum quibus per Sar
matiam judicia exercentur et populis jura dantur ab eo conditae
et conscriptae. Quid enim sunt opulentissima et frequentissima
regna sine justitia? nisi ut inquit augusto ore Augustinus Ma
gna latrocinia. Causae autem et lites retro actis saeculis in Re
gno hoc amplissimo, arbitrio potius bonorum virorum, stylo iudi

et consuetudinibus quam certa justitiæ forma terminabantur
quæ cum hominum vitio saepe a veritate deerrarent ad tollen-
dam omnem in judicijs quæ ex affectibus odij vel amoris oriri
poterat pravitatem ut aequa et eadem esset omnibus Sancta Justi-
tia Certa Statuta Codice legum comprehensa descripsit quibus
tantum beneficium Universo populo praestitum est quantum aut
gratia divina in genus mortalium potuit conferre aut quan-
tum mens humana a Supremi principis Clementia potuit expo-
stulare, Eorum enim vindici observantia Pax hactenus externis
inter subditos est restituta et inimicitiæ omnes quæ gliscebant,
sublatæ, Ac ut ipse Rex bonorum tutor et defensor Malorum
vero Vindex et ultor semper extitit Severissimus: ita ab eo
omnes constituti judices ex praescripto legum suarum quosvis
obnoxios alicuius culpæ reperierunt, vel mores mutare, vel
solum vertere cogebant, ut brevi temporis spatio dives pau-
peri Dominus Subdito gravis esse dedisceret et omnes aequa-
liter justitiæ tramiti insisterent. Proscripta fuere latrocinia
Calumniis Vis, et malevolentia exulabant regno, ijs opposi-
tæ virtutes in hominibus conversabantur, ut illud vatis Sacri
dictum temporibus istis accommodari possent quod Veritas de terra orta
esse, et Justitia de Cœlo prospexisse, dicebatur:
Sola ad complementum felicitatis Polonis desiderabatur Philosophia
neglecta potius non invitata Palladis, quam quod intractabiles
* Polonorum indoles ac Musis incapaces essent Poloni quorum ea est indoles, ut omnes
formas facile induere et labore continuo ad arcana Scientiæ
penetrare, (modo velint) possint. Tum autem Plato Beatas
fore Respublicas prædicabat, si aut Philosophi regnarent, aut Reges Phi-
losopharentur. Intentatum igitur alijs Regibus opus ut erat ipse Sapien-
tissimus aggreditur Casimirus, ad manifestandam et illustrandam Sarma-
tiam Musas cum Apolline et altricem virtutum omnium Philosophiam
Divinarum scilicet et humanarum rerum Sapientiam ex Helicone Galli-
co, cum sponte sua, tum multis alijs permotus rationibus in Regnum
suum invitavit et traduxit. Nam praeter ingenia bona quæ ex lite-
ris proveniunt et quibus ornatissimam Patriam volebat, summa etiam
* eorundem suis subditis necessitati incumbebat. *Nullus siquidem ex Po-
lonis, ut tum vigebat Ecclesiastica disciplina ad Pontificium aut
insignius aliud Sacerdotium per Summos Ecclesiæ Pastores promovebatur,
nisi qui Doctoratus insignijs ornatus prius in aliqua Academia fuis-
set, Cuiusmodi titulos candidati Sarmatæ alieno sub Sole quærere
magno status vitæ fortunarumque suarum impendio debebant. Neminem
enim legum Pandectas, aut Theologiæ arcana aut Physices Secreta
Scientem jurabant, nisi se ad istarum Scientiarum Doctores et Professores

pro testimonio obtinendo contulisset. Ante omnia movebat Optimum
Principem indignitas, quam conceperat ex nonnullorum Ordinum Re-
gularium quorum autores Coenobiarchis, earum Dyni genti nostras pro
fessos monachos anathemate inhibebant ne alibi aut operam Theo
logiis quam in Gallia darent aut gradus litterarios Theologium in Pa
risina Academia susciperent. Fontem igitur Scientiae Gratae
Studium Cracoviis excitare decrevit, ne sub gentis homines alienos
Sectari magno cum jactura status et vitae necesse haberent.
Addebat animum Regi Jaroslaus Skotnicky Bogoria tunc Archidiaconus
ag et postea etiam Archieps Gnesnensis qui cum in Studio Bononiensi Rector
fuisset ob necem Anglici cuiusdam Studiosi Bononia Gratae Studium
alio transtulit, nec prius Sedibus antiquis restituit quam violatam
immunitatem Academicis poenas exolvissent et Bononienses maio
ra Privilegia Studentibus concessissent. Inchoandi autem in tota
posteritatem gloriosissimi huius operis ad manus Magnum Rex n.
dimisit occasionem. Cum enim Cruciferi ab iniuriis sibi inferendis
non cessarent nec Sententiis Arbitrorum Caroli et Joannis Hungariae
Regum acquiescerent ex S. C. Polono quaestionem apud Sedem Apostolicam
cam ire oportuit. De legatis cum multa et perplexa quaestio agi-
taretur Unus omnium consensu tanto par oneri Joannes Grotz Eps Cra-
ob singularem prudentiam et in Curia Romana experientiam est j
dicatus. Non denegavit Patriae suam operam Joannes ea spe
Medus quod per suam praesentiam apud Sum Pontificem, a Zuta
Archiepo tunc amissum ab aliis successoribus neglectum Metropoli
tanum honorem esset recuperaturus. Qui cum in viam se daret
a Rege in mandatis accepit, ut postquam feliciter negotium Regni peracte
1338 cisset. instantiam Academiarum Gallicanarum Parisiis et simul ali
quot Professores Legum et Philosophiae secum in reditu adduceret, impen
sis in itinere subministratis. et addita regio nomine quibus i-
pse [illegible] Professoribus remuneratione.
Polonum venissent regiis Professoribus, 134
Reversus Avenione Eps. Usum palliis Eccles Cracoviensis Praesulibus, non
metropolitanam quod ea jam ante alio translata fuisset dignitatem ob-
tinuit vero cum Judicibus Commissariis qui a Benedicto XII ad co-
gnoscendam et definiendam inter Regem Poloniae et Cruciferos causam
submissi erant Tres in Jure utroque et Philosophia praesentavit Profe-
ssores Professores quos Rex summo amore complexus omnia
necessitatibus in omnibus provideret. Regiis
Curatoribus qui eorum [illegible] commendavit }34
eosdem habere ut commendavit
Post duo ferme lustra, magnas industriis, fidei, laboris doctrinae Pro-
fessorum cum proventu litterarum Rex colligens fructus, ut eos propri-
faceret Poloniae et redderet, ad Religionis Christianae amplitudinem
et gentis suae emolumentum Comiorati Regni praesulibus et principibus
duos Professores Legum, Collegio Philosophorum ad aedes Virginias in Schola
amplissimas, Casimiriam in aedes amplissimas recenter a se extructas
transfert. casque tenendas possidendas Professoribus et Studiosis juventuti
tradit ac committit

Locum Academiam dici mandat. Lectores eorumq adscriptos
plena libertate frui iubet, Oes eos qui studiorum suorum et pro
bitatis egregia specimina darent, sperarenturq posse Remp. in
partibus sibi concredendis iuuare, ac rite gubernare, dignitatibus
ac honoribus litterarijs cumulari praecipit. Cancellarius Regni Academiae Cracoviensis Cancellarius tum et examinis promovendorum... fuit
Grata fuit multis Polonis ad armorum splendorem litterarum digni
tatem coniungere cupientibus noua Academiae ad Urbem instituta
ad quam adulta etiam aetate scientiarum qui veniebant viri
et se in disciplinam primis illis Praeceptoribus libenter commit
tebant praesertim sacris destinati. qui quod molestissima peregri
natione in exteras nationes pro testimonio in decretorum studio
essent liberati ingentes Deo et Principi gratias agebant.
Doctores autem suscepti liberali ex fisco regio pensionum
prouisione gravissimo oneri propter Dei et proximi amorem public
dis lucrandis ea vita ex Evangelica Xi doctrina institutos
litterarumq dabant praecepta ut ab ortu non scholasticum sed etiam
vitae non eruditionis sed et virtutis agnoscerentur Salores
* Erant enim ea aetate humani plerique plane sub iugum missi
vitiorum per populos et Regna late serpebant Haereses,
Schismata, et his congermana scelera. dignumq fuit scelus
edicente Brigitta Suetica Vidua Sanctissima, quod ignibus vel
undis suffocaretur ni Pietas infinita Clementissimi Redemptoris,
Poenitentiae mundi Conuersionem expectaret. Iure itaq diui
nae et humanae quibus homines seruarent. Philosophiam quo
inordinatis earum commotionibus affectuum frena ingereret. quam
diligentissime poterant Sarmatis discipulis Magistri Gallici tra
debant, permultum anxij quod Pacem et Quietem Musis amici
cam minime in Regno offendissent.

1345 Daniel quippe Ostrogiensis et Dasco Premisliensis Duces facti Polonis
rebelles Chanum Tatarorum in Poloniam concitauerunt, eo praetextu quod
Tributum seu Honorarium ex Russiae prouincijs Scythicae genti gratis
seruitij bellici dari solitum in thesaurum Casimiri inferretur, alio
diuerti pecuniam, et se eius gratia ab illa colluuie praedari. Experientes
una cum eadem coniunctis armis in regni prouincias interiores
ruebant. Eam tempestatem, pro virium inaequalitate finibus suis
amouere Poloni non valentes, Scuti loco hostes prohibere
satis pro interim habuerunt, vindictam in aliud tempus differentes.
1346 Idem furor Martis ad moenia Cracouiae sequenti anno exarsit
a Ioanne Rege Bohemiae ob Zeganensem in Silesia terram quam
sua esset nuper per Polonos vastatam, furentis. qui cum rui
meroso exercitu ingressus populatus fines, satis se felicem
moenibus urbis quod videre
mortuum despicabat, quod propugnacula
non poterat manibus palpasset, a ciuitatis lectore reiectus dum
sine ordine domum remeat ex insidijs a Polonis positis
turpiter fusus fugatusq est

1347 Utrumq Regni sui mansionem Rex iniustitie, quod tum per totam Poloniae
dicto judicium ex arbitrio et iuxta consuetudines non omnino laudandas
iudicantium dominabatur, et propter quam regna de gente in gentem transferentur
adscribens, ad aliquam Themidem solo deduceret, Leges justissimas
vocatis in partem laboris Iaroslao Gnesn. Ioanne Crac. Alberto Posn.
Matthia Vladislauiensi, nec non ex studio Cracouiensi legum divinarum
et humanarum Doctoribus, condidit, et servari mandavit, ad eamq verbis
bis planis et simplicibus conciunnandas, ne ulli interpretationi aut
cauillationi esset locus. id operae praestiterunt Regi Professores Academici
quod olim J.C. Trebonianus Justiniano Imperatori Institutionum
Iuris Civilis Conditori. Grotouius Bodzanta Epo Crac. fatis absumpto Petrus de Falcouo succedit et anno sequenti moritur.
Quibus diebus plebs Crac. pro institutione SS. Eucharistiae Xo Deo per B.
Granam solennes ducebat pompas, duo sacrilegi sub tempus grandioris
nemine aduertente ex aede SS. Omn. aures et opulentum visu simul cum
caelesti manna, auferunt ferculum Corporis Dnici. et Casimiriam ad
vestigia quondam villae Bawol atque loca hominibus infrequentem
deferunt, et furtum dum ablatum in lucrem proferunt. Thecam vero
deauratam ss non aurum lauerniosibus reddente et sacrum famen
illorum eludente, ne aliquo indicio proderentur, pixidem illam una
cum ssmo Sacramento in lacum caenosum abjiciunt, lutoq obruunt.
Non latuit sed enim diu sacrilegium. Panem qui de caelo descendit
circumfulgebant lumina caelitus accensa, quorum causa latente Ioannes
Groth Antistes Crac. indicto triduano jeiunio et supplicationibus Ecctis
ad lacum supplex descendit. Venerandum Xi Corpus sub specie Panis
theca inclusum, in caeno latens reperit, leuat, et in templo unde ablatum fuerat cum gaudio reponit. Insignis Miraculi memoriam Casimirus ad se pertinere ratus. Dehinc extruendae Basilicae in honorem
ssmi Sacramenti concipit, loco inventionis circumscripto. Calvo Sanctimonia ceteraq quo firmiora jaci possent surgentis molis in loco uligino
so et palude foetente fundamenta, agglomerat. primumq lapidem jacit
Impediebatur tamen multis ne coeptum opus perficeret, et per loci in-
quitate, et publica calamitate at nouissimis diebus Vl. Jagellonis Ecta
nunc inter Casimirienses primatum tenet Regis et plebis collectis absolutionem et ultimam manum accepit.
1348 Dira hic epidimia, quod non contactu, vel halitu sed aspectu infe-
rum sanos perimebat per Poloniam Hungariam Bohemiam Germaniam
adeo homines dispersserat ut alter alterius non auxilium implorare
vellet. | Petro Falcouio Auenioni inter sedem obtentam quidem fere vellet
pestiua morte sublato Bodzanta Comes itineris decanus Crac. per Clementem VI in Epm Crac. est consecratus. | d
1349 Bello quoq quod perfidia Ducum exciuerat in Russiam Mato liceat
vires omni potentia armis fractas fuissent ultroq subiti Lucouiensis Vladimiriensis Brestensis
Chelmensis in obsequium venissent. Victor tamen sine natura belli et infesta
hic victoriis pure formosa sua victus fuit Relegata pudicissima in arcem Zarnouiensem
Consorte illicitis veneri Opecini et Cressonis seruijt. Pie de offensa
et poena iminente monentem Epm Bodzantam habuit absq quod audiret
at eius noie adscriptos suos Ecctis homines affligeret.

Bodzanta potestate Clavium Regem sacris amovet, at nec sic mitio-
rem et sibi placatiorem imo ferociorem reddit, nam Martianum Bariczi
Baryczka Epi Vicarium litteras Excommunicationis Pontificis sibi deferentem in
Praeterfluentem Istulam detrudi mandat vel dissimulat
1350 Jaroslaus Gnesnen. Antistes coacta Synodo Calissii inquirens modos quibus
regem eo prolapsum temeritatis ad saniorem mentem revocaret et
a sevioribus prohiberet, praeventus est in divinitus castigando regno. Saepe enim
populus luit poenas quas Principum furores merentur, quod Ethnicus
ipse non latuit. Hos enim Hesiodi versus citat Aeschines

Unius ob culpam saepe urbs dabit integra poenas
Infandum spretis violat qui legibus inde
Supplicium immittit de coelo Juppiter urbi
Fumet et immittit miseris pestemque famemque
Strata jacent varia morientia corpora clade
Aut recidit fugiens victorem exercitus hostem
Aut ipsis solo merguntur in aequore mari
Fluctibus aut medijs poenas dabit obruta puppis.

Excitato enim hereditario hoste Lithuano ultus est Deus et violatum foedere
1351 Hedwigi et necem innocentis Bariczi. Jagello enim cum fratribus
Baryczka Lithuaniae Ducibus ingentibus collectis copijs, vastata omni ultra Istu-
lam regione Russiis munitiora Leopolim Brestiam Belzum Vlodimi-
riam occuparunt sine ulla sua clade victorias et spolia ampla refe-
rebant ope proditorum quorum duo erant Dominicanorum familiares
[?] quos hic nominare non est necesse, cum singularium ho-
minum crimina alijs inurere non debeant eiusdem gentis filijs.
Eorum unus universum exercitum trans Istulam, invento vado
ad Zawichostum positis in alveo ad indicia barillis trans-
deportaturum se spoponderat, quos extremam cladem Lithuanis
bono genio avertente piscatores rerum ignari invenientes
in voragines transtulerunt. Dum igitur proditor cum cohor-
tibus vadare flumen jubetur et cum comitibus fluctibus absor-
betur. Lithuani alteri proditorum in littore caput demetunt
et intacta Vistula onusti praeda domum redeunt.
1352 Rex tot hominum et provinciarumque clade, affectus in se descendit
culpam agnoscit seriòque commissorum poenitet ac ut sacris quam
primum restitueretur Albricum Cancellarium suum ad Summum Pontificem Clem. VI
transmittit. Absolvit Papa omni noxa confitentem reum cum iam
ipse de se supplicium cilicijs ieiunijs redhibitione ablatorum
multarum aedificatione et fundatione Ecclesiarum sumpsisset
Clementissimus quoque Deus benignè respexit Poloniam oculo
1353 quam cum fame castigare demissis in adultas segetes nivibus
decrevisset lento solis calore iisdem liquefactis et impinguata
gleba opimam messem agricolis ex spe concessit
1354 Sed et Masoviae Dux Semovitus qui se a Corpore Regni Poloniae
altero separaverat ad Regem tanquam caput unius Corporis Regni Po-
loniae redijt publico testimonio fassus se jure beneficiario Poloniae
principem esse Masoviae.

113

8

1355 Rex Curae Regni intendens, cum ipse sine prole mascula esset ne Regnum
post sua fata direptioni pateret diadema deferendum Ludovico Hungar
regi sororio suo censuit, modo ne ullis novis tributis Polonos gravaret.
Libertates Ordinum illibatas servaret, suis sumptibus ad ext. hostibus Remp.
defenderet et in ea praesens maneret.
1356 Ac vero a litigantibus provocationes qui eo jure uterentur Magdeburgu
ferent Supremum huius Juris Tribunal in Arce Cracov. apud Supremum magn. Ar
cis Crac. Procuratorem instituit. Actorum juridicorum notarios in Civita
tibus nonnisi ex Scholaribus assumendos praecepit. Hinc per Universam
Poloniam tam in Castrensibus quam in Civilibus judiciis Acta iuxta
Ecclesias Catholicas, item per Dnicas et Festa Solennioria notantur qui
primi Grammatici, Cantores et Scholares fuerint Ecclesiastici.
Sub hoc Matrimonii vinculo per mortem Coniugis soluto ad easque
vetita sunt Meretrices fertur declinasse. Amor plerumque ad ea flagi
tia compellit quae aut turpia sunt aut dignitatem diminuunt
L. Vitellii atque vir innocens amore Libertinae scribitur infa
misse. Casimirus certe in gratiam Hesterae cuiusdam ex qua duos
nates tulit filios memoratur Remittam gentem Iudaicam Fr
gratiis in judiciis exaequasse.
Sed mox vetitam pervsus Venerem et haeredem honorum exoptans
1357 tertiam Uxorem Hedvigim nomine Henrici Glogoviensis Ducis filiam
in Matrimonium assumit. Cum eaque in Maiorem Poloniam
Divertens, Oram illius omnem sublatis oppressionibus popul. et Tyrann.
Paci reddit.
Sacrum et Posnanum deinde Ordine uno Solutionis Decimarum dissid
1358 tem Scriptis cum Jarosław Archiepo lege composuit.
Daciae Vectigalem Jure Clientelari accipit et Stephanum natu maiorem
1359 fratrem ad eum occupandam exercitu suo promovet. Petrus natu minor Veniens
fratri dolis excipit impulsu autem succisis magnam partem exercitus
nostri obtruncant et spoliant.
Cladem Daciam secuta est lues aeris fortior quae in sola Urbe Crac. 20000
1360. assumpsit.
Post pestem nata est fames ex variis noxiis tempestate, Etsi enim
1362 luxuriarent foecunditate omnis generis segetes ad medium usque Juni
nyculo tamen decretus cum sibi oppositis ventis inter spatium noctis
unius et rem et spem agricolarum relictis multis in campis pabul
assimilis Laboranti annonam populo Rex succurrit aperuit quae ex
fertilissima ex antiquo habuit granariis, exindeque Pater Patriae merito appel

1363 Atrocissimi belli metus, quo fortassis ex intempestivo Caroli IV Impera
toris in Helisabetham Hungariae Reginam [illegible] Corum legatis eiusdem Regi
dicto tota Europa concussa fuisset, exortus inter ipsa praeparatoria
belli per Urbanum V. Communem Christianitatis patrem est sublatus
ty. Cuius legatus de latere Fr. Joannes Ordinis Minorum Vi
Solertissimus ex Conducatore paranymphus factus Carolum persuasit
si se imperiumque servatum vellet, at in domum quam verbo
laeserat accepta Elisabetha Casimiri nepte in Connubium transiret.

Nuptijs celebrandis Domus Casimiri designata, quod id status nostri
sibi essent opes et divitiae quantas apud neminem ex Christianis prin
cipibus. nec uspiam magnificentius Regum Conventus celebrari po
tuit quam Cracoviae propter Civitatis amplitudinem, incolarum
humanitatem et rerum omnium affluentiam. Tertia post adventum
Caroli Imperatoris die Elisabeth matrimonio per Jaroslaum Archi-
episcopum Gnesnensem praesentibus Petro Cypri, Sigismundo Da
niae, Ludovico Hungariae, Casimiro Poloniae regibus, juncta est
Totis viginti diebus laetitiae nuptiali indultum, Regibus hospi
tibus non tantum à Casimiro sed et magnatibus aulae ministris
potissimum Joanne Wierzynek post regale epulum in domo
M sua privata appositum ad centum millium aureorum mune:
ra oblata. Peractis rite nuptijs et renovatis de more gentium foe:
deribus non minore magnificentia quam adducti fuerant hospi:
tes per ministros regios ultra fines Poloniae sunt deducti.

1364 Xi Annus apud omnem posteritatem per Poloniam est memorandus
quod eo primum lubente, erecta olim Academia Crac. con
firmationem suam à Sancta Sede Apostolica fuerit consecuta.
Etsi enim Casimirus tamquam ~~Supremus~~ absolutus et nullum superiorem
recognoscens, Princeps Academiam creaverat, et in ea ea nomi
ne et auctoritate suis honores litterarios qui eos mere:
rentur per Doctores et Professores iuxta morem et stylum
leges Gallicanarum Universitatum distribui fecerit. neque ad
id approbationem ullius necessariam aut requirendam puta
verit. Cum extra territorium jus dicenti impune non pare
tur. Quin imo nihilominus illi qui hac sola auctoritate regia
ad gradus erant promoti, difficulter ad beneficia Ecclesiasti
ca admittebantur quod solius principis saecularis non etiam
Sedis Summi Pastoris charactere essent signati.
jam vero litterariae dignitates in Ecclesiastica Hie:
rarchia definitum locum et distinctionem haberent
quas rite ~~conferre~~ sola potest et debet pro jure suo
Summa Vicarii Christi et D. Petri Successoris conferre potestas
Nam Sedes Caput Christus alios quidem fecit Apo
stolos alios Evangelistas alios prophetas alios docto
res. Idcirco Rex ne suis Academiis quidquam splendoris
aut ijs qui in ea promoverentur aliquid juris deesset
Confecta et Concessa ipso die Pentecostes utpote die
festo Spiritus Sancti omnis Sapientiae largitoris Privilegia
Academiis per fora publicari mandavit eaque per

per nuncios et Oratores suos Avinionem ubi tunc sedes Romana erat perferri curavit Uso ipsa Confirmari et nomen Universitatis Academiæ suæ Crac. tribui a S. Sede Apostolica petijt.

Urbanus V. Summus tunc Ectæ Xi Præses cui nihil ut Sanctissimo et Sapientissimo antiquius fuit quam fidem Christianam in gentibus propagare Hæreticos refutare Schismaticos per Oratores suos doctores Academicos debellare Erectionem Studij Generalis devotionemque ad S. Sedem Apostolicam Casimiri Regis primo diplomate suo laudavit et commendavit. Altero apud eundem Regem pro Doctoribus et Studentibus in dicto Generali Studio manentibus et mansuris intervenit ut Privilegia jis concessa servet et ab omnibus servari faciat ipseque ex in Oi lecta Facultate præterquam Theologia honores et præmia litteraria ac honores Studentibus conferre possint Doctores Ordinat ac Statuit. Cancellarium tamen quem Rex Regni et Universitatis eundem esse voluerat Ectæ Cracoviensis adhibuit ut Eps Crac. perpetuus sit Academiæ Cancellarius Sede vero vacante Capitulum Almum Seu Illius Administrator. Tertio tandem diplomate Jacobum Epum cognomento dictum Suinka delegatum Sedis Sanctæ instituit ut is aucte Summæ Sedis quod et fecit dictum Studium Generale per Casimirum Regem erectum olim et fundatum in partibus confirmet.

Et ex eo tempore inquit Dlugossus cœpit Universitas Cracoviensis vehementer in egregijs personis promotione ingenijs clarescere Nam Magistri ex ea non tantum ad pinguiores præbendas, sed etiam ad Episcopatus et Cardinalitiam purpuram ut tum erat pretium Scientiæ et bonæ Conscientiæ, vocabantur prout in Sequentibus annis patebit et monumenta Historiæ sunt Regiæ erectionis et Pontificiæ confirmationis exemplaria quæ sequuntur.

Mg Swinka ad confirmandum Studium Generale a Sede Apostolica delegatur

Confirmatum ergo est Studium Generale Crac. Casimiri per Urbanum V ~~Cyclo ☉ 9 D 14 Indictione~~ 8. ~~Cum Periodi Julianæ~~ Cyclo ☉ 1 D 16 Indict. 2 Anno ~~annus erat 6113~~

Periodi Julianæ 6077

Cracoviæ vero post Annotationem inchoatæ sunt Lectiones Cyclo ☉ 9 D 14 Indictione 8 Ergo Periodi Julianæ annus erat 6113 =

URBANUS V Epus, Servus Servorum Dei, Charissimo in Xpo Filio Casimiro
Regi Poloniae Illustri Salutem et Aplicam Benedictionem. Decet Regiam
Celsitudinem, non solum ea, quae per ipsam in favorem et utilitatem Reipublicae
liberaliter conceduntur observare, sed etiam illa gratiarum muneribus amplia
re. Cum itaque nuper Tu ad utilitatem huiusmodi, nec non prosperitatem Incolarum
Regni tui Poloniae, et aliarum Partium vicinarum, laudabiliter intendens
Civitatem tuam Cracoviensem, tanquam insigniorem aliis Civitatibus dicti Regni, et magis
accommodam et idoneam, ut in ea vigeret Studium Generale, in qualibet
licita facultate duxeris ordinandam, ac omnibus et singulis Rectoribus
Universitatis, Doctoribus, Magistris, Scholaribus, Scriptoribus, Stationariis
et Bedellis, eorumque Familiaribus, ad Civitatem praedictam causa studii
huiusmodi se transferentibus, et ibidem morantibus, nonnulla certa
Privilegia duxeris liberaliter concedenda, quae dilecti Filii Consules
Scabini, et Iurati, dictae Civitatis perpetuo tenere, et inviolabiliter ob
servare promiserunt, prout tam tuis, quam dictorum Consulum, Scabinorum
et Iuratorum Patentibus literis, inde confectis, tuoque magno et ipso
rum Sigillis, impendenti munitis plenius continetur. Nosque deinde ad hono
rem et profectum Incolarum, et Regni praedictorum: paternis affectibus anhe
lantes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, de Fratrum nostrorum consi
lio, per alias nostras literas duxerimus statuendum, ac etiam ordinandum
ut in dicta Civitate, huiusmodi Studium existeret Generale. illudque perpetuis fut.
temporibus, inibi vigeret, tam in Iuris Canonici et Civilis, quam alia qualibet
licita, praeterquam in Theologica Facultate, et quod Legentes et Studen
tes ibidem omnibus Privilegiis, Libertatibus, et Immunitatibus con
cessis, Doctoribus legentibus, et Studentibus commorantibus in Stu
dio generali gaudeant, et utantur, quodque Epus Cracov., qui pro tempore fue
rit, vel Ecclia Cracovien. Pastore carente, Vicarius seu Officialis Dilectorum
Filiorum Capituli ipsius Ecclesiae promovendos, in dicta Civitate, ad Doctoratus
seu Magisterii Honorem in illa Facultate, in qua fuerint examina
tio facienda, iuxta modum et consuetudinem in aliis observatos
examinare studeat diligenter, eisque si adeo sufficientes, et ido
nei reperti fuerint, docendi licentiam tribuat, et honorem huiusmodi

+

concedat, prout in aliis nris literis plenius continetur. Cupientes igitur, ut tam
Incolae, quam alii predicti in eadem Civitate, causa hmoi Studii morantur, uberius
prosperentur. Volumus ad Serenitatem tuam, quam votis nris conformem
speramus et credimus in hac parte rogamus et hortamur attente, qua-
tenus, oia et singla Privilegia hmodi p te vel pdecessores concessa ra-
tifices et confirmes, et si expediens fuerit, alia de novo Universitati
Doctoribus, Magistris, Scholaribus, et Studentibus hmodi, Regia liberalita-
te concedas, illaque tam concessa quam concedenda studeas observare
et facias ab aliis, prout honori tuo convenit inviolabiliter observari
per hoc autem articulum positum circa finem, earundem literarum
tuarum, quo cavetur ut Cancellarius tuus Cracovien., qui foret pro
tempe, approbandi examen privatum Scholarium, in qualibet Fa-
cultate, quos per Doctores seu Magistros, ad dictum Examen more
solito, poni contigerit, supra illos tanquam supremus, omnimodam
haberet potestatem, nolumus, sub hmodi tua concessione et con-
firmatione inde facienda, aliquatenus includi, cum hoc ad
nos dumtaxat pertineat. qui Examinationem, et approbationem Scho-
larium hmodi fieri per dilectum Epum, Vicarium, seu Officialem duximus
vel pmittet ordinandum. Nulli ergo &c. Avinione Idus Septemb.
Pontus nri Anno Secundo

URBANUS V. Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.
In suprema dignitatis Apostolicae specula licet immeriti, disponente Domino
constituti, ad universas fidelium Regiones, earumque profectus et com-
moda, tanquam Universalis Dominici gregis Pastor, commissae Nobis specu-
lationis aciem, quantum Nobis ex alto permittitur extendentes, fidelibus
ipsis, ad quaerenda literarum studia, per quae divini nominis suaeque
fidei Catholicae cultus protenditur, iustitia colitur, tam publica quam
privata res utiliter geritur, omnisque prosperitas humanae conditionis
augetur, libenter favores gratiosos impendimus, et opportunae commo-
ditatis auxilia liberaliter impertimur. Cum itaque sicut nuper
pro parte Carissimi Filii Nostri CASIMIRI Regis Poloniae
Illustris, Nobis fuit expositum, Civitas sua Cracoviensis, quae in Re-
gno suo Poloniae consistit, et insignior est aliis Civitatibus dicti
Regni Poloniae, à Studiis Generalibus nimium distare noscatur
et propterea Doctorum et literatarum Personarum copiam
idem Regnum minime habeat, multique ex Clericis Nobilibus
dicti Regni, eundo ad Studia generalia huiusmodi, capti, alii vero in capti-
vitate detenti, morti traditi fuerunt. Nos praemissa, ac etiam
eximiam fidei puritatem, quam tam ipse Rex, et progenitores
sui Poloniae Reges, quam eiusdem Regni Incolae ad Sanctam
Romanam Ecclesiam gessisse, prout ipsi Rex et Incolae gerere
dignoscuntur, attente considerantes, ferventer desiderio du-
cimur, quod Regnum ipsum scientiarum muneribus amplietur
fiatque literarum fertilitate foecundum, ut viros producat
consilii maturitate conspicuos, Virtutum redimitos ornatibus
ac diversarum Facultatum dogmatibus eruditos, sitque ibi scien-
tiarum fons irriguus, de cuius plenitudine hauriant uni-
versi literarum cupientes imbui documentis. His igitur omnibus
et praesertim idoneitate dictae Civitatis, quam ad multiplicanda
Doctrinae semina et germina salutaria producenda, magis congruam
et accommodam, inter alias Civitates dicti Regni fore dicitur

+

diligenti Examinatione pensatis, ad obviandum damnis et periculis
quae verisimiliter proveniunt, ex distantia Studiorum huiusmodi Incolis dicti
Regni volentibus acquirere Scientiae margaritam, et consolationem
ipsorum, sed etiam aliarum Regionum circumiacentium Incolarum
commodum et profectum, paternis affectibus anhelantes, dicti Regis
in hac parte supplicationibus inclinati, de Fratrum nostrorum consi
lio auctoritate Apostolica statuimus, et etiam ordinamus, ut in dicta
Civitate Cracoviensi, de caetero sit Studium generale, illudque per
petuis temporibus inibi vigeat, tam in Iuris Canonici et Civilis
quam alia qualibet licita, praeterquam in Theologica fa
cultate, et quod Legentes, et studentes ibidem, omnibus
Privilegiis, Libertatibus, et immunitatibus concessis Do
ctoribus, Legentibus, et Studentibus, commorantibus in Stu
dio generali gaudeant, et utantur. quodque illi qui processu
temporis bravium fuerint, in illa Facultate, in qua fuerint asse
cuti, sibique docendi Licentiam, et alios erudire valeant
ac Doctoratus, seu Magisterii Honorem petierint elargiri
per Doctores seu Doctorem, ac Magistros, seu Magistrum
illius Facultatis, in qua Examinatio fuerit facienda. Episcopo Cracoviensi
qui pro tempore fuerit, vel in Ecclesia Cracoviensi, Pastore carente.
Vicario seu Officiali, dilectorum Filiorum Capituli ipsius Ecclesiae
praesententur. Idemque Episcopus aut Vicarius, seu Officialis Cracoviensis
Doctoribus et Magistris, in eadem Facultate, Actu inibi
regentibus convocatis, illos in his quae circa promovendos
ad Doctoratus, seu Magisterii Honorem requiruntur, per se
vel per alium, iuxta modum et consuetudinem, quae super
talibus, in generalibus studiis observantur, examinare studeat
diligenter, eisque si ad hoc sufficientes, et idonei reperti
fuerint, huiusmodi Licentiam tribuat, et Doctoratus, seu
Magisterii conferat Honorem. Illi vero qui in eodem studio
dictae Civitatis examinati ac approbati fuerint, ac do
cendi Licentiam, et Honorem huiusmodi obtinuerint. ut

ut est dictum, extunc absq; Examine, et approbatione alia, regen-
di et docendi, tam in Civitate predicta quam singulis aliis
generalibus Studiis, in quibus voluerint regere vel docere, Sta-
tutis et consuetudinibus, quibuscunq; contrariis Apostolicis
vel quacunq; firmitate alia vallatis, nequaquam ob-
stantibus, plenam et liberam habeant Facultatem. Nulli
ergo &c. Datum Avinione Kalendis Septembris Pontificatus
Anno Secundo

In nomine Dni Amen. Expedit omni Rei publicae pro perpetuo regimine
sui honoris Legales habere viros, decore virtutum insignitos, scientia literarum
relucentes, et in maturitate consilii providos, et perfectos, sane pro Vestis statu lau
dabili et fructuoso, comodo speciali, salubriter videtur consultum, ut ea quae Re
galis Maiestas pro consolatione subditorum, divino auxilio mediante, facere de
creuit, et limitatione debita perpetuare: non immerito iidem Subditi, eadem omnia
quantum in eis est, literis suis authenticis, fideli conamine, ad perpetuam rei
memoriam pro se et suis posteris firmiter debent roborare. Igitur Nos Consu
les Scabini, et Iurati, Ciuitatis Cracouien, Serenissimi Principis et Dni Nri gloriosi
D. Casimiri, Dei Gratia Regis Poloniae, illustris, pium et saluberrimum deside
rium conceptum, obedienter sequi volentes, cum effectu eius, ad honorem
qui attendens Regnum suum, a partibus Gallicanis, et specialiter a Locis, ubi
studia vigent generalia multum fore remotum, in fidelibus vero Schismaticis
et Paganis pro dolor in ore nimis vicinum, ita quod ex voluntate Divina, et
benigna largitione Dni in Xro Patris et Dni Nri, Urbani Papae V. propter lite
ratorum virorum, et populi confluentiam Studium Generale, in qualibet licita
Facultate, pro consolatione dicti Regni Polon, et Gentis ipsius, in Ciuitate
sua Cracouia, erexit, privilegiauitque Magistros, Doctores, Scholares, Servi
tores, Stationarios, et Bedellos, ac Familias ipsorum, quibus omnibus pro
dictis et singulis aliis, qui gratia Studii, in dicta Ciuitate Cracouien fuerint co
morati, praedictus R. C. N. vult esse Patronus, et Dnus gratiosus, ipsosque
et eorum quemlibet, in suis Iuribus, ac libertatibus infrascriptis conservare,
ac ab iniuriis quibuslibet defendere, et tueri gratiose, ut ex congrega
tione doctorum Magistrorum, Doctorum, et Scholarium, pro conversione
infedelium Paganorum, et Schismaticorum, dicto Regno confinantium
maior devotionis et inservitio fidei Catholicae, ad laudem et Gloriam Omni
potentis Dei, et Genitricis eius, Gloriosae Virginis Mariae crescat

18

& augeatur, oẽs enim causa dicti Studii, ad ipsam Civitatem Cracovien accedentes
vel ab ipso studio recedentes, cum omnibus rebus ipsorum, in omnibus & singulis passibus
pontibus & custodiis, nullum teloneum, pedagium, vel passagium solvere debe
ant, per totum suum Regnum, sed & Provisiones Magistrorum, Doctorum, Scho
larium, & aliorum praedictorum, quas vel ipsi in partibus comparare valuerint
vel ab amicorum paratum, vel fautorum liberalitate, fuerint elargitae, in escu
lentis, & poculentis, sive lignis, & aliis rebus quibuscunque quae ad victum eorū fue
rint opportuna, in praedictam Civitatem Cracovien per aquam, vel terram, ab omni
Telones libera & exempta transire permisit, nec per quempiam ea vult a quoli
bet impediri. Itemq; & Magistri & Scholares, & alii supradicti, qui gratia studii
in ipsa Civitate Cracovien morabuntur, Rectorem habeant, qui in Civilibus Juris=
dictionem habeat ordinariam in eosdem, & in Criminalibus levibus Causis:
veluti, si forte Scholaris, vel quilibet praedictorum in verbali iniuria, aut pro
capilatione modica, seu pro percussione de manu vel pugno, & ad levem sanguinis
effusionem fuerit inculpatus, coram Rectore suo, & alibi nullatenus debeat con=
veniri; inhibens sub certis poenis, quod nullus aliquem praedictorum in praemissis
Civilibus, vel Criminalibus levibus, ut praefertur ad alium Judicem trahere
praesumat, Verum & in Criminalibus, ac capitalibus puta Furto Latrocinio
Homicidio, Stupro vel Adulterio, & similibus notorie commissis, si praedictorum
quispiam fuerit deprehensus, si Clericus fuerit, statim ad Epale Judiciū
remittatur; si autem Laicus, Regali Judicio subiacebit. Ibi tamen non
iudicabitur nisi in praesentia Rectoris, nec per Consuetudines, vel Sta
tuta Municipalia Civitatis Cracovien, vel Regni Poloniae, sed per Con=
stitutiones Juris, Canonici & Civilis, nec condemnari possit, aliquibus pro
bationibus, sed potius ad expurgationem condignam pro bonorum vi
rorum licite admittatur. Insuper si aliquis de praedictis, de gravi
& Capitali crimine fuerit inculpatus, cuius cognitio ut praefertur
non pertinet ad Rectorem, idem non poterit, nec debebit deprehen
di, nisi cum Rectoris Familia, & ipso primitus requisito, nec iudi

iudicari debet aliter, nisi prout superius de Clerico et Laico clarius est expressum
prout haec omnia in literis et Privilegiis praedicti D. nri Regis desuper confectis plenius
continetur. Nos vero Consules, Scabini, et Iurati Cracovien. supradicti, Rectori, Vniversitatis
Doctoribus, Magistris, Scholaribus, et aliis omnibus, quorum interest saepe dictis
in studio Cracovien. moram trahentibus, omnia et singula Statuta et Privilegia in
Studiis Bononien. et Paduanorum consueta, ac per eos Vniversitati Cracovien.
statuenda promittimus perpetuo ipsis tenere, et inviolabiliter observa
re, ipsosque in visceribus charitatis gerentes manutenere volumus, insuper
iuribus defendere et tueri. Rectorique supradicto, qui pro tempore fuerit ad
compescendum Rebelles, prout in praefatis Privilegiis D. nri Regis continetur
assistere fideliter, et praestare consilium auxilium, et favorem. Ut autem
omnia et singula praemissa, perpetuis temporibus firma et illibata maneant, ac
praesentium et futurorum memoriae sint commendata, praesentes nostras literas, Magistris
Doctoribus, Rectoribus, Scholaribus, ac ceteris omnibus superius expressis,
quorum interest, et qui pro tempore fuerint, dandum mandavimus, de
maturo nostro et totius Civitatis consilio et assensu nostrae Civitatis Cracovien.
saepe dictae, sigillo pendenti roboratas. Datum et Actum Cracoviae in Die Pen
tecostes sub Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo Quarto.
Praesentibus his Testibus. Ioanne Dapifero Sendomirien. Paco
sio de Strepas, Nicolao Virzingi, Nicolao Cellingi, Bertoldo
Tartari, Ioanne Petermani, Pastone de Sale, Spytcone Opuler, et Nusio
dicto Casimir, et aliis quam pluribus Consilium saepe dictae Civitatis Cracovien.
tangentibus Consodalibus fidelibus, et fide dignis.

1365 Plantata in Regno Casimirus pacis olea palmam quoq[ue] inseruit. Nam
in hoc tempus pro ademptis Russiae partibus cum Lithuanis dilata ultione
duce justitia Victore marte iniquos occupatores de Roxicis avitis deire:
xit. fugatoq[ue] Lubartho, Volhyniam in antiquam redegit provinciam, Luceo
rid. Vlodimiriaq[ue] Praefectos Polonos dedit. Korybuth Algerdi Ducis
Lithuaniae filio qui se Clientem regis profiteri non erubuit concessis
aliquot ditionibus, vectigal sua indulsit sequentibus demum duobus annis paratis finitimis
hostibus et in ordinem redactis onustus Victorijs in Poloniam triumphavit.

Bodzanta [illegible] Academiae Crac. biennio post
1366 Confirmationem a S. Sede Universitatis obtentam
vigesimus aut[em] octavus Eps Crac. [illegible] anno
in vivis esse desijt Kielcijs. Cui

Florianus Mokrscius. per viam Scrutinij a Capi
1367 tularibus electus. Casimiri Magni promotione a Gre:
gorio XI. Avinione in Epu Crac. est consecratus.

Vistula imbrium frequentium aucta humidus, mense Augusto ripas egres
sus, omnes in declivi regiones limo infecit, fruges corrupit, armen
1368 torum et hominum magnam multitudinem in Oceanum secum abstulit. Ostu-
damnosa eius eluvio, presagium fuit mox Poloniam cineribus Regijs
deformatam iri, et exundantis calamitatum tempestate in Italiam Urbanum
Et quidem facta Regia 1367 adhuc Urbanus V. Sapientissimus et Reli
giosissimus Princeps veneno sublatus. depositus Avinione sepultus postquam
magna in Vita sibi confusio, quam D. Birgitta [illegible] viduam praedixerat
est exorta.

Rex vero cum de more supplicium causis et justitiae intendens Regnum per
provincias obiret ipso natali Virginis Sanctissimae Predborij subsisti:
1369 ti. ibi post Divina in venatione dum Cervos [illegible] persequitur
inter vepreta cadente ipso quoq[ue] equo graviter allisus in fe:
brem incidit, a qua opera Magistri Henrici de Colonia. Archiatri
sui liberatus, vitam ulterius si eius consilijs acquievisset produxisset,
sed dum balneo et fructuum esui a quibus non minus quam a
veneno abstinendum Henricus censebat, intemperantius indulget, Mat
theo Medico ad omnia conniventi et Cracoviae Medicinas Salutem
res adhibentium se pollicente, auditatibus dolores augentibus in
humeris suorum, cum vehiculo portari non poterat in urbem delatus,
ad metam Vitae accessit. Cum Matthaei promissa frustra expectat
1370 Divoq[ue] Sigismundo ... vota facit, sacra exomologesi animam ex
piavit cum lachrymis. Sacra Synaxi refectus, disertoq[ue] ore fidem Ca
tholicam in praesentia sui Senatus professus, Jadam suam regiam
in filias et uxorem divisisset, Casimiro autem Boguslai Ducis Ste
tinensi filio nepoti suo [illegible] aliquot terris assignatis. Floriano Epi
scopo Cracoviensi et Vladislao Duci Opoliensi ultimae suae voluntatis
executionem reliquit [illegible] Crucifixi amplexu animam Deo efflavit.
Morte eius vulgata tantus moeror et dolor homines per omnes
Regni Provincias occupavit ut prae stupore rigerent, in lachrymis

Urbanus V. veneno extinctus, cepit successorem Gregorium XI. quem exceptum a morte a D. Brigitta denunciato.

in lachrymas deinde soluti surdas ad omnem consolationem tene-
rent aures alij pacis et tranquillitatis Malaciam sectabantur, alij vici-
nam Regni alijs vicinos hostes alij fortunam suam peregrino sub
principe spectabantur. quorum aliqui opinione celerius euenerunt
tam Lithuani Lublinensem ac Sandomiriensem terras inuadentes, atroci-
a quoque patrarunt, Crucemque Sanctam e monte Calvo cum alijs thesauris
asportarunt. Sed cum postea et ultra fines regni Crux Sancta vehi-
culo immobilis ulla vi transferri nequiret ipsique hac quadam occulta
quamplurimi perirent, per Chorobalum nobilem captiuum Sacrum depo-
situm Monti Calvo restituunt ipsique alijs onusti spolijs ad propria redeunt

1371 Venientem ad Sceptra Poloniae ex pactis conuentis Ludouicum Regem Hung.
Cracouiam solenni cum pompa recipiunt Proceres, parum populi laetitiae
significatione cum nec regem alloqui nisi per interpretem possent nec
ea affabilitate atque clementia qua sperabant se ab eo recipi vident.
Jaroslaus Archieps Gnesnensis in Cathedrali Crac. [...] obstitentibus Maiori-
bus Polonis Ludouicum in Regem Poloniae inungit. quod rex aui et
auunculi praedecessorum exemplo secutus. Ius Urbi et Ecclesiae quaestionem la[...]
benefactori nollet. Parentalibus Casimiro celebratis. Proceres alienati
tones prouinciarum per eundem factas nulliter esse, renunciant.
Academici vero gratitudine defuncti per expressum dolorem et la-
crymas contestatur. apud nouum Regem Minervalia ex fisco regio sibi pr[o]-
di solita et deinceps soluantur obtinent. qui mox ablatis
regni insignijs. Matre pro se imperare in Polonia iussa. duas quoque
Casimiri Regis filias ne quid turbarum darent secum in Hungariam
abduxit.

Verum motum aliquid in regno Vladislaus albus Dux Gniewcov.
1373 antea Diuioni in Burgundia monachus factus, non autem filius, initia-
in aliquot annos dederat. Is enim Boleslai Pudici resistere
volens vestibus ad Regnum Poloniae jure sanguinis fultus aspira-
bat. Obsistente tamen Ludouico apud Sedem Apostolicam a Reg-
ne quem affectabat ad Saeculum acceptam a Rege condignam pe-
statui ad mortem prouisione Diuionem redire debuit.

Mgr Matthaeus de Crac. primus ex ijs qui Acad.
prodierunt Cardinalis, pro Apotheosi S. Brigittae
coram Gregorio XI in consistorio Cardinalium ma-
gna cum laude egit utque dignitatibus ornaretur
honoribus impetrauit. is multa scripsit. extat
eius manuscriptum de frequenti communione apud
apud ~~Canon.~~ P.P. S. Spiritus de Saxia. Cracouiae.

Neue ulli alteri praeter suam prolem aditus ad regnum pateret
1374 Ludouicus Tributum Rusticale Poloniae remittit
Annuunt votis suis equites sane pecunia et angaria quasi omnem spe-
1375 ciem servitutis. Soli mysticorum Subditi hoc tributo non erant e-
xempti eo quod maior Clerus (ut inquit Dlugossus) parum de li-
gens in impetranda hac sibi libertate fuisset. seu potius quod inferi-
orem Clerum neglexisset episcopi

1376 Per absentiam regis a Regno Poloniae Lithuani antiquum sapientes con-
orum quod Sanus et Istula alluitur vastarunt abactis in morem armentorum
multis millibus hominum regiones populosissimas desolaverunt. De hac
Patriae calamitate dum a proceribus Elisabeth Regina compellatur Respon-
dit non impune id futurum hostibus, cum Regi filio satis longe essent
manus quibus e sustis etiam caelo ducturus esset ad poenas Lithuanos. Re et
ipsa vero, etiam fuit ochosa magis ... insolentia Hungarica, quod longius in urbem
energia venientes in sua diversoria avertebat. Vim vi repellit Cracovienses
de Brzezie ex fundo fit tumultus ad quem sedandum Joannes Kmita
... hinc capitaneus missus, dum et ipse ... Hungarico trucidatur
... cognati ambasciis defessi invadunt sine discrimine in Hungaros
vulnerant trucidant 160 eo die feruntur caesi. soli qui
in arce ad latus Reginae fuerunt a clade illa supererant. Arce
... obsessa tenebantur, donec sedato tumultu Petrus Joannis
... filius Lenciciensi accepto capitaneatu ... sibi ...
... condonaret. Nec diu post regina impar tuendo Regno
in Pannoniam abiit.

1377 Ludovicus indicta equitibus Poloniae ad bellum contra Lithuanos expedi-
tione ipse quoque cum aliquot Pannonicis copiis in Russiam processit, ibi
Chelmensi arce expugnata Belzum Ladislao in feudum concedit. bello
Postulati suppetias mystici nec subsidia nec stipendia dederunt
ne se militari servituti obnoxios redderent. in reditu ad natale
solum Vladislaum ducem Opoliensem Podoliae praefectum Poloniae
... constituit arces ... Coloniensem Lemburgensem
... Regno Hungarico adiungere satagebat Hungaris et Polo-
nis sibi obnoxiis committit quo consilio regis penetrato a ...
... cum nec ipse causis cognoscendis nec provinciis ab hostibus
tuendis attenderet nam Vladislao duci impune non parebatur
quod Regi et non duci iuramentum fuisset praestitum a nobilitate
proclamatum est ... rokosz, quo voce nihil aliud sonat quam
communem repetendi a Rege religiosorem iuramenti sibi praestiti
observantiam vel se in libertatem ... arma ... mutatio a Germa-
vindicandi voluntatem. Ethymo vocis et ego arbitror ... Rosten
et non nihil corrupte Rockunss quod sonat ... beneficii investitura
quemadmodum ... possessionis alicuius beneficii investitura
dicitur, ita destitutionem ab imperio Poloniae Rokosum dicere placuit.
Conventui generali celebrando locum apud oppidum ...
designant eo et ipsi frequentissimi confluunt et Regem missa
honorificentissima legatione invitant, deducunt ... in ...
tribunali collocant. Tum de proditoribus Patriae, qui de ... auxilio
... convicti essent supplicium
... esse ... quo ... cadavera tecta erant
... Demum regem orant ut memor iuramenti justitiae
... in regno ... maneat. Ille vero ... diligentius ... de suis fratribus ...
... sibi noxiam obtendens et ... in Hungariam ... recessit
... aversatus rebus incompositis ... annis fere
... armis ... per provincias regni ... Cancellarius ... Crac.
Inde ... liberatum est. Florianus ... Libertatis ecclesiasticae ... vindex
1378 Urbanus VI Romae Pontifex creatus ... et Ludovicum ... ad ... S. Thomae ...
in schismate contra Clementem VII ... in sua ... Anno 1399
quod ad annos 50 perduravit

1380 Clero deinde militares iniurias non ferente. Ceterisq ordinibus de optio
ribus Hungariae apud se regem perpetuo quod velantibus Ludovicus Buda
dictum generalem instituit. In qua Triumviros qui noe suo oia in
Polonia agerent Zawisam Epm Cracoviens. Dobieslaum Cra eius et Sen
dinogium de Subino Palatinum Calissiens. elegit. Zawisza cum esset Vall
Cracow. cancellarius in Mgum Joannem de Rzeszowice eius triumviratus sui reclina
vit. Magno dicti proceres Triumviri honore in Polonia erant accepti
quod iis vindiciis quisque justitiam se assecuturum et omnia debita re
habituros sperarat, at dum isti longos ordines litigantium post se tra
hunt, qd dicerent se non posse quidquam grauius in accusatos pro
latum. Zawisskij statuere tam illa calamitosum erupit in publi
cum lamentationem: Infelix esse regnum omne quod aut nullum aut
plures haberet proreges

Zawisa mortuo 3 Cancellario Archid 30 aug
Epo Crac. Joannes Radlicz Med. Doctor
ad intercessionem Ludovici Regis eligitur.

1382 Ludovicus Generi sui proximus Sigismundum generum suum cum copiis Hun
garicis ad compescendum motum in Maiore Polonia ac ad se vem ad Regnum
capessendum ablegauit, qui quod demoratur ad preces multorum
amovere generalem capitaneum Maioris Poloniae nollet, licet Posna et
Gnesna juramentum fidelitatis sibi factum receperat. Rex tamen esse
immutata Polonis voluntate desijt. Ludovicus mortuo Cracoviensi
admissus per Chinder Carpatum superauit. Regnum Hungariae tenuit
Regina vero Helizabetha preces in Conventu Vislicensi fac
altera filia Hedvigis in Regni haeredem per oes Ordines est
susceptar
Diu morata est Helizabeth Polonos ob tenerioram statum filiolae
1384 tandem expeditionem populusque ulterius protrahi non posse videns
Hedvigim in Comitatu Demetrij Cardinalis 4 Cornutus Archiepi Strigoniens
deferri curauit in Poloniam
Tanquam numen aliquod Coelitus lapsum exceperunt Sarmatae Venien
1385 tem Hedvigim, cui diademate imposito regnis habenis tradita Viro
se esse obliti gloriosum putauerunt imperia puellae accepisse donec
sponsum parem suo fastigio haberet. Nec aliam se Hedvigis quam
sperabatur praestitit. Omnis eius actio et virtute omnis vox tanquam
ex prudentiae oraculo ~~procedebat~~ exhibebat. Academia, Pallade regnante ma
gnam in spem elata Coelos sibi vertice tangere videbatur, cum in
primo Reginulae aditu benigne est accepta et deinceps tanquam
filia Casimiri Magni sui Aui fuit habita amata et promota. Quidquid
optauerant facile apud benignissimam Principem Professores obtin
erant nempe ut e longinquo situ in urbis locum Cracoviam
transferrentur, Stipendijs augerentur. Theologiamque sacram profiteri
possent quae omnia subsequentibus annis Hedvigis apud Sedem Apostolicam et maritum regem obtinuit et impetrauit.
X
De Sponso Reginae quali assumendo anxie deliberantibus Proceribus
1386 opportunum ad sponsam paranymphi ad Regnum candidati noe Mag
Ducis Jagellonis venerunt eiusdem tres. Fluctuabat animo

et multum obnictabatur Heduigis consentire in gentilem cultu et mori
bus disparem Principem, stante praesertim pro sui cordis Vilhelmo
Archiduce Austriis moratissimo Christianissimo, a Ludovico Patre Sponso
sibi nuncupato [designato], quamobrem multum operis impendi oportuit, ante:
quam persuaderetur Sponsalia Vilhelmi in Cunis contracta iure fuisse
nulla, Magni vero meriti apud Deum fore, si infidelis maritus cum
gente tota ad Connubia reginae fidem et baptismum reciperet, Glo:
riosum fore Poloniis, si gens invicta armis Cumugerent ad Eclam et
regni Corpus per Sponsam accederet. Respondebat illa sibi praeter vo
luntatem Matris in re tam gravi non licere decernere. Irent ergo
Legati in Hungariam et sensa parentis explorata referrent. Helisabeta
Lituanorum votis cum annuisset, Proceres Christinus Vlodcus et Beky
Szafraneiy Legatis Lituanicis sunt additi qui de promissis cum
Jagellone paciscerentur eis et Sponsam et Regnum offerrent.
Magno Comitatu principum Jagello Cracoviam veniens Omnia fama
1386 maiora in Reginali maiestate Heduigis invenit Formam, virtutem
fortunam quibus omnibus nec parem nec similem [Heduigis] ea tempestate orbis
Christianus habuisse credebatur. Quare intra paucos dies Capita fidei
edoctus 14 Februarii e fonte nomen Vladislai, ad aram Heduigim
in medio Patrum Diadema Regni a Bodzanta Archiepiscopo Gnesnensi accepit
et vicissim Lithuaniam et Samogitiam Regno reginaeque donavit inseri
esset jure perpetuo: Fidem pro Rege facientibus Vitoldo, Michaele, et
Lubarto ducibus, fratribus
Fatalem hanc Lithuanis cum Polonia coniunctionem Cruciferi sibi
fore praesagientes nec ad festa nuptialia nec ad natalem Jagellonis
invitati venerunt, quin potius occupatis laetitia ducibus, ductore An:
drea Germano Jagellonis, in Lithuaniam hostiliter irrumpunt datisque
plurimis damnis Lucomlis Andream efferunt, ad quem nova
Polocenses deferunt. Rex ulteriores eius conatus aversurus, Vitoldum
cum aliqua Polonorum manu [in Lithuaniam] transmisit. ipse cum Regina Cracovia
in Maiorem Poloniam copiis in expeditionem divertit, Paruitque 4o
annis ob mutuam caedem Grimaltis et Nalecz gentis dissidium
exulem revocavit.
Ineunte bruma Pyssimi coniuges ~~principes~~ non tam Principes quam Apostoli
1387 assumptis Episcopis et ex Ordinibus Academicis piis doctisque viris
in Lithuaniam contendunt. Indicto Senatu ad Vilnam omnibus gentilibus
conventu, Jagello de Cultu falsorum Deorum abnegando deque suscipi
enda Catholica vera fide egit. Renitentibus Lituanis deos suos sup
plicia Rex nulla sui aut suorum laesione ignem aeternum extin
xit; fana diruit, aras subvertit, lucos succidit, serpentes tem
allisit, qua numinum vanitate cognita incolae de fidei myste
riis instrui, certatim baptisabantur. Ipse Jagello super 30000
hominum sacro fonte abluit. Pro fovenda fide 7 Ecclesias di
versis in locis Vilnae in memoriam D. Stanislai erexit Operis
Seria Heduigis ex abaco sua Calices, ex purpura vestibus ex
aera Cerfidg Sacerdotes providit et procuravit factosque delectu
iuvenum qui capaces disciplinae videbantur alios Pragam
in Seminarium ad se erudiendum alios Cracoviam in Gnato studii
secum duxit. Tanto autem fidei propagandae desiderio Jagello

astiabat ut ipsa remissa in Poloniam Regina per vicos pagos
et oppida obiret, idololatrias quaereret, et agnus tegeret, imo ab ipsis
in hostibus feminis, liberalitate ad suscipiendum baptisma evocaret.
1388 Celebratoque Natali Dni sui apud novam Vilnae Episcopum Cui Andream
vasilo Ordinis minorum sui Epo fecerat Vitepsci Polociisque obsistentes
seditiones suppressit, Skirgeloni fri Lithuaniam regendam commisit,
Leopoli a Petro Valachiae despota juramentum fidei recepit, annoque
vertente Cracoviam remeavit.
1389 Sed ea omnia quae per Regem in Regno et Lithuania sanctissime erant
constituta, Princeps tenebrarum regionibus suis pulsus, assumptis deteri-
oribus septem Spiritibus turbavit, miscuit, et confudit, ac inprimis
opera mendacissimi Zelatoris in animo Jagellonis contra Hedwigim de
nevata thori fide nefandas excitavit suspiciones, ipsis jam dissidium erat
coniunctissimos conjuges ni prudentia senatus fabricatore doli
recantatione palinodiae, innocentiae reginali luculentissimum reddidisset
testimonium, Inter Skirgelonem vero et Vitoldum eo simultates
processerant odium ut Vitoldus furentis Skirgelonis cedens ad Cruci-
ferorum Poloniae infensissimos hostes transfugeret cederet. Unde Lithuani et Sa-
mogitae in partes Vitoldi et Jagellonis scissi, miserrime internis ac
civilibus armis conflictabantur, similibusque Russia laborabat calamitatibus,
dum Poloni retinere, Pannones cum regno Ungariae Podoliam vindi-
pare care armis contenderent.

Urbano VI Romae hoc anno extincto Bonifa-
cius IX Pontifex in Vaticano Conclavi 13 car-
dinalium votis creatus 4 nonas quartas

Nec tamen pereuntem Lithuaniam perire patitur Jagello, nec ab amplexu
1390 Vitoldi avertitur, fugientem ab se paterna charitate insequitur, revocanti se
blanditur, nec solum crimen rebelli ignoscit, sed et salutem affert.
coacta argentorum ex aula sua Polonis ministris, fortissimam manum
quamcunque ducebat, ad victorias certe obtinendas movebat, Cruci-
feris Vitoldo et Cruciferis, atrocissima hyeme semel et iterum Grod-
nam infessam cum validissimo germanico praesidio receperat, alias
tutes sponte venientes, alias metu armorum vidua non recepit, Hedwigis
maritus Regnationis imperium in Poloniam et defensionem committerent,
mens Jagelloni, ne quis cum gravior casus apud gentem fluxae fidei
urgeret, ad pedes Crucifixi qui ad hunc diem in summo huius urbis templo
inclusus religiosissime colitur, et servatur, affusa, dies noctesque Dominum
precabatur, sic precanti Christus vocem e tubo illa quod constans
perpetua traditio retinet, bene precatus est, omniaque sua vota
grata et rata esse dixit. Qua voce animata ipsa quoque calatis ap-
tis manus suas, armavit, tumultuarieque collectis copiis exercitum in
Russiam duxit, Pannones inopinato bello perterriti, Jaroslaviam Gro-
decum Halicium Trebovliam, ipsamque urbem Leonis relinquunt, imperi
victoriam novae Imperatricis venia incruentam deditione spontanea, vitis
tui deserunt.

Schisma Romae Bonifacii
Clemens VII Avenione mortuus, electo a
sua obedientia cardinalibus Benedicto XIII
locum concedit

1391
1392 Postquam autem armis et veneris in fratres regios Lithuaniae duces sorti-
est satis.

Joanni Radlico 3 Cancellario Regni
Successit Petrus Wysz V.I.D. in Episcopatu

Scitum est satis Vitoldi reconciliatione Masouiae Ducis apud Vladisla:
um in gratiam recipitur, a quo et supremum Lithuaniae ducatum iure
clientelari accipit. Quamvis enim Jagellonis esset nepos ex fratre,
fratribus tamen germanis eundem Vladislaus praetulit, quod ingenio esset
liberali et ad imperandum nato.
1393 Aegre enimvero Skiergelo ferebat Vitoldi prae se ad Clavum Lithua:
niae evectionem, longeque recentior et hac causa in fratres orta fuit
latens discordia, quam apertum bellum. Sopiturus Skiergelonis
animo, praesenter adhibuit Vladislaus medicinam, adiectis ad ducatum
Kiowiensem quem illi contulerat Starodubo, Tewki, [illegible] alys modo Vi
toldum ut supremum Lithuaniae ducem revereretur, et si quid animo
suum angeret, non armis sed rationibus apud regium tribunal tan
quam sequestram pacis fraternae repraesentet.
Tantillum tranquillitatis quietis nacti in regno Principes, Clarum montem imagine Deiparae
Virginis a S. Luca depictae illustrem, et Basilica ornant et dote PP. D. Pauli
primi Eremitae ex bonis immobilibus augent, Florentiae ad Crucis templum in
primi Eremitis ex bonis immobilibus augent, Florentiae ad Crucis templum in
genti sub titulo Sanctae Crucis fundamenta ponunt, Pragaeque aedes PP. Bene
dictinis, qui Slava lingua sacris operantur, consignant. In aedes Crac.
Cathedrali dota 17 Presbyteros, qui Choro sedentes, Hymnos et Psalmos
cantent instituunt. In Arenis vero ad occidentalem urbis partem, PP. de
Monte Carmelo aedem Divae Virginis miraculis oraculis celebrem, constru
endo Coenobio, regendam et gubernandam tradunt.
At in Lithuania alter post Skiergelonem Vladislai Germanus Suidrigelo
1394. aemulatione Vitoldi accensus, impetrata apud Cruciferos auxiliaribus
copiis, ut se Principem Lithuaniae assereret, amplissimam ysdem de
Vitoldo sumendae vindictae praebuit occasionem, illi enim non tam
auxilij ferendi, quam ultionis nomine, longe lateque circa vastata
regione, Vilnam bimestri obsidione tenuerunt. Castrum Curonum dictum, expu
gnarunt, ipsaque arce potiti fuissent, si doli successissent, quos cum Vitoldus
sagaciter investigasset, Cataros sacerdotes schismaticos eo nomine insati
ligneo suspendit, abeuntesque in Prussiam hostes, ex insidys non exigua
clade affecit.
1395. Rex quoque Vladislaum Ducem Opoliensem de feudo terrae Vielunensis sibi a Lu
dovico concesso compellatum, et imperata facere detrectantem, bello prae
ter opinionem celeriori in Silesia oppressit, linguam in posterum et manum quibus
regem offenderat ab omni iniuria abstinuit, et per alios Principes eidem
reconciliatus pacem sanctius coluit, experientia doctus, violationem iuris alieni
perpetuo secum calamitates magnas, et malorum Iliada trahere.
1396 Vulgus hominum ad pollicendum facillimum in praestando saepe fallit
quod plerumque inde evenit quia alicui promissi fiducia fallitur
unde recte Cato lib. 1. Rem tibi promissam certo promittere noli
Rara fides ideo: quia multi multa loquuntur.
Non sic inter Heroinas clarissima Hedwigis nostra. Promissa semel
Academiae Professoribus apud Regem maritum studij generalis Cracoviensis
munitionem promotione et vim fidem solvit et quantum in ea situm erat
praestareque poterat, ipsa praestitit pro Theologica facultate impetranda
at ipsa in hoc generali studio ante sedis apostolicae institueretur

utriusque Principum apud Bonifacium IX Summum Ecclesiae Pastorem
missa solenni legatione supplicaverunt, quorum petitioni libenter Summus Pon
tifex subscripsit, causasque ingenuissimas facti sui in Brevi concessionis expressit,
Theologiamque Sacram in Universitate hac ea prerogativa legi voluit, ut
quicunque in ea studerent vel eius gradus assumerent omnibus Privilegiis
libertatibus gauderent quibus gaudent Promoti Theologi in Parente Academi 1397
arum Parisiensi Sorbona. Obtenta hac Summa liberalitate Pontificia
Facultate Theologica, eandem Ordinandam, assignatis ex thesauro regis
pro lectoribus stipendiis, donec se alia occasio daret, qua certorum oc
Professoribus salaria providerentur, Joanni Isnero S.T.D. Hedwigis com
mittit, breui quoque in urbem opera sua Academiam transferendam
promittens. Sciebat enim Regi etsi amuso, suis rationibus persua
dere, nullas familias, nullos principes, nulla imperia opibus ac victo
rijs tam floruisse: quam quod maximam litterarum, ac egentium curam
cum principibus habuerint, Alias illustres familias, imperia, civitates,
in exitium prolapsas esse, aut gravissimis calamitatibus et egestate confli
ctatas esse: quod earum bona diripuerunt: aut quasi ipsam militibus
ac latrocinijs publicanorum obiecerunt. Quo in genere vivum exemplar
D. Ludovicum Franciae Regem ob oculos illi statuebat, qui viginti
et octo virorum doctorum Collegia suis opibus fundavit: tametsi 120
pauperes qui se consequebantur, humanissime et eodem victu, quo seipsum 1398.
quotidie sustentaret. Diebus vero quadragintadialis ieiunij numerum
personarum duplicaret. Qui quod annos quatuor et quadraginta summa
cum sui nominis gloria imperavit: et ita imperavit: ut hostibus qui
dem formidolosus, carus amicis, Deus subditis, sanctus omnibus, habe
retur. nihil mirandum esse ex eius pietate dicebat. Stor amplius
quod in summa parte felicitatis Reges ponere consueverunt, non omittebat
quod quinque filios, quatuor filias, se moriente superstites, ac regnum
armis et legibus florentissimum reliquerit. 1399

Non erat difficile Hedwigi fidei promptissimae et sanctissimae in
augenda ornanda amplificanda Academia voluntati, habere obsequen
tem Vladislaum, ut pote ex infideli Orthodoxum ex neophyto Apo
stolum quisque facile perspiceret, quot operarijs opus haberet ne
in Lithuania Magna, sola tamen bene ad omnem posteritatem
restaurandae Universitatis ab eo commoditas, expectabatur. Nam be
neficium nec in tempore, nec loco opportuno, datum, gratiam perde
re imo vitam amittere consuevit.

Bonifacij IX Papae qui primus Romanorum Pontificum post eductam Sedem
ptione ex Gallia urbis Romae imperium obtinuit. Mausoleo Hadriani instar
arcis et Capitolio munitis Pontificum dictionem stabilivit. eorum maiestatem
nutantem confirmavit. Petri patrimonium tyrannorum vi amissum recuperavit,
Latium Campaniam Picenum Hetruriam Flaminiam Aemiliam provincias,
item urbes Narniam Tudertum Urbem veterem Viterbium Perusium Fame
Julij Faventiam Bononiam ecclesiastico imperio restituit. Galeatium Vi
hostem formidolosum repressit. Robertum Wenceslao ob ignaviam deposito
Caesarem dixit. Palatium Vaticanum quod nunc superest perpetuae
Sedi pontificum inchoavit. Diploma seu Breve Apostolicum pro
Theologia in Acad. Cracoviensi erigenda hoc est quod sequitur.

Quo tempore rumor fertur Olim (Romae) in Academiam Vladislay cum Heduige
eodem palmam Vitoldus dux Lithuaniae ex Tartaris in Lithuaniam irruptionis
fuso eorum ingenti exercitu tribum unam Bordam dicunt communiter
captivam quae ad hunc usque diem durant ad Vilnam adduxit.
Soli Cruciferi impune neophitos Lithuanos lacessebant. Dobrinensem
1397 terram a duce Vladislao nulliter emptam in possessionem regni iniuriose
occupabant. Rex in eos arma. Proceres pacis media tentanda suadebant
quod scirent totam Germaniam pro illis pugnaturam. Heduigis ob insi-
gnem mansuetudinem et singularem prudentiam ad componendas Regni
differentias ab utraque partium electa Junivladislaviam ubi eam Magister
cum commendatoribus expectabant descendit. Multis utrinque per dies
aliquot habitis gravissimis deliberationibus, spretis ... omnes a Cruci-
feris per Reginam representatis justis pacis conditionibus et summas
dementer pro terra Dobrynensi quadraginta millium aureorum postulatis
Tulit modeste insolenter superbiam Heduigis Iungen Prussiae Magistri
ac in discessu rebus incompositis satis habuit vates illi esse.
quod se vivente gladium Polonum vagina vacuum non esset visurus
qui a morte sua nomen etiam Cruciferorum ex terris Prussiae
esset excisurus.
398. Redux in Poloniam invenit Vitoldum ducem Lithuaniae contra Tamer-
lanem Orbis illum terrorem magno cum exercitu moventem. quem ipsa
quod cladem esset accepturus ex divina revelatione sibi facta monuit
Vir militaris Phantasticam eam fuisse imaginationem respondit, at exi-
tus divinam esse probavit. Nam commisso cum Ediga Tamerlanis
Duce ad fluvium Vorskla praelio exercitum florentissimum amisit
ipse cum Skiergelone mortem vix fuga vitavit. Plagis ergo melior
factus Reginae sanctitatem cum uxore Anna veneratus et protec-
tus Vladislai praesentia et muneribus exceptus. Cracoviam venit
399 Cum Summus Pontifex Legatum de latere qui susceptoris munus nomine
prolis obiret maturius ipso tempore designasset et Rex cubile puerperae
purpura gemmis auroque exornari jussisset. Aedis utrique gratulabunde
Heduigis. Respondit se non passuram illo adscititio splendore cubile
ornari quod funesta mors Matris et prolis funerea brevi esset
Senigenitam. 14 July enixa filiolam quae Elisabeth Bonifacia
nomen accepit, eam Deo fecunditatis auctori ardentissimis quibus petivit
votis obtulit. Post triduum emortua nec ipsa diutius superfuit
Ingravescentibus enim doloribus testamentum condidit quo suppellectili
his sua reliqua egenos et Academiam heredem dixit Petro Vys-
sio et Joanne Tencinio executoribus testamenti nuncupatis
Sacro Viatico et extremis unctionis oleo delibuta 17 Julij
circa meridiem e regia terrestri ad regnum Caeli capessendum
abijt.
Eius praesens apud Deum patrocinium mox a morte experti sunt ad
Sacrum eius corpus aegri morbi vitam caeci lumen claudi gressum recipien-
tes hodieque experiuntur ad eius Sacra Lypsana in sua parte
ad aram maximam Eccl. Cathedralis Crac. deposita. Solatio afflicti
pro ... pignoribus apud Reges tenus laboravit

Erat Singulari (ut inquit Dlugossus) pietate et Sanctitate toto viles suo
tempore edita, ab omni fastu levitate et in aliena gazam
regalem quam opulentissimam e domo paterna secum in Poloniam
attulerat in cultum divinum, in publicas necessitates et in egenos
ac pauperes effusissime erogavit, adeo ut subinde avarus fuisse
videret argumento est Suppellex ois regialis post mortem relicta
numinis eo ... destinata. In Orationibus assidua, in ieiunio ad-
ventus domini et quadragesimae pertinax, in cilicio et alijs morti-
ficationibus sibi indicendis constans et fortis, in omnibus actionibus pru-
dens in perficiendis gravis in regni negotijs tractandis feli-
in regio throno humilis in forma singulari sibi despecta. Orbi
universo non tam ob claritatem generis aut sceptrum regale quam
ob virtutum splendorem nota et celebris Sanctitatis simulachrum
adhuc dum viveret a Bonifacio IX qui tunc Superni Con-
silij dicebatur nuncupata.
Aberat tum in Regno Rex. Tristis in Lithuania moram habens
ad quem publico luctu omnium Subditorum populorum mors reginae ...
prolis simul allata, in lamenta et planctus regium pectus resolvit
Cracoviam accurrens dilectae Coniugi languis et pompa funebrali justa
15 Augusti exolvit. Plangere matrem suam in Hedvigi Musae Acade-
quae mortem Reginae suam esse occasum a summo spei culmine in quo
assurrexerant impetrata iam domo ... et stipendijs pro Theologis. in
antiquum statum relapsae, augurabantur. Si rex animo ut corpore f...
abiret an Clavum Poloniae retineret. Postquam vero Vladislaus ...
cuaret an Clavum Poloniae retineret. Posquam vero Vladislaus a Senatu confirma-
tum a novore recepit, et de Sceptro dimittendo sive caro coniugi
cogitare desijt serio de Academia restaurando sive ... demereri cogitare
voluntati satisfacere volens, sive Polonos hac vice demereri ... ad ...
Quo die Cracoviae Reginale funus ... Posnae grande momentum ad ...
mandos neophitorum animos divinitus accidit. Die assumptae virgi...
ancilla Civis cuiusdam in templo ... Dedicato post divina ...
ad altare et Tabernaculum V. Eucharistiae ter retro cadens ter abiecta
timore et reverentia consurgens, accessit e sacra pixide 3 Hostias
nores aufert peplo involuit Judaeis in domo Swidzinska vendi...
Gens sacrilega effusum in mensam Corpus Dni acubus cultris alijsque
rea supellectili petit vulnerat scindit, funditur largus sanguis ...
fusa oculos ex cruore ...ta judaea visum recipit. Stupent prodigij
tortores. Ut facinus celent ac poenas evadant, eadem peplo invol-
vunt, et extra civitatem porta ... effervunt paludi immergunt
dum per portam Salvator effertur claudus ubi iacens in pedes ...
erigit, alter qui animam agebat surgit et exclamat Posna Posna ...
sunt in te Xsus crucifigitur. Ad haec prodigia latebat adhuc Sceleris
die solis, ... circumfusae radijs 3 illae panis particulae in altum
... Paulo pueruli conspiciuntur. Adorant Do-
luntur, a pastore et Paulo puerulo conspiciuntur. Adorant ...
Sub specie panis latentem jumenta quem pannis involutum ingenua
na in Bethleem adorarunt. Joannes Antistes Civitatis huius ...
supplex cum Clero sacrum pignus veneratur, tollit, et in Sacrario ...
Magdalenae deponit. Inde translatae coelitus illae Species in loco prist...
ostent se videndas. Quare mox eo loci Sacellum erigitur ac post
Basilica per Vladislaum fundatur, Divina ubi potentia
multis Miraculis claret.

*

Privilegium
VLADISLAI IAGELLONIS
PRO ACADEMIA CRACOVIEñ.
&
CASIMIRI
Magni REGIS Poloniæ

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum Incom:
modis prudenter occurimus dum gesta ætatis nostræ literarum firmitatibq et
testium annotatione prohennamus. Proinde Nos VLADISLAVS. Dei gra:
tia Rex Poloniæ nec non terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Syradiæ, Lanci:
ciæ, Cuyiaviæ, Lithuaniæ Princeps Supremus Pomeraniæ Russiæq Dominus
et Hæres &c. Cunctorum notitiæ tam præsentium quam futurorum hanum serie
commendamus. Ex quo æterni Regis dispensatio ineffabili cuncta disponens
ratione nos degentilitatis eduxit erroribus, ac ad Regalis dignitatis fastigium
quamvis Nostris insufficientibus meritis dignata evocare ad hoc præcipuè, sedula
meditatione propositorum nostrorum studia dirrigimus curamq nostræ internæ
diligentiæ deputamus ut hos terrarum Nostrarum Lithuaniæ indigenas et subditos
præsertim quos in vetusti erroris caligine olim constituti socios tenebrarum habuimus
quosq per assumptionem sacræ fidei Catholicæ, ad gremium S. Matris Ecclesiæ illo
Volente qui cælestia pariter et terrenna moderatz et dirigit, attulimus per assuefa:
ctionem et habitudinem ac sciam piorum operum, sine quibus ipsa fides vacua in
lucis filios convertamus. honum tn ope pariter et opera, quorum animos sapientiæ
et doctrinæ plenitudo decoravit, videlicet in fundamentis et profunditatibq Scriptu:
rarum expertarum quorum etiam consilio thronus roboratz regius, ut eorumVirtuo:
sis actibus reipublicæ stabilitas semper salubribus proficit incrementis. Sanè
dulcescebat in auribus Nostris repetita memoria illorum devotissimorum Principum
qui in partibus regionum suarum gymnasiorum studia locabant, ut vocatione
doctarum personarum defectus, et errores patriarum suarum elimare et evelle:
re satagebant, quorum exemplis cor nostrum refloruit, et ad executionem proposi:
tonem per ipsos pia consideratione productonum incepit conditione aspirare
Videmus siquidem et ad oculum experimur qualiter Parisius per convocationem
et congregationem peritorum scientificorum et prudentum Franciam irradiat et
venustat. Quomodo Bononia et Padwa Italiam florificat et exornat. Quali:
terq Praga Bohemiam illuminat et extollit. Aut quomodo Saxonia totam ferè
Almaniam clarificat et fecundat. Profectò ad hoc summi despicione præsidii plu:
rimarum terrarum obtinuimus Principatum et Regni Poloniæ recepimus Diadema
ut ipsum Regnum claritate doctarum personarum illustremus, quarum doctrinis

et Umbras eius possemus euellere: ipsumq ceteris regionibus coequare non dubitans
idipsum subditis Regni praedicti et terrarum nostrarum salubriter profuturum
In Cracouia Ciuitate Nostra locum ubi studium Vigeat generale in qualibet licita facultate
de consensu voluntate et sciam ac indulto Sanctissimi in Christo Patris Domini et Dni
Bonifacij Dei prouidentia Papae Noni Sacrosanctae Romanae et Vniversalis Ecclesiae
Summi Pontificis ipsum benignè per Bullarum suarum concessionem confirmantis
ut poté in Theologia seu Sacrae Scripturae Iuris Canonici, Legum Physicae et artium libe:
ralium facultatibus nominandum, eligendum, constituendum, ponendum, et ordinan:
dum, ac erigendum duximus et tenore praesentium facimus, temporibus perpetuis
duraturum. Sitq ibi scientiarum praeualentium margaritha ut Viros producat consilij
maturitate conspicuos, Virtutum ornatibus redimitos, et diuersarum facultatum doctri:
nis eruditos. Fiatq ibi fons doctrinarum irriguus de cuius plenitudine hauriant
Vniuersi, liberalibus cupientes imbui documentis. Eiusdem studij generalis quod in
praedicta Ciuitate Cracouiensi, Deo auxiliante ad decus nostrae Sacrae Coronae Poloniae
instaurandum decreuimus incrementa felicia ampliare frequentius affectantes
et longinquarum incolas regionum ad eius allicere desiderantes accessum, vniuersis
et singulis Clericis Laycis, et Scholaribus cuiuscunq ordinis conditionis, et status exis:
tant et signanter Rectoribus Vniversitatis Doctoribus Magistris graduatis Baccalau:
reis, Studentibus, Scriptoribus, Stationarijs, et Bedellis, ac eorum familiaribus quibus:
cunq, qui se gratia studii in Ciuitatem praedictam Cracouiensem contulerint, et ibidem
moram traxerint. Articulos infrascriptos in praesenti Chirographo irrefragabiliter tenere
promittimus et seruare. Quos etiam fauoribus gratiosis prosequi volumus ipsos
et eorum quemlibet in suis Iuribus, Priuilegiis, libertatibus immunitatibus, statutis,
gratiis et consuetudinibus singulis quae in studiis generalibus tenentur et seruantur
seruare, tenere, defensareq volumus ac tueri, omnesq et singulos Clericos, Scholares Stu:
dentes Laycos &c. ad praefatam Ciuitatem Cracouiensem causa studiorum ut prae:
mittitur temporibus futuris accedentes. In accessu ad eam et in recessu ab ipsa
cum omnibus eorum rebus, scilicet equis libris vestimentis lectisterniis utensilibus pecu:
niis et suppellectilibus ab omnibus dationibus, solutionibus, passibus, pontibus, castris
custodiis Gabellis, Pedagijs, Pedalibus decimis et oneribus quocunq nomine
censeantur ex certa nostra scientia eximimus et Authoritate Regia liberamus,
volentes quod a praedictis Scholaribus, seu Studentibus, qui sibi per seipsos, per
amicos aut per quascunq personas, prouisiones facere voluerint in esculentijs et
poculentis ac Victualibus ad Vsum Vitae spectantibus in bladis frumentis, farina,
braseo, ceruisia, martiali et quacunq alia, vino et aliis potionibus. Lignis et aliis
necessariis per aquas et terras Regni, et dominiorum nostrorum complectitur ampli:
tudo, nulla penitus Thelonia et dationes requirantur seu decimae. Nec eos Carni:
fices, pistores, et Molendinatores, aggrauent et perturbent Ab ipsis Scholaribus
et Studentibus pro Macellis emolumentis et pistrinis plusquam a Ciuibus et
incolis Ciuitatis Cracouiensis exigere et extorquere praesumentes. Ne autem
sub habitu vel nomine studentium a mercatoribus uel alijs fraus in praemissis valeat
exerceri. Volumus in hac parte, ut iuxta qualitatem personarum iuramento
ipsarum credatur si adducentibus, prouisiones hmi merito visum fuerit exigen:
dum uel testimonia literalia Rectoris Vniuersitatis studij supradicti recipiantur
quibus in hoc casu fidem ab omnibus volumus plenariam adhiberi. Praeterea si aliquis
studentium aut Scholarium ad Ciuitatem Cracouiensem ratione studij proficiscens in terris Regni
Nostri per praedones et maleficos spoliatus praedatus aut damnificatus fuerit in rebus suis

et bonis suis quibuscunq; publicè uel occultè cum plena et totali diligentia
* operam apponemus et apponi faciemus, ut praedicti malefici et praedones per
Officiales Regni nostri inquirantur et ablata eorundem Scholarium seu studen:
tium ab eis repetantur: per ipsos Officiales nostros tales malefici pro possibilitate
corrigantur. Et ut ordo debitus et rigor ordinatus in studio generali praedicto Cra:
couien. per Scholares iugiter obseruetur. Volumus ut omnes Scholares et Studen:
tes Cracouiam accedentes, ibidem causa Studiorum moraturi proprium Rectorem *
habeant, qui in ciuilibus causis ipsos iudicet habeatq; iurisdictionem ordinariam
super omnes, cui sub onere iuramenti debitum obedientiae praestare, et honorem
exhibere teneantur. nec ullus unquam in eisdem ciuilibus causis Studentes et Scho:
lares Universitatis Cracouiensis cuiuscunq; status et conditionis fuerint alibi coram
* Iudice alieno Ecclesiastico uel seculari audeat conuenire. A sententia autem
Rectoris praedicti nullus appellare audeat Vel Valeat uel supplicare aut
restitutionem in integrum petere. Et si appellatum fuerit, ipsius appellatio non reci: *
piatur nec appellans per aliquem Iudicem Ecclesiasticum uel saecularem audiatur.
Sed Rectoris sententia in suis clausulis inuiolabiliter obseruetur. Verum ta:
men si de nullitate Vel iniustitia argueretur, eadem Rectoris per Consiliarios Uni:
uersitatis, de ipsius Viribus et iustitia cognoscatur et quod iuridicum fuerit
per ipsos in ea decernatur. Insuper Rector praedictus Scholares et Studen:
tes suos in causis criminalibus leuioribus ut puta pro capillatione offensioneq; *
cum palmo Vel pugno ad effusionem sanguinis ac contentione qualibet non enor:
mi habeat iudicare nec ob hoc ipsi Scholares uel Studentes uel eorum familiares
atq; serui ad extranea iudicia euocentur et trahantur. Si autem quod Deus
auferat Studens Scholaris uel alius praedictorum in furto, adulterio, stupro
homicidio, uel aliquo crimine capitali uel ignominioso notorie fuerit deprehensus *
illorum cognitio non debet ad Rectorem pertinere, sed statim taliter deprehensus
Scholaris, si clericus fuerit ad Episcopale iudicium remittatur. Si uero laycus
nostro Iudicio subiacebit. Etiam glzt Scholarum laycus Bedellus, Stationarius
aut ipsorum familiaris si de crimine homicidij, incendij, Adulterij, membrorum
mutilationis aut letali uulnere uel quocunque alio nefario excessu fuerit accusatus
Extunc non secundum consuetudinem patriae, aut Regni nostri non secundum
statuta ipsius sed iuxta leges per nos aut Iudicem deputatum taliter accu:
satus debebit iudicari. Quin immo per proborum hominum attestationes, ad ex: *
purgationem illati criminis admittatur. Porro si aliquis scholaris uel studens *
aut quicunq; praedictorum pro quocunq; crimine aut excessu magno siue paruo
fuerit inculpatus, nullus ipsum capere uel detinere audeat, nisi cum Rectoris
familia, et de ipsius requisitione speciali. Item si Rector contra aliquem de
sua Iurisdictione iustè processerit, et secundum formam statutorum ipsum de
Universitate exclusserit, studiorumq; commodis priuauerit, ad requisitionem ipsius
Rectoris talis priuatus de ciuitate utraq; tam Cracouiensi quam Casimiriensi et
aliis de nouo locandis et Cracouien. et Casimirien. in posterum adiungendis *
per Aduocatos Ciues et incolas earundem protinus expellatur nullusq; talem
* in suo hospitio aut mansione seu domicilio audeat colligere et fouere, uel sibi de
necessariis Vitae in Victu et amictu aliquid ministrare. Si autem Scholaris uel Stu:
dens uel alius de praedictis sententiae uel mandato Rectoris non paruerit. Rec:
tori suo contumax fuerit, et rebellis ad requisitionem eiusdem Rectoris teneantur
* Aduocati et Consules Ciuitatum praedictarum eorum familiam mittere ad dictos rebelli

pertinaciam compescendam. Haec autem statuta in p̄sentibus contenta literis
sub poena decem Marcarum grossorum Pragensium quae fisco Scholarium debet applicari
statuimus firmiter obseruand quia poena statutorum praescriptorum punire volumus trans-
gressores. Statuimus etiam ut quotiescunq aliquos Scholares in qualibet facultate per
* Cancellariat munus
Doctores seu Magistros ad priuatum examen more consueto poni contigerit super illos Can-
cellarius noster qui pro tempore fuerit, tanquam supremus approbandi ipsum examen et
omnimodam habebit potestatem. Item ordinabimus praedictis Scholaribus unum Campso-
* Camsor
rem vel Iudaeum in Ciuitate Cracouiensi qui habeat sufficientem pecuniam ad mutandum
ipsis super bonis pignoribus qui de usura non plus exiget, nisi unum grossum de marca
qualibet infra mensem. Demum statuta per Doctores et Magistros Vniuersitatis prae-
dictae Cracouien condenda quae hic non potuerunt contineri quae in aliorum studiorum
Vniuersitatibus iuxta possibilitatem Ciuitati poterint, uolumus pro ipsorum studii
confirmare. Et ut Doctores Magistri, Licentiati, Baccalarij studentesq Vniuersitatis
Cracouien p̄dictae eorum lecturas exercitia, et actus doctrinarum liberius et magis
commode ualeant et poterint exercere pro habitatione Magistratum et pro quotidiano
ac communi congressu studentium et Scholarium Vntatis studij praedicti Cracouien do-
mum Nrām quae Stephani Panchrz fuerat et vocabatur, quam et Gersdof olim Ciuis
Cracouiensis habebat in platea S. Annae sitam prout in eius latitudine longitudine et
et amplitudine est limitata et distincta decreuimus assignandam. Ipsam ab omnibus
solutionibus dationibus, tributis, conuicinijs exactionibus Iudicijs Iuribus, et consuetu-
dinibus impositionibusq onerum et angariarum liberantes quam Vniuersitatis p̄-
dictae appropriamus incorporamus adiungimus perpetuè et in aeuum Nihil iuris in ea
et Domini pro nobis et Successoribus nostris reseruantes quam eisdem Iuribus libertatibus
et gratiis et signanter in libertate fugitiuorum et aliis quibus dedicatae fruuntur Ecclesiae
uti frui uolumus et gaudere. Per ipsos Doctores Magistros et Collegiatos tenendam
haben et perpetuis temporibus possidendam Ceterum pro maiori stabilimento studij Gnā-
lis Cracouiensis prestati dignum fore arbitran hos qui labores et onera sufferunt, non repelli
a mercede Doctoribus et Magistris ac Collegiatis Studij eiusdem Crac: qui fundamenta
doctrinarum in eodem studio debent erigere et lecturum ac informationibus ipsos
studentes instruere et fouere, de centum Marcarum nũn Polonicalis rōn fallarij anno qu-
libet animaduertimus assignan quas eis in Theloneo Nrō Crac deputamus, per ipsos à The-
lonearijs quo pro tempore fuerint singulis quorum temporibus anni cuiuslibet per viginti
quinque marcas tollend et leuan. Quas ad requisitionem et quitationes ipsorum Thelon-
arij sine omni excusatione et negligentiâ perpetuè soluere tenebuntur Si autem Thelonearij
praedicti in solutionem earundem pecuniarum negligen fuerint uel remissi. Extunc Doctores
et Magistri praedicti auxilium Capitanei uel nostri louiter primo et secundo debent requirere
ad exigendas pecunias numeratas. Et si requisitio hmōi ipsis non fuerit, p̄futura h-
Iure suo spirituali per sententias excommunicationum Aggrauationum et interdicti
ab ipsis Thelonearijs easdem pecunias licite poterint extorquere. Verum quia parum
prodest libertates concedere nisi qui eas tueatur et conseruet habeatur pro quo Studium
p̄dictum Crac: in Iuribus libertatibus et statutis efficatius conseruare cupientes Epū
Crac: qui pro tempore fuerit omnium et singularum libertatum immunitatum exemptionum
et statutorum Studii supradicti conseruatorem statuimus eiq damus plenam et liberam
potestatem ipsum conseruandi et tuendi libertatesq. eiq exequendi ac in rebelles et male-
factores studij et studentium p̄dictorum poenas quas virtute praesentium uel etiam
secundum leges canones seu statuta locorum meruerint exigente ipsorum maleficio et
contumacia ratione p̄uia declarandi qui etiam Episcopus cum Rectore Vniuersitatis pe-
cunias et sallarium pro Magistris et Doctoribus distribuendi et commoda in Collegio
diuidendi iuxta exigentiam status et meriti cuiuslibet plenam et omnimodam habebit

maledi:
ctio

facultatem. Si quis autem has Nras erectionis Studij concessionemq; praefatae libertatum et exemptionum ac Jurium Lras de Successoribus Nris seu quibusuis Violare et infringere praesumpserit iram Vindicem districti Judicis et miserabilis infelicitatis horridum et inopinatum euentum nouerit se incursurum Et ut haec scripta in suo robore permaneant et per Successores Nros firmiter teneantur praesentes Nrae maiestatis sigillo fecimus communiri Actum Cracoviae feria secunda proxima post diem Sancti Jacobi Apostoli Anno Dni Millesimo quadringentesimo praesentibus his Venerabilibus in Chro Pribus Dominis Petro de Badolna Crac: Nicolao de Curow Vladislauien et Alberto Posnanien Episcopis Validisq; Joanne de Thanczin Castellano Cracouien Joanne de Tharnow Sandomirien Joanne Liganza Lancicien Jacobo de Konieczpole Syradien Sandziwogio Calisiensi, Mathia Gniewcowien et Creslao Brzesnen Palatinis Cristino Sandomirien Cristino Sandecen Petro Kmita Lublinen et Imramo Zawichosten Castellanis. Multisq; aliis fidelibus fide dignis Datum per manus Venerabilis in Chro Patris Dni Nicolai de Curow Episcopi Vladislauien praedicti Et Validi militis Clementis de Moskorzow Regni Poloniae Vicecancellarij. Formatum autem per Nicolaum de Sandomiria Cracouien et Sandomirien Ecclesiarum Canonicum Aulae nostrae Notarium.

✠

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Ea quae ex Regalis magnificentiae beneplacito eximia nimirum devotione et fidei
puritate, ad praesentem subditorum et salutem humanae conditionis, piis ac genero-
sis affectibus ordinanti adhibitionem fidei exquirant, et gaudeant minori fulcimine
firmitatis. Quia nihil valet quod statuitur nisi statuta ex diligentia ampliori observentur.
Proinde Nos CASIMIRUS Dei Gratia Rex Poloniae ac terrarum Cracoviae, Sandomi-
riae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Pomeraniae, Russiaeque Dominus et haeres. Cupientes
ferventi desiderio veluti ex debito tenemur ut res utilis omnisque prosperitas humanae
conditionis dilatetur, meliora prospicientes ne eadubitantes Clericis et Subditis Regni
Nostri profutura. In Cracovia Civitate Nostra locum ubi studium vigeat generale, in qualibet
bet licita facultate, nominandum, eligendum, constituendum et ordinandum diximus
et in antea futuris temporibus esse volumus in his scriptis ibique ibi scientiarum
praevalentium margarita ut viros producat consilii maturitate conspicuos, virtutum
ornatibus redimitos ac diversarum facultatum eruditos fiatque ibi fons doctrinarum
irriguus, de cuius plenitudine hauriant universi liberalibus cupientes imbui documen-
tis. Ad quam scilicet Cracoviam universi non solum Regni nostri et regionum adiacen-
tium incolae, sed alii ex diversis mundi partibus libere et secure confluant, Civitatem
praeclaram huiusmodi scientiae margaritam assequi cupientes. Quibus omnibus et singu-
lis subscriptos articulos in praesenti Cyrographo contentos promittimus et bona spondemus
fide tenere irrefragabiliter ac observare videlicet Rectoribus Universitatis Doctoribus,
Magistris, Scholaribus, Scriptoribus Stationariis, Bedellis, ac eorum familiaribus qui-
buscunque qui se gratia Studii in Civitatem praedictam transtulerint et ibidem moram
traxerint eisdem esse volumus Dominus Gratiosus impositum et eorum quemlibet suis Juri-
bus Privilegiis libertatibus et statutis et consuetudinibus omnibus aliis quae in studiis
Generalibus videlicet Bononio et Paduano, tenentur et observantur conservare defensare
ac tueri. Et primo qui venientes ad studium sive ab inde redeuntes in omnibus ac singulis
passibus, Pontibus Castris, et Custodiis ad totum Regnum nostrum constitutis, nullum sol-
vere debeant passagium pedagium seu Theloneum sive Conductum. Sed in his omnibus
cum rebus eorum, scilicet equis, libris, vestimentis lectisterniis pecuniis, et supellectilibus
domus liberi transire debeant et securi etiamsi alicui Scholarium sui parentes vel amici
pensionem facere voluerint, in esculentis et poculentis qualibuscunque, illa libere
transire debeant in Civitatem praedictam Cracoviam sine omni thelonei requisitione
neque per Carnifices quomodo vel quoslibet alios debeat impediri. Item si aliquis Schola-
rium sibi extra terra Cracoviensem de Blado frumenti farina, braseo, Cerevisia Marina-
li vino vel lignis procuraverit provisionem. Haec omnia et singula per aquam seu per
terram libere debeant transire absque solutione Thelonei et Decima lignorum. Pistores vero
panem pistantes Scholaribus et molendinatores blada ipsorum molentes, non ulterius
a Scholaribus praesumant exigere, quam Cives praedictae Civitatis consueverunt solvere.
Item (quod absit) si Scholarium aliquis vel familiaris eorum infra limites Regni nostri
fuerit spoliatus per nostros subditos, equis, pecuniis, et rebus suis publice vel occulte
statim postquam Scholaris de hoc nobis fuerit conquestus damnum Scholari tenebitur restitu-
ere, et malefactorem quaerere, et cum eo facere prout dictaverit ordo Juris. Si per extra-
neos et non subditos Nostros idem Scholaris vel suus Nuntius intra limites regni Nostri fuerit
spoliatus ad restitutionem damnorum modo quo promittitur non erimus obligati sed apud
vicinos Principes ubi malefactores praedicti morabuntur pro restituendis rebus Scholari
volumus fideliter laborare. Praeterea Scholas debitas ex nunc ordinamus pro legendo
Jure Canonico vel Civili, et Medicinis vel artibus liberalibus hospitiaque competentia designa-

pro Doctoribus Magistris Scholaribus, Scriptoribus Stacionarijs et Bedellis
quæ hospitia statim taxari decrevimus, per duos Cives et duos Scholares eademq̃
taxa nunquam augeatur in solutione ampliori Etsi forte ipsa hospitia in processu
temporis vilauerint. Domini eorum annis singulis tenebuntur illa sumptibus proprijs
reformare, Alius Scholaris vel alius prædictorum domum ipsam inhabitans fa:
cta denuntiatione prius Dno Principali de pensione domus ipsam reformare pos:
sit contradictione cuiuslibet non obstante. Quod si forte domum ipsam sicut pro:
mittitur pro studio deputatam aliquis inhabitauerit, et Scholaris ipsam habere volu:
erit pro statuta pensione, statim inquilinus prædictus soluta pensione pro rata
temporis de domo exire tenebitur et Scholaris ipsam libere assignare. Item volumus
ut Scholares proprium Rectorem habeant, qui in Civilibus Causis ipsos iudicare
debeat habeatq̃ Iurisdictionem ordinariam super omnes qui in Civitate Cracovia cau:
sa studii moram traxerint, omnesq̃ Prædicto Rectori jurare, obedire teneantur. Nec
ullus unquam in eisdem Civilibus causis, Doctorem, Magistrum, Scholarem, Bedellu̅
Stacionarium alibi coram Iudice quocunq̃ Ecclesiastico vel seculari audeat conve:
nire sub pœna decem Marcarum grossorum pragen̄ quam sic trahens incurrat ipso facto
et fisco Scholarium applicetur et Sententia autem Rectoris prædicti nullus applicare va:
leat vel supplicare aut restitutionem in integrum pot. Etsi appelatum fuerit appela:
tio ipsius non recipiatur, nec appelans audiatur per aliquem iudicem Ecclesiasticum aut
secularem sed Rectoris sententia in suis clausulis firmiter observetur. Verumtn̄ si de
nullitate vel injustitia forsitan arqueretur eadem sententia per Consiliarios Vniversita:
tis de ipsius viribus et iustitia cognoscatur. Insuper Rector iudicens Scholares
suos in Causis criminalibus, levibus, veluti pro verbali injuria, vel si Scholaris Causa
studii in Civitate Cracoviensi moram trahens aliquem capillando vel offendendo pal:
ma vel pugno ad effusionem sanguinis læserit, habeat iudicare, nec ob hoc Schola:
res ipsi vel eorum servi aut famuli ad extranea Iudicia protrahantur. Quod si
(quod absit) Scholaris vel alius Prædictorum in furto, adulterio, sive stupro, homi:
cidio aut aliquo crimine Capitali notorie fuerit deprehensus illorum cognitio ad
Rectorem non pertineat, sed statim si Clericus fuerit ad Spiale iudicium remittatur
si vero laicus Nro Iudicio subiacebit, si vero Scholaris Laicus, Bedellus, Stationarius
aut ipsorum familiaris de crimine homicidij adulterij membrorum mutilatione aut le:
thali vulnere vel quocunque nefario excessu fuerit accusatus extunc non secundum con:
suetudines pnas vel statuta sed iuxta leges per nos aut Iudicem deputatu̅
accusatus debebit iudicari. Quinimo per bonorum hominum atestationes ad expur:
gationem illati criminis admittatur Item quodsi pro quocunque crimine magno sive
parvo aut excessu quolibet Scholaris ipse vel quivis prædictorum fuerit inculpatus
nullus ipsum capere vel detinere præsumat nisi cum Rectoris familia vel ipsius li:
centia vel requisitione spali Et hoc ne unius criminosi prætextu res innocentum turpiter
rapiantur. Item si Rector contra aliquem de sua Iurisdictione iuste procedens et secundum
formam Statutorum ipsum studio et ipsius commodo pronunciavit. Ad requisitionem
Rectoris talis pronunciatus de Civitate utraq̃ Cracoviensi vel Casimiriensi per Advocatos
vel Cives protinus expellatur, nullusq̃ talem in suo hospitio audeat colligere, vel sibi quid:
quam vendere, donare, vel accomodare esculentum vel poculentum præsumat, Sed si Scho:
laris vel alius de præmissis sive vel mandato Rectoris non paruerit cum effectu Rectoriq̃
suo fuerit rebellis ad requisitionem Rectoris teneantur Advocati Civitatis utriusq̃
suam familiam mittere ad eam rebellis pertinaciam compescendam Item extunc stalla:
riamus sedes infrascriptas ut sedem Decretorum de quadraginta Marcis argenti an:
nuatim Sedem Decretalium de totidem Sedem Sexti Clementinarū de viginti marcis Item
providemus legenti legum codicem de undecim Marcis argenti Legenti inforciatum de
totidem. Et legenti volumen de viginti Marcis pro anno sequenti similiter iuxta con:
suetudinem legalis legentibus digestum vetus et novum cuiuslibet temporis de xi Mar
cis providemus. Duobus vero Magistris Physicam ordinamus salarium viginti Mar:
carum

Marcarum cuilibet annuatim Et Magistro in Artibus damus Scholam Beatæ Virginis
et decem Marcas reditus apponemus eidem. Ac Rectori Universitatis pro suis laboribus
providebimus de Sallario decem marcas prout in aliis Studiis est consuetum Quæ quidem
salaria exnunc in Nostra Zuppa Salis in Wieliczka deputamus Ita quod noster Zup-
parius Doctoribus et Magistris legentibus in Quatuor temporibus prædicta salaria
in Cracovia præsentare teneatur Item ordinabimus prædictis Scholaribus unum Campso-
rem vel Judæum in Civitate Cracoviensi qui habeat sufficientem pecuniam ad mutuandum
in Convictibus Scholarium super pignoribus bonis nec ultra pro Lucro suo exigat
de Marca qualibet infra mensem Item Doctores et Magistri ad sedes salariatas
prædictas eligantur per Scholares illius facultatis in quam Doctor vel Magister fuerit
assumendus Et si forte Scholares in eligendo discordes fuerint is electus sit qui a maiori
parte fuerit nominatus qui nobis si præsentes fuerimus alias Nro commissario quem super
hoc statuemus præsentetur et electus per Nos vel per eum remaneat in lectura. Item nullus
unquam vel Doctor aut Magister in Rectorem possit eligi, nec etiam Scholaris existens
Rector ad privatum examen cuiuslibet facultatis tempore sui Rectoratus aliqualiter ad-
mittatur Statuimus etiam ut quotiescunque aliquos Scholares in qualibet facultate per Do-
ctores seu Magistros ad privatum examen more consueto poni contigerit. super illos Cancella-
rius Nr Cracoviensis qui pro tempore fuerit eamque supponimus approbandi huiusmodi
examen omnimodam habeat potestatem. Item pro habendo exercitio Scholaribus studii
Dnus Episcopus Cracoviensis Officialem suum in ipsa Civitate Cracoviensi locare debeat
prout est locatus. Ut de lectionibus Scholares ad Practicam transeant et sumant audi-
ciam allegandi Ut autem omnia et singula superius expressa robur obtineant
perpetuæ firmitatis præns Privilegium scribi iussimus Nri Sigilli munimine roboratum
Actum Cracoviæ in die Penthecosthen Anno Dni Millesimo Trecen-
tesimo Sexagesimo Quarto. Præsentibus Andrea Cracovien. Joanne
Sandomiriensi Palatinis. Wilczone Sandomirien. Dobeslao Vislicen.
Petro Woinicicensi Castellanis Floriano Cancellario Lanicien. et aliis
multis fide dignis Nobilibus. Datum per manus Nobilis Dni Dni Jo-
annis Decani et Cancellarii Nri Cracovien. Doctoris Decretorum,
Scriptum autem per me Jacobum de Ossowa Notarium Cancellariæ Nræ
Regalis.

Est omni studio notandum quod Mechovius Lectoris
concionantis ~~mortem~~ cum Academiae initio coniungat.
An et cum prima Ecclesiae et scholarum Cathedralium
et parochialium fundamenta cum Beatissimae Virginis
cultu ponebantur ~~ut constat ex Cantilena S. Adalberti Bogarod~~ sic non alia occasio fuit ~~gene~~
ralis studii ut constat ex antiqua S. Adalberti
cantilena ~~quae Bogarodzica hoc est Cantor~~
quae prima voce Bogarodzica impiissimam Nestorii blasphemiam iugulat. sic non alia occasio
fuit generalis studii Concionatoris ponendi, quam ut
antiquae pietatis ratio per honestissimarum artium
propagationem conservaretur

Anno dni 1361. Quidam Lector Ordinis Praedicatorum in Graccovia, frater Paulus nomine, coram clero et populo in maiori Ecclesia Gracco: Beatam Mariam virginemque non absque originali peccato fuisse in Polonico declamans et praedicans cecidit et expiravit. Eodem anno universitatem Pragen. Karolus Romanorum et Bohemiae rex instituit et dotavit quam Innocentius Papa Sextus ad instantiam eiusdem Karoli regis confirmavit, haec vix quinquaginta annis duravit. Cum haeresi infecta exterminari coepit, tamen reliquiae suppositorum haeretica peste depravatorum praefatae universitatis exiguo numero in hanc diem Pragae cernuntur et supersunt. Anno praedicto 1361 Kazimirus rex Poloniae in villa Bawol alias in oppido Kazimirien. secus murum et Ecclesiam sancti Laurentii domos, cameras, lectoria lapideo muro pro habitatione et lectionibus Doctorum atque Magistrorum novae universitatis pro decore regni Poloniae erigendae aedificavit. Missisque notabilibus nunciis in Avinionem ad Urbanum Papam quintum huius modi fundationem a Sede Apostolica admitti obtinuit. Jacobus etiam Secundus Swinka cognominatus Archiepiscopus Gnieznen. per literas Apostolicas Commissarius et exequtor designatus praefatum Studium Kazimirien. seu Gracco: confirmavit.

Nb. Dominicanus in Aedib. S. Virgin. praedicans B. V. in peccato originali conceptam cecidit et expiravit.

2

Quod tamen morte Kazimiri interueniente, non fuit sortitus effectum, nec ipsa fundatio atque dotatio progressum habuit. Priuilegium Vrbani Papae sic incipit. Vrbanus Episcopus seruus Seruorum Dei charissimo in Christo filio Kazimiro regi Poloniae illustri salutem et Apostolicam benedictionem. Decet regiam celsitudinem etc: ut in dicta ciuitate huiusmodi Studium existeret generale. Illudque perpetuis temporibus inibi uigeret tam in iuris canonici et Ciuilis quam alia quacunque licita praeterquam in Theologica facultate, Et quod legentes et Studentes ibidem omnibus priuilegiis gaudeant etc. Datum Auinione Kalendis Septembris, Pontificatus nostri anno Secundo. Priuilegium autem regis Kazimiri de libertatibus Studii Cracco: postea concessum, Sic incipit. In nomine Domini Amen, Ea quae ex regalis magnificentiae beneplacito etc: Actum Cracouiae in die Pentecostes Anno Domini 1364 Consulum uero Cracco: Qui deuota regis Kazimiri omnes libertates per regem concessas se custodire et obseruare Submiserunt Priuilegium sic incipit. In nomine Domini Amen,

Expedit reipublicae perpetuo etc: Actum Cracco in die Penthecostes sub anno Dni 1364. Praedicta Privilegia habentur in maiori Collegio artistarum Universitatis Cracco. Item Rex Kazimirus per eosdem oratores in Avinionem missos Ecclesiam metropolitanam in civitate Leopolien. per Urbanum quintum octavo idus Aprilis ad dotationem sufficientem erigi et fundari obtinuit quod et factum est. Praefatus enim Archiepiscopus Gneznen. Jacobus Swinka literis sibi praesentatis personaliter Leopolim transiit et ex parochiali Ecclesia Leopolien. inspectante Kazimiro rege & universa eius militia Archiepiscopatum erexit. Primumque Archiepiscopum dictae sedis Cristinum virum nobilem instituit et consecravit.

Ita quidem Miechovius de prima Academiae institutione vel potius de diplomatum Summi Pontificis executione facta per Archiepiscopum Iacobum Swinka ~~facta~~. Sed pace tanti viri dixerim ratio temporum aliter evincit. Nam Iacobus Swinka Archiepiscopus ~~fuit~~ Gnesnensis factus est anno 1283 Mortuus vero 1304. Ac idem Miechovius memorat 1284 anno. (lib 3 cap 61) a Iacobo Swinka Archiepiscopo Gnesnensi excommunicatum fuisse Henricum Ducem Wratislaviensem

NB Hoc est manu scriptum Bro. scii

Fieri non potuit ut prope octogesimo anno in ~~sed~~ Archiepiscopali cathedra sedens prima Aca-
demiae fundamenta poneret? Puto potius memoria lapsum Miechouium. pro Jaroslao Skotnicki alias Bogoria posuisse Jacobum Swinkam. Nam ut refert Dlugossus in vitis Archiepiscoporum Gnesnensium et ~~Epi~~ Archiepisco-porum primo inter ~~Episcoporum~~ Cracoviensium Jaroslaus Bogoria ~~in cath~~ Archiepiscopatui praefuit annos [illegible] 34. mortuus anno 1376 16 Septembris Calisiae. Itaque ~~init~~ incepit anno 1342 ut idem Dlugossus narrat 13 die mensis Februarii. At ipse Miechovius narrat libro 4 Chronicorum capite 34. Jaroslaus de Skotnik qui excaecatus erat et de Archiepiscopatu Gnesnen. cesserat plenus die-rum quia centenarius in Kalisz veniens in Archiepiscopali domo anno Domini 1376 die 16 Septembris mortuus est et 20 eiusdem mensis in Ecclesia Gnesnensi in sacello ab eo fundato et dotato sepultus.

Cromerus vero circa annum 1342 (non enim annorum descriptio in illo evidens est) scribit sic: Janislaus Archiepiscopus Gnesnensis extrema senectute defunctus successorem accepit Jaroslaum Scotnicum gente Bogoriam. Idem vero Cromerus cum de prima erectione Academiae id agit Anno inquit 1361 Casimirus rex missis Avinionem ad Urbanum Pontificem Maximum Innocentii successorem oratoribus impetravit ut in Russia Cathedra Metropolitica Cracoviae vero Casimiriae nova Academia institueretur id quod Carolus imperator et rex Bohemorum iam Pragae fecerat. Atque illud quidem perfectum est eodem anno primusque Archiepiscopus Leopoliensis fuit Christinus homo equestris ordinis quanquam non memoratur cuius gentis fuerit a Gnesnensi Archiepiscopo praesente Rege consecratus. Academiae vero coeptum opus magna parte aedificiorum consequentibus annis magno sumptu excitata ad finem tamen tunc perductum non est Casimiri morte intermissum Invidere ipsi fortasses fata hanc gloriam, ut integra solidaque Vladislao Jagelloni maneret.

6.

Praeterea repullulans rursus inter episcopum Craco-
uiensem et regem, sacrumque et prophanum ordinem
controuersia de iure decimarum et interdictionem
eodem anno arbitrio Iaroslai Archiepiscopi Gne-
snensis qui tunc forte Cracouiensem dioecesim
visitabat ex compromisso sedata est. Cuius
decreti exemplum extat in constitutionibus regni
et synodalibus vulgo editis.

"constitutionibus Basilaeensis edito habet in corpore [illegible]

Quid clarius dici potest? Etsi annum Iarosla-
um circa Academiam non exprimat, exprimit
tamen eundem circa controuersiam decimarum
et quendam EODEM ANNO.

De resignatione Archiepiscopatus et
~~E~~ morte eiusdem Iaroslai Cromerus libro 13.
~~Nec~~ multo post senio confectus et oculis ca-
ptus Iaroslaus, cum supra triginta annos Ar-
chiepiscopus fuisset Nicolao Cossutonio praeposito
Gnesnensi propinquo suo Archiepiscopatum concedere
concedere statuerat. Sed cum is improuide sine
regia commendatione et collegii Gnesnensis consen-
su Auinionem ad Gregorium undecimum Pontificem
Maximum ea de re se contulisset infecto negocio
manus rediit. Neque tamen Iaroslaus dimittendi

Archiepiscopat

De antiquitate literarum in Polonia

An etiam cum nullum Poloniae nomen esset aliqua literarum fuerint vestigia

"Academiae

Quo fine permotus fuerit Casimirus et Jagello ad excitandam Academiam.

An in confirmatione Academiae ad eundem finem collimandum sit.

Vicissitudines facultatis philosophicae in Academia Cracoviensi

"artium

Neque philosophicae tantum facultatis vicissitudines considerandae sed omnium facultatum.

Si quid in Academia sit praeter eum finem quem primi Academiae fundatores vel posteri propagatores intendebant, an non sit fraus Reipublicae.

Veteres se nominabant Artium et Medicinae Artium et Jurisprudentiae Artium et Theologiae Doctores. Vide scripta veterum.

Archiepiscopi

Archiepiscopal cogitationem deposuit sed Ioannem
Suchywilcum Iuris canonici Doctorem cuius antea
mentionem fecimus sororis filium successorem sibi
legit: virum is quoque strenuum negotii in
confirmanda re habuit palam commendante et
clam impediente eius causam Ludovico apud
Pontificem maximum. Ad extremum tamen
nova regis commendatione et collegii appro
batione adiutus voti compos factus est. Iaro
slaus vero Pomeranicis et Opatoviensibus posses
sionibus et decimis in ora Calissiensi indul
gentia Pontificis Maximi ad usum suum
retentis in Landense monasterium secessit
et biennium fere ibi exegit. Deinde per
taesus monasterii Calissiam commigravit ibi
intra vertentem annum vita excessit.
Ex his iam clare liquet Iaroslaum supra
triginta annos Archiepiscopatum tenuisse atque
primam Academiae fundamentorum positionem
in eius ~~tempora incidisse~~ non autem in Ia
bi Swincae tempora incidisse

Idque magis liquet ex serie Archiepiscoporum Gnesnensium ut a Dlugosso recensentur, unde quae ad hanc deductionem spectant describo

Wlostiborius annis 5 usque ad ann 1283 — Cromerus XI annis vacasse sedem Gnesnensem ante Iacobum Swinkam refert libro decimo

Iacobus Swinka ad annum 1304

Borzyslaus ad annum 1306

Ianislaus ad annum 1342

Iaroslaus Bogoria ad ann 1376

Cumque primam laudem inchoatae Academiae Iaroslao Bogoriae restituerimus, restat ut eundem tanquam ~~[illegible]~~ Casimiro magno suasorem Academiae instituendae ostendamus. Qui enim ~~[illegible]~~ varias regiones in iisque Academias non solum peragravit verum etiam summa laude gubernavit curae ~~[illegible]~~ patriae quoque eam quae ex studiis ingenuarum et liberalium artium habetur utilitatem non exceperit? Memoratur etiam (inquit Cromerus) de eo illud excelsi animi facinus, quod cum iuvenis adhuc Bononiensis Academiae Rector esset transfugit inde Acade

miam

niam suae auctoritate propter Britannum sive
Anglum quendam scholasticum a magistratu urbis
capite plexum nec prius eam restituit di-
nec pro caede Angli satisfactum est
Dlugossus in vitis Archiepiscoporum Gnesnensium Boo
idem ita describit.
In studio Bononiensi dum illum minor habeat
status agens et Rectoratus officio fungens dum
Anglicus studens ob adulterium quod cum quadam
femina viro consentiente patraverat capite ple-
xus esset studium Bononiense transtulit nec
ante restitui consensit donec Papa Ioanne 22
intante capella in detestationem homicidii per
Bononienses erecta et in salutem Anglici occisi
dotata est.
Quo tempore res adeo memorabilis facta sit ex hac
Dlugossi annotatione utcunque colligi potest. Constat
enim Ioannem XXII inivisse Pontificatum anno 1316
sedisseque annis 18. mensibus 3 et diebus 18.

Ioannes 22 inchoavit pontificatum anno Domini 1316 sedit annis 18 m. 3 d. 18.

Sed tamen erroris Chronicorum Miechovii causa
est investiganda neque enim de nihilo est
factum Swintam ibi nominari. Multos
antiquos libros legit Miechovitus quorum
aliquos ego inspexi sed vix legibiles
propter notas iam fugientes ut fieri
solet cum loco humido libri reponuntur, ~~aut~~
situ computrescunt, aut alias ob causas
quae plurimae reperiri possunt. Non
Iaroslai tantum aut Casimiri magni
~~votum fuit Academiam in Polonia erigere~~.
Sed multorum ~~a~~ ab origine Christianae fidei in Polonia
inductae ~~erigere~~ votum fuit Academiam
in Polonia erigere. Quod enim laudabile no-
stri in exterorum regionibus videbant cur id
in patria extare non optarent? Ita Sanctus
Stanislaus Gnesnae primum deinde vero Parisiis
~~[illegible]~~ literis excultus scribitur. ~~Sed quid~~ Quid
si demonstravero usum Philosophiae ~~in Polonia~~ et Ma-
thematicarum artium ante omnem Academiae ~~origi-~~
~~nem~~ in Polonia originem? Extat auctor gra-
vissimus Vitellio qui se nominat filium

Thuringorum et Polonorum docet et Fridericus
Risnerus in præfatione eius Opticam demon-
strat vel patre Thuringo matre Polona
vel econtra natus. Quo quidem tempore vixerit
variant authores certissima tamen argumenta
sunt vixisse circa annum 1274 ut Pance-
rus et Rheinholdus existimant, tum et Antonius
Gogava in libello de sectione parabolæ, ac
Risnerus quoque in præfatione supranominata ex
temporibus ~~fuit~~ fratris Guilelmi de Morbeka
cui opus suum Vitellio inscripsit. Etsi
vero Risnerus putet Vitellionem in Italia Opti
cam exercuisse certum tamen est ex
multis in illo opere observationibus in Polo
nia quoque Opticam ab illo excultam cum antea
in Italia Patavii circa villam Cubalum
occasionem sumpsisset. Præcipue libro
10 circa propositionem 74 de iride ubi
~~[illegible]~~ scribit sic (in terra nostra Polonia
circa elevationem 50 graduum) Et antea
aliquas observationes nominat circa Wratislaviam

et namus Borat: an Borah? Cum igitur circa
illa tempora Iacobus Swinka vixerit et ex suprascriptis
liqueat talem tantumque Archiepiscopum probabile
est cognovisse viros eruditione claros qui tunc in
Polonia florebant praecipue in iis studiis quibus
tunc Academiae florebant in ~~aliis~~ regionibus.
Certum enim est ut temporum ~~certas vicissitu~~
ita quoque studiorum quasdam vicissitudines
et quasi revolutiones esse ut nunc quidem
illa studia efflorescant mox alia atque
alia. Ac proinde credibile est Iacobum Swinkam exo-
ptasse cum aliis, ut Artium et Scientiarum
generale studium institueretur. Quod cum
Miechovienses vir eximius inter figmentis
antiquarum scripturarum characteres invenis-
set non observata temporum ratione pro
Iaroslao reposuit Iacobum Swinkam cuius
hoc idem votum ~~fuisse~~ Academiam erigen-
di fuisse ex antiquitatibus Polonicis cogno-
verat. Sed quae occasio Tsuingis aliisque
exteris in Poloniam commigrandi?

Vide Antonium Possevinum

34

14

Exponam isto loco meam opinionem quam authoritatibus quoque ~~[struck]~~ et decet quamlibet antiquarum rerum interpretem communiam. Multa enim praeclara gentis nostrae ~~[struck]~~ gesta scriptorum inopia perierunt inter continuas bellorum tragoedias. Pudor autem fuit antiquis militibus extra ingenii ordinem literas nosse ut alicubi memorat Stanislaus Orichovius. quod ~~[struck]~~ impetum fortitudinis in hostes cultu literarum enervari existimarent. Horrent Tyrrenos Sarmatica plectra tumultus. ut eleganter aliquis poetarum scripsit. Plutus ille caecus divitiarum Deus multas in Polonia opes recondidit praecipue circa Cracoviam circa quam per circuitum amplae fodinae ~~[struck]~~ reperiuntur Bochnae et Vieliciae salis. Ilcussii (ut alibi, si per aquas liceret) plumbi et argenti. Kielciis aeris. Chancini marmoris et in aliis multis locis.

At Maro: Auri sacra fames quid non mortalia pectora cogis? De istis ergo in terrae viscera

Effodiuntur opes irritamenta malorum
aaa aaa iii ooo uuu

repositis opibus cum ~~vetari~~ cognovissent passim
et quisque valebat ingenio hunc migrabant a principibus
evocati ~~evocabantur~~. Cum vero in Thuringia satis
copia vel eruebatur vel excoquebatur
inde ~~[illegible]~~ viri fodinarum experien-
tia celebres evocabantur atque ibi domicilia
~~figebant~~ Vide Schroterum de salinis Vinariensibus
carmine descriptis

Iam si consideres machinas quibus metalla ex-
trahuntur, si colligas nomina ~~[illegible]~~ instrumen-
torum Germanica quibus ~~[illegible]~~ fossores passim
utuntur concludes necessario meam coniecturam
non esse nullam, ubi Mechanicae omnes
potentiae magnae et publicae utilitate ~~[illegible]~~ exercentur et a ~~[illegible]~~
Summo Philosopho ~~[illegible]~~ et Mathematico edocti ~~[illegible]~~ videan-
tur. ~~Ex usu enim artis Magistri omnia illa~~
~~praecepta colliguntur~~. multaque utilius usu
ista tractari posset si Geometriae ~~[illegible]~~ ~~praeceptis cognitis et~~
praeceptis ~~[illegible]~~ percognitis animus eorum qui praessent
~~excolerentur~~ ~~cum~~ ~~usus et praxis~~ usu et prax. ~~atque~~ in poten-
tiarum Mechanicarum ~~valore~~ effectu excoleretur. (Sed ~~[illegible]~~ plenumque
Mens una sapiens plurium vincit manus ait Euripides.

Nota bene praecognitionem de vaticinio Vicheriansi ex statione et linea venarum puritate et dechinitate metallis.

ingenia aemula sunt nondocilia. ideoque fit ut
consilii quod ipsi vel non dederunt, ~~da~~ vel dare pro
pter ignorantiam artis non potuerunt plerumque
sint inimici.

✠

ANNALIUM ALMÆ ACADEMIÆ CRACOVIEN: CENTURIA II.

AUTHORE

M. MARTINO RADYMINSKI

Collegii Maioris Profeſſore

Sacræ Sedis Apoſtolicæ

PROTONOTARIO.

1400 Alter annus, alter est Academiae Cracoviensis natalis longe felicior
quam primus quo a primis initiis a fundamentis assurgere coepit. Quamvis enim
Casimirus Magnus ad Regni sui decus et Ecclesiae Sanctae Dei firmamen-
tum, ingenti opere splendido cultu, domos Cameratas [illegible] e lapidibus
quadris pro habitatione et Lectionibus Doctorum atque Magistrorum in
Cognomine ad Urbem Cracoviensem Civitate nova sub Universitatis
aedificaverat, amplissimaque eidem Privilegia, et Stipendia suffi:
cientia Prae scriptis assignaverat, ac tandem Supremae Sedis Apo:
stolicae authoritate omnia confirmanda curaverat: nihilominus
tamen veluti invita Junone haec Unica proles sua masculina, nec adole-
vit, nec ad summum gloriae et honoris gloriosi fastigium
pervenit, ac ut inquit Middendorpius hactenus obscura fuit.
Obscuritatis huius Causas fuisse existimo, Fortunae variantis
vices, invidiosam vetustatem, et negligentiam scriptorum, vel
eorundem casu aliquo deperditionem. nam quid deficere
Casimirianae Universitati propter Theologiam facultatem quam
Summi Pontifices sero nonnisi et magna cum deliberatione
solent concedebant. non video. Martinus V Lovaniensem 1425 institut.
Academiam Theologiam illi profiteri non permisit. Bononiensis Aca-
demia a Theodosio iuniore fuit instituta ~~longe ante~~ cum tamen non
nisi ab Innocentio VI Theologica facultate aucta fuerit idque
Anno 1360. Viennensis antea olim erecta Difficulter tamen
~~at~~ Urbano VI confirmationem et Theologicam facultatem obtinuit
~~meruit~~ et ut in ea gradus ~~conferri~~ litterarii conferri possent.
Hoc idem nostris contigit. Cui Bonifacius IX 1396 ante restau:
rationem Jagellonianam ut in ea Theologia Cathedram haberet
et gradus conferret ~~[illegible]~~ benigne indulsit. Certe ad Annum usque praesentem
praeter supra memorata Privilegia Acta Universitatis Excerpta a-
pud Joannem Dlugossum et in alio quodam Manuscripto, aliquibus
monumentis, nulla vidi. An id acciderit ut Supervenientibus novis
fundationis, vetus obliterata fuerit. Cur vero a priori deno:
minari Jagellonianam Academiam Cracoviensem maioribus nostris
placuerit ignoro. Cromerus Lib 12 de rebus gestis Polonorum
de Casimiriana Academia haec habet. Anno sequenti qui fuit
1361 Casimirus missis Avenionem ad Urbanum V. Pontificem
maximum, Innocentii Successorem, Oratoribus, impetravit ut et Cracoviae
fieret adeo Casimiri nova Academia institutione et Academiis
vero coeptum opus magna parte defecisset consequentibus annis magna
sumptu excitata et tandem tamen huc perductum non est Casimiri
morte intermissum. Matthias vero Miechovius sic infit, Casimirus
huiusmodi fundationem a Sede Apostolica admitti obtinuit. Jacobus
Suinka cognominatus Archiepiscopus Gnesnensis per literas Apostolicas
Commissarius et exequutor designatus Generale Studium Casimiriense
confirmavit. quod tamen morte Casimiri interveniente non fuit

2.

sortitum effectum, nec ipsa fundata atq dotata progressum habuit.
Nidendorpius Sic habet. Cracoviensis Academia primo quidem a
Casimiro A° 1367 inchoata fuit. Sed A° 1400 Vocatis ex Pragensi
Academia Clarissimis Professoribus, cum hactenus obscura fuisset, restau
rabatur. Hedwigis vt. Regina Vladislai Uxor maxime ingentem pe:
cuniam reliquit qua Crac. Academia a Casimiro cepta perficeretur
Horum omnium Primus Classis Hystoricus testa, sola spectant regum
Privilegia et Pontificia Brevia. Originem quam nos ex iudicijs
investigamus non respiciunt. Quis enim Privilegia nisi ijs qui
non sunt concedit, aut cum Confirmationem tuetur quod non exsi
stit; non entis vt nullae sunt actiones, ita nullae possessiones
Fatendum ergo est Primos et verissimos fundatores Acad. Crac. Casimiro
magno deberi qui opus intentum atque magno animo inchoatum
Professores Parisijs et Vienna adduxerit Collegium insigne et
[illegible] ex [illegible] tradendum est Casimiris possiderit. Privilegia [illegible]
[illegible] liberales ijsdem concesserit. Quod [illegible]
[illegible] pensiones, [illegible] non id erat [illegible]
[illegible] manum [illegible] operi [illegible] imposuerit [illegible]
Sapienti [illegible] erat voluntati Rector inquit [illegible]
ipsi [illegible] gloriam, et integram [illegible] Vladislao Jagell.
maneret qui [illegible] a Casimiro facile quidquid desiderabatur
addidit et in materiam [illegible] 60 iam annis dispositam formam
quam debuit introduxit. In hoc autem ego Dni Jagellonis gl.
riam maximam pono quod suae fundationi ita benedixerit
[illegible] ut his [illegible] vires, at ipsis Vulneribus fuerat Aca
[illegible] [illegible] pauperes [illegible] et egestatem pro dote habe
[illegible] deficiente Mascula Stirpe
Quot nos acerbos casus [illegible] calamitates! inimicis demissa [illegible]
Regia! quibus non est concussa [illegible] ad ostia Tiberina fuit. Ex omnibus
a Clericis Societatis Jesu [illegible] pulchrior [illegible]
tamen [illegible] nova [illegible] ingratitudinis [illegible]
[illegible] Mihi profecto [illegible]
viderentur si quis hanc secundam Academiae restaurationem
non tam renovationem quam germanam fundationem nuncupa
[illegible] quidem in [illegible] per Vladislaum [illegible]
gratis possidet [illegible] quam [illegible]
Regio thesauro qui cum [illegible] iam integram
iam [illegible] aliquando nulla reddebat publica [illegible]
[illegible] Professoribus [illegible]

Anno igr currente cum dies Divae Mariae Magdalenae Sacer Sole Sere:
nissimo illuxisset iamq tum pridie tum hoc ipso die maximus pro
cerum et Regni Senatorum numerus Regem circumfunderet. Mane
inter horam octavam et nonam signo dato in Collegio Casimiriano
convenerunt D. Rector et [illegible] Facultatum Decani cum ceteris DD. Pro
fessoribus et Studiosa juventute, ordineq totum corpus Academiae
M. D. Rector qui tunc erat Venerandus [illegible] Stanislaus de Scarbi
mia

bimina Decretorum Doctor toga amictus talari, cui circa eponis holo-
serici villosi superinduenda erat. Praecedentibus Bidellis, subsequentibus autem se
Decanis Doctoribus et per ordinem DD. Professoribus in Arcem Cracoviensem
perrexit. Ad portam inferiorem arcis ~~M. D. Rector~~ a Regijs Ministris
atque alij D. Professores humanissime excepti ~~fuerunt~~ et in templum ubi
tum Divinis S. R. M. aderat deducti fuerunt. Sacro Missae Officio per-
acto in Palatium itum est. et Senatus haberi coepit. M. D. Rector cum
D. Professoribus in medio constitutus Paucis ac exaggeratis verbis Regiam
clementiam qua sua Mtas in promovenda Academia singulariter ferebatur
celebravit et mandatum si quod daretur cum ... fore ... Mox Carolus de Curow
fuerit exceptum se plenis ulnis senatus.
Eps Vladislaviensis Cancellarius Maioris Regni, quo tum Rex et ore suo
testabatur longo sermone quantopere S. R. M. Academiam ornatam vellet
exposuit quam cum ipsa gestaret in animo cupere et eadem ac diademati Re-
qui inservatur ac in fronte urbis huius collocetur decretum esse
Eam igitur esse voluntatem S. R. M. ut interim M. D. Rector et
DD. Professores Domum Stephani Pancer ad Regiam Mtatem iure
optimo pertinentem pro Habitatione et Lectionibus accipiant ab omnibus
oneribus immunem et liberam in eius omnia et singula pro usu et
necessitate Scholarum disponant ac ordinent prout ipsis melius in Do-
mino visum fuerit. Aedis ingentibus S. R. M. Rector magnificus gra-
tias, quod lectorum e concha (Collegium) Casimirianum studio, magna-
retum, urbe velit inclusum, pollicitus est cum Dei auxilio futurum
ut inde pretium et ornamentum non urbi sed Orbi Sarmatico immo
Christiano accederet inaestimabile. Acceptaque venia a duobus e
Senatu minore DD. Professores ad possidendam vero domum sunt introducti
Ingreditur postea herbis floribus frondibus imo arboribus tum desiccatis
ornatus novus scilicet Apollo in Parnassum mox ibique Regium
Loricam quam liberam omnibus ingulinis per Professores iussit et
coque omnes suas cogitationes confert ut ~~quam~~ Triclinia in Lectoria
commutentur prout mensis et abacis cathedrae et subsellia ornentur
et inaugurationi renovati Studij Generalis in Collegio Primo Vladislavi
Regis quamprimum instituatur. Transportatis igitur ... tum
ex Casimiriensi Collegio cathedris adornatisque ac dispositis per Tri-
clinia Lectorijs ex communi consilio ad faustam et fortunatam
Studij Generalis Cracoviensis Renovationem inchoandam dies decreta
est Feria secunda post festum proxime praeteriti D. ui Jacobi Ma-
ioris Apostoli, ad quam S. R. M. Senatumque ac Proceres Polonis
invitare placuit Omnes igitur DD. Professores suis distincti et
ornati habitibus pridie S. R. M. ad inceptionem antiqui Studij Generalis
in novo Collegio suo Regali demississime et officiosissime rogarunt
idemque fecerunt sequenti mane. Sed alijs publica pere Pietas
ex suggestibus et per valvas templorum in die Dominica praecedenti intimatione. Pius illa
quae S. R. M. ex aere in plateam S. Annae dedicabatur propugna domus
in hoc erat divisa ordines. Jam vero foribus ubi nunc sunt Stemmata
Saxo incisa hi versus erant inscripti: Aeternam servate Deam servabitis urbem
Imperium secum transferet illa loca
Si mihi servitium video dominumque paratum
Tu mihi Libertas illa paterna vale

Studiorum Solennis introductio

1.

Primum agmen constabat splendidissimo equitatu Nobilium auli
corum equitum et militarium hominum equis armis telis militaribus
vestesque pretiosa splendentium. Medii ibant Academiae Rector et
Professores stipatoribus regiis densissima caterva septi. Ter:
tius ordo Senatus utriusque Ecclesiastici et Saecularis erat, in quo Regiae
Maiestati Regni Marschallus viam dabat. Longus deinde ordo se
quebatur Principum, ducum, Curialium officiorum, Senatus urbis et
tota Civitas Casimiriensis. Incolae urbis per tecta specularia fenes
tras [illegible] perisstilia suspensi oculis vultu fronte plausum publicum contestati
Communi excipiebant venientem cum Academia S. R. M. Ea secundo
... Communi exc... [illegible] quo acclamatum est Xxici [illegible]
Xam (?) Constantini filio sponso novo acclamatum est ... Vladislao Regi qui tandem
nomine id longe melius occinendum fuit Vladislao Regi qui tandem
novum lumen Sarmatiae nunc lucem. Tribuis novum splendorem
quo Universo e longinquo filio Casimiriano in Urbem et orbem
ferebat. Non ergo domus non platea sed nec forum ipsum an
plissimum comitatum regium capere poterat. unde sic per plateas
et apricum plateam in foro praedominantibus S. R. M. cum Senatu
per Professores in novum Collegium deducta Concinentibus symphoniis
Hymnum solennem Veni Creator spiritus [illegible] ... per omnes domos
Ego [illegible] Petrus Collecta solenni Invocationem spiritus sancti terminavit.
Occupato autem sibi ...tudo regali subsellio Sacra S. R. statim
Privilegium Generale novae suae Erectionis per Magnificum ... Rectori et Professoribus
Regni Cancellarius Episcopus Vladislaviensis nunc Episcopus [illegible] et qui olim
tradit Magnificus Petrus de Radolina ... Lectionem primam ha
professor nunc erat Cancellarius Academiae [illegible] apud Dei
git Ea finita gratulatus est regia perennem memoriam ex funda
tione Academiae apud omnem posteritatem nec defuturam prius a
gratus est quam regni virga quod omen dei auferat frangeretur
Nec enim ingrediebatur ille parvis Coronae qui sceptra Academiae
huius infregerit. Finita oratione per Fiat Fiat acclamationem
Rex initium novae Matriculae per inscriptionem nominis sui
quem omnes praesentes tum Senatores in hoc egregio facto secuti
sunt dedit facta promissione verbo Regio Rectori data
de promovendo bono Universitatis. Sceptra deinde cum dia
demate pro sigillo Rectori Almae vero Universitati ... -tum
in clypeo quem tiaratus ipse tenet contulit. Stanislaus
de Scarbimiria Rector vir eloquentissimus pro Communi Aca
demiae Privilegiis et beneficiis Regiam Maiestatem Collegii
exhibit In custodiendis servandis et defendendis pro se et
suis Successoribus fidem publicam interposuit nomine denique
omnium gentium et populorum qui causa studiorum ad Academiam
venturi essent gratias immortales egit Deo et sedi Sapientiae
et laudis datori humili deprecatione Mariae semper
autem Virgini Dei genitrici Matris Academiam commendavit. Hic per
aedis Symphoniaci Te Deum laudamus concinuerunt, eadem
porro in ... regressus quo et progressus fuerat est ubi omnes Regis
epulis sunt excepti. Litterarum est ... in gratiam Minervae.
Tenor autem Privilegii Erectionis hic esto.

Ex eo die Collegium ... Vladislai Regis ... professores ...

CAZIMIRIA.

ME poſuit muro cinctam re & nomine Magnus
Cazmîrus, fecit nomen & inde meum.
Libertate frui iuſsit, ſanctumq; Senatum
Conſtituit, populo fortia iura dedit.
Templa Deo ſtruxit regali ſplendida ſumptu,
Auguſtini ornat quæ pia poſteritas.
Inclyta Muſarum domus hîc Academia cæpit
Permiſſu Vrbani, ſurgere Pontificis.
Æmula creſcentem toruo CRACOVIA cernens
Intuitu flammis vritur inuidiæ.
Gymnaſium rapiens Verpos dat. Liuida cur me
Opprimis? Hebræos accipe, redde ſcholas.

Clariſſimo Domino Andreæ Wolffovvic
Medico & Mathematico, Ioannes
Broſcius Curzelouienſis ordi-
narius Aſtrologus offert
gratitudinis ergò.

VW

355834
I 51 Dr
40

S. Regij Thesauri [illegible] universam in se partis eodem [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] Collegium [illegible] Regij Vladislai [illegible] [illegible]
[illegible]

Audi hac nova Fundatione Academici Professores Jagellonici pa:
ssimum Sex in Teloneo Cracoviensi Salariati Universam Theoriam in
se partiti auditoribus matutinis horis explicare coeperunt Circa vo
mendiem et horas vespertinas exercitia seu disputationes circa
Textum Autoris occurrentes. objiciunt resolventes ~~habere coeperunt~~. Minus Collegium Sere-
nissimi Regis Vladislai Artistarum à primis domus istius incolis nuncupatur ~~[illegible]~~
Alii quoque ordines, imo tota Academia ne deficere in suis ordinibus
sed magis augmenta, capere viderentur novam legum et Constitutionum
reformationem instituit. Nam ad antiqua sua Statuta, quibus hucusque
regebatur, alia quaedam recentia per quae Concordia, ac debitus Ordo, in
omnibus servaretur, Invitato ad partem laboris et sollicitudinis ipsius
Rmo Petro Wysch olim suo doctore nunc Epo et Cancellario
ut esset testis oculatus quam grata esset Vratar Fundatoris beneficia
addidit et conscripsit. Datusque est huius Libro

Iste est Liber Statutorum Universitatis Almae Acad Crac 1400

Hoc autem de Clarissimae Academiae Crac hac restauratione, Dlugossius Lei
stronium Lib 11 suae Historiae sub Annum 1400 extat.
Capit autem Studium Generale Crac per Vladislaum Poloniae Regem et Hedu
gim Reginam fundatum, et à Summo Pontifice Joanne 23 confirmatum
ex tunc in suppositis et variis Scientiis artibus et doctrinis vehemen
ter florere et crescere, et Viros de genere Polonico, doctos industrios
et sensatos producere Poloniaeque regni famam et gloriam diffundere
et dilatare Cuius etsi fama et gloria plura propitia divinitate
numerentur extentique decorum; nullum tamen reor Polonico generi
dignius fecundum ac utile, dignius
dignius magnificum ac necessarium, dignius fecundum ac utile, dignius gloriosum ac illustre, pro confutandis opprimendisque haeresibus et
erroribus, pro serendis virtutibus, pro eliminandis vitiis, pro defen
denda justitia pro illustranda virtute. Quod etsi dudum per Casimirum
Secundum Poloniae Regem Ordinatum fuerat et Collegium muro in Casimi
ria erectum; non tamen ita consumatum fuit.

forsan partiti

1401 Rectore Illmo Principe Joanne Duce Oswięcimensi Custode
et Canonico Cathedralis Ecclesiae Crac. Decretorum Doctore. Annus Jubilaei
qui Romae ipso 1400 in Polonia hoc presenti ex Concessione Bo-
nifacii Noni Summi Pontificis fuit Celebratus
Ferventibus autem aliarum Facultatum Studiorum initiis, Theologi
pro Stipendio suo, quod ex Fisco Regio habebant percipie-
bant, quo Certiores suorum Salariorum essent super Ecclesia-
sticis beneficiis quae erant juris Patronatus Regii fundari sun-
Rex enim omnes Praelaturas seu Praebendas et Canonicatus Ec-
clesiae interim Praeposito et Custode) ad S. Florianum, Theologis
Academiae Crac. pro dote assignavit et distribuendas inter
Professores Epo Cracoviensi cum aliis demandavit. Prae-
terea duos Canonicatus in Ecta Cathedrali Crac. alterum fundi
Theologo: alterum fundi Karniow, pro Il-
Lethowice, pro Theologo: alterum fundi Karniow, pro Il-
in Universitatem ius conferendi transtulit. Ultra hos etiam
Parochiam S. Andreae in Ilcus collationis suae Academiae donavit
Petrus quoque Wysch Eps Crac. duas Praebendas alteram Basili-
cae S. Adalberti in foro Crac. alteram S. Mariae Magdalenae
in Platea Castrensi et Parochiam in Luborzyca Univ. incor-
poravit. Ex eo tempore Praedicta Beneficia quae antea Solo
Presbiterii titulo Sacerdotes tenebant nunc duplicato onere
triplicato onere Academici supportant; nam et in Ecta divi-
nis operari ac olim Canonici Praebendarii et Plebani operari
debent et in Cathedris ac Professores Scientias profiteri debent
Rara fuit, est aut erit gratitudo in Viros literatos liberali-
tas. Imitantur huiusmodi Academiarum Fundatores illi
qui ex una fidelia duos parietes dealbant. Unde Proff.
sores ob plura officia aliquando incompatibilia distracti
nec ad Summum in Scientiis nisi forte rari, alii dum
libris inhiant eorum beneficia ex neglectu damna
in proventibus, et fortassis in divinis officiis ac tempore
patiuntur.
Tenor Donationis Regiae Sequitur et est talis

Annus 1402. Successor Illmo Drogicinensi Dni Decretorum Doctori Academiae Rectori per electionem canonicam datus est Venerandus Vir Nicolaus de Gorskow Decretorum Doctor Officialis Crac. qui postea tertius in Ordine creatus fuerat Eps. Vilnensis.

Rex tum Vladislaus nuptias cum Anna Vilhelmi Ciliae Comitis filia, nepte vero Casimiri magni solenni pompa celebravit, Coronationis Annae diem celebrem reddidit frequentia plurimorum Principum, quorum in gratiam torneamentorum et gymnici ludi in foro Cracoviensi erant exhibiti. At Vladislaus se ipso maior evasit cum Regnum Hungariae quod tunc erat Sigismundi legitime vero coniugis Mariae eidem possidentis, magno animo repudiavit, neminem inquiens ad Legatos fore adeo dementem qui se implicitum vellet iis vinculis audis quibus alium innexum videret qui sapienti responso et pudorem Subditis Sigismundi iniecit propter violatum iusiurandum in Regem suum, et Sigismundum a: hogni sibi ingratum e carcere in libertatem vendicavit

Interea Academiae promovendae non immemor apud Bonifacium IX diploma impetrat ut Monachis Cisterciensibus Poloniae nec alibi quam in Academia Cracoviensi Studia Theologica tra: ctare liceat, non obstantibus quibuscunque Ordinis Cisterciensium Constitutionibus.

Monachi in Academia Studia Theologica tractare possint

Aemulati sunt hunc Sapientissimi Regis et Beatissimi Praesulis Petri de Radolina in promovendo bono Universitatis zelum privati quoque Professores M. enim Joannes Isnerg S.T.D. proprio aere comparata medietate villae Nadnowice ad altare S. Bartholomei sub Organo in Arce Crac. super eadem fundavit unum Professorem qui cum Regalibus in eadem domo Sermi Principis Vladislai Artistarum omnia communia habens et sacrum missae sacrificium statis diebus celebraret, et ad unam Lectionem sive per se sive per alium legendam in Theologia vel tene: retur.

+

nonus

Bonifacius Octavus Epus Servus Servorum
Dei ad ppetuam rei memoriam.

Eximiae devotionis sinceritas quam Charissimus in Christo Filius Nr Vla-
dislaus Rex Poloniae Illris ad Nos et Romanam gerit Ecclesiam pro-
meretur et votis suis quantum cum Deo possumus annuamus. Dudum
siquidem ad instantiam pfati Regis voluimus concessimus ordinavimus
quod in Studio Cracoviensi in quo duntaxat artes liberales et iu-
ra Canonica et Civilia necnon Medicina legi et audiri poterant
de caetero in Sacra Theologia legi et studeri possit et quod Ma-
gistri in eadem facultate in Studio pfato in futuro magistran-
di omnibus Privilegiis Indulgentiis Exemptionibus et Immunita-
tibus et aliis praerogativis gauderent quibus Magistrati Parisiis in
eadem facultate gaudent seu etiam potiuntur prout in Nostris inde
confectis literis plenius continetur. Postmodum vero sicut exhi-
bita nobis nuper pro parte dicti Regis petitio continebat
licet in dicto Studio ad psens in Theologica facultate et volun-
tate concessionis et ordinationis huiusmodi libere et licite legi et
studeri possit ac in eodem studio plures sufficientes Magistros
legant et plures multos ad psens in facultate huiusmodi stu-
deatur ibidem; tamen Abbates et Monachi Ordinis
Cysterciensis ex eo in dicto Studio negarent in facultate hu-
iusmodi studere qd in Constitutionibus et statutis ordinis ante-
dicti cavetur et expresse etiam sub Excois poena mandatur
eisdem ne in facultate huiusmodi alibi quam in Studio
Parisiensi studere ac Magistrari possint vel valeant
quoquo modo. Quare pro parte dicti Regis Nobis fuit humiliter suppli-
catum ut providere super hoc de opportuno remedio de benignita-
te Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus incli-
nati Volumus et Aplica Auctte tenore psentium statuimus et or-
dinamus ut tam pdicti quam aliorum quorumcunque ordinum Professo-
res et alii quicunque in facultate huiusmodi in dicto Studio Craco-
viensi de caetero studere volentes ad pfatum studium accedere,
ibique morari ac in huiusmodi facultate studere et in eo Magistrari
et Doctoratus insignia recipere et habere libere et licite possint
et valeant. Et nihilominus dilecto filio Abbati Monrii

de Clara Tumba p̄dicti Ordinis Cisterciens. Cracovien. Dioecesis qui nunc
est et p̄ tempore fuerit ead. auctoritate committimus et districte p̄cipi-
endo mandamus quatenus oībus et singulis Monachis quorumcunq. Mona-
steriorum et locor. dicti Ordinis infra dictum Regnum consistentium aucto-
ritate Nrā sub Excōis pœna quam ipso facto incurrant inhibeat et
mandet ne in facultate huiusmodi in aliquo alio quam in p̄fato Cra-
covien. Studio studere absq. sedis p̄dictæ vel Regis aut Reginæ Po-
loniæ p̄ tempore existen. præsumant seu debeant quomodolibet in
futurum p̄fatoq. Abbati ut illos ex Monachis Monasteriorum et locorum
p̄dictorum quos ad studendum in facultate hmōi sufficientes et idoneos
reperierint in regno p̄fato studendum in eod. Cracovien. studio coarctare
ipsorum superiores ut eos ad p̄fatum studium mittant, et eos libere et licite
alias tamen iux. dicti Ordinis consuetudinem transire et accedere p̄-
mittant sub ead. pœna monere et p̄ censuram Ecclicam compellere i-
psisq. mandare possit et valeat ead. Authe concedimus potestatem p̄missis et
aliis Constitutionibus Aplicis necnon p̄dictis statutis et consuetudinibus dicti
Ordinis et aliis contrariis non obstantibus quibuscunq. Nulli ergo hominum
liceat omnino hanc paginam Nrā Voluntatis Statuti Ordinationis
Commissionis Mandati et Concessionis infringere vel ei ausu temera-
rio contraire. Si quis autem hoc attentare p̄sumpserit indignationem Om-
Dei et BB. Petri et Pauli Aplorum eius se noverit incursurum. Datum
Romæ apud S. Petrum sexto Idus Maii. Pontificatus Nri anno
Duodecimo

1403 Rectore Ottone Scholastico Cracov. D. Doctore. Alma Universitas domum pro Collegio DD. Iure Consultorum qui tunc adhuc in Collegio Casimiriano sedes suas retinebant, in platea Castrensi dicta a Rndo Dno Joanne de Rzeszow 700 Marcis latorum grossorum Pragensium emit. Emptionis et Confirmationis Regis copiae sunt isthae quae in sequenti pagina videri possunt.

Emptio & Erectio Collegij Canonistarum in platea Castrensi. Aº Dni 1403.

In nomine Dni Amen. Ad perpetuam rei memoriam Wladislaus
Dei Gratia Rex Poloniæ nec non Terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ, Si=
radiæ, Lanciciæ, Cujaviæ Lythuaniæ Princeps Supremus Pomeraniæ Rus=
siæque Dnus & Hæres &c. Significamus Universis quibus expedit præsen=
tibus et futuris præsentiũ notitiã habituris. Quomodo pro parte Venerabilium
Virorum Dnorum Magistrorum Doctorum ac totius Almæ Universitatis Stu=
dij Cracovien: nrã Maiestati studiosè supplicatum extitit, per Venerabiles Viros
Dnos Nicolaum de Gorzkow Decretorum Doctorem, Decanum Sancti Flori=
ani, Canonicum & Officialem Cracoviensem, & Budislaum Magistrum in artibus
Canonicum Visliciensem nobis sincerè dilectos, quatenus litteras Strenuorum Virorũ
Michaelis Judicis & Dobeslai Subiudicis Terræ nræ Cracovien fidelium di=
lectorum de nra Celsitudinis opulenta plenitudine confirmare, approbare, ratificare
& gratificare Velimus quarum quidem litterarum Dnis, primæ videlicet Tenor
sequitur continuo in Hæc Verba: Nos Michael Judex & Dobeslaus

Prima litera venditio nr.

Subiudex Terræ Cracovien Generales notumfacimus quibus expedit Universis
præsentibus et futuris præsentium notitiã habituris. Quia cum pro Tribunali in
Curia causarum Regalium Serenissimi Principis Dni nri Wladislai Regis
Poloniæ sedebamq tunc accedens ad nram nrõrumque assessorum ac Militum
& Baronum plurimorum præsentiã Strenuus Miles Dnus Sandziuogius Hæ=
res de Sczubyn, Palatinus Calisiensis, Sanus mente pariter et corpore exi=
stens, non compulsus non coactus nec aliqua fraude vel errore circumventus, sed
de bona et spontanea voluntate sua. integiter præhabita, habitoque super hoc fra=
trum & amicorum Consilio suorum speciali, Domum suam magnam, muratam o=
mnimodam, in platea Monasterij Sancti Andreæ & Castren circa et pro=
pè Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Cracovia sitam et iacentem cũ
ipsius magnæ Domus omnibus Domibus seu Domunculis subtus retro ante in=
tra & supra dictam Domum magnam, situatis constructis et muratis ac cũ
Universis ipsarum Domus & Domuncularum Juribus, Dominio, Utilitati=
bus fructibus, redditibus, Proventibus, censibus, areis tam desertatis quàm loca=
tis, terra, muro, structuris, ædificijs et pertinentijs quibuslibet ita prout ea=
dem Domum magnam cum Domunculis ipsius prædictis solus tenuit et velut
dicta Domus magna cum eisdem Domunculis in suis metis, muro, et grani=
ciebus ab antiquo est distincta nihil pro se et Successoribus suis Juris, Domi=
nij vel utilitatis reservando Honorabili Viro Dno Johanni de Rzeszow
Præposito Sancti Michaelis et Canonico Cracoviensi Ecclesiarum ac ipsius poste=
ris ac Succedaneis legitimis pro Septingentis Marcis grossorum Pragen nu=
meri Polonicalis consueti in totum vendidit et in perpetuum coram nobis
iudicialiter resignavit. Promittens ipsum Dnum Johannem occasione præmisso=

Strenuus Miles Dnus Sandziuogius Hæres de Sczubyn Palatinus Calisien vendit

Areis tam desertatis quàm locatis terra, muro, structuris ædificijs et pertinentijs quibuslibet

Emptori Honorabili viro Dno Johanni de Rzeszow Præposito S. Michaelis ... pro Septingentis Marcis

rum ab omni impedimento atque damno iuxta Ius Terrestre infra tres annos et tres Menses proximos ubilibet relevare. Per eundem Dnum Iohannem premissa omnia Iure Hæreditario et perpetualiter tenend. habend. possidend. utifruend. donand. vendend. et in usus suos suorumque Posterorum beneplacitis libere convertendum. Nos igitur predictas venditionem et resignationem præsentibus approbantes ipsas decernimus perpetuo valituras. Harum quibus sigilla nra appensa sunt Testimonio literarum. Actum et Datum Cracoviæ In Curia supradicta feria sexta In crastino Dominica Invocavit Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tertio. Præsentibus Strenuis Dnis Iohanne de Tarnow Cracovien. Iohanne Ligenza Lanciciens. Palatinis Iohanne de Tanczyn Cracovien. Cristino Sandomirien. Cristino Sandecen. et Imramo Zawichostens. Castellanis pluribusque alijs Testibus fide dignis. Alterius vero sequitur pari modo sequitur et est talis. Nos Michael Iudex et Dobeslaus Subiudex Terræ Cracovien. Generales notumfacimus quibus expedit Universis præsentibus et futuris præsentium notitiam habituris. Quia cum pro Tribunali sedebamus in nro Iudicio tunc accedens ad nram nromque aspectum præsentiam Honorabilis Vir Dns Iohannes Hærer de Rzeszow Præpositus Sancti Michaelis et Canonicus Cracoviensis Ecclesiarum Sanus mente pariter et corpore existens non compulsus nec coactus sed de bona voluntate sua imiter præhabita frctusque suorum Consilio amicorum speciali quo modam Domum suam magnam muratam in platea Monasterij Sancti Andreæ et Castren circa et prope Ecclesiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ sitam in Cracovia iacentem apud Strenuum Militem Dominum Sandzivogium de Schubyno Palatinum Calissien. emptam et etiam comparatam cum omnibus ipsius magnæ Domus alijs Domunculis seu Domibus subtus retro ante intra infra et supra ac circumquaque eandem Domum magnam situatis constructis et muratis nec non cum Universis et Singulis ipsarum Domus magnæ, et Domuncularum eiusdem iuribus et Dominio Utilitatibus fructibus redditibus proventibus censibus, areis tam desertatis quam locatis terra muro structuris ædificijs et pertinentijs quibuslibet ac ita velut eandem Domum magnam cum Domunculis ipsius prædictis solus emit et tenuit et prout dicta Domus magna cum eisdem Domunculis in suis metis fundamentis muro et granicibus ab antiquo est distincta. nihil pro se et Successoribus suis ibidem Dominij vel Utilitatis reservando Venerabilibus Viris Dominis Sacricol. Studij Cracovien. Doctoribus et Magistris ac toti Universitati eiusdem Studij Cracovien. et ad ipsum Sacrumcollegium Studij

Altera litera venditionis.

Honorabilis Vir Dns Iohannes Hærer de Rzeszow Præpositus S. Michaelis et Canonicus Cracovien. Ecclesiarum vendit.

Areis tam desertatis quam locatis terra, muro, structuris ædificijs et pertinentijs quibuslibet.

Emptoribus. Venerabilibus Viris Dnis Sacricollegij Studij Cracovien. Doctoribus et Magistris ac toti Universitati eiusdem Studij Cracovien.

prædicti pro septingentis Marcis grossorũ Pragen numeri Polonicalis
consueti in totum vendidit et in perpetuum coram nobis iudicialr
resignavit. Promittens ipsos Dominos Doctores et Magistros ac totam
Universitatem Studij prædicti occasione præmissorum õium ab omni
impedimento atque damno ubilibet iuxta Ius Terrestre nr̃um infra
tres Annos et tres Menses proxime a Data præsentiũ continuos
levare. per eosdem Dños Doctores et Magistros ac totam Univer
sitatem Studij antedicti Iure Hæreditario et perpetualiter tenẽ
et habend. tenend. fruend. possidend. et in usus ipsorum beneplacitos liberè
convertendum. In cuius rei Testimonium Sigilla nr̃a præsentibus
sunt appensa. Actum et Datum Cracoviæ feria Quarta Pro
xima post Dñicam Lætare Anno Domini Millesimo Qua
dringentesimo tertio Præsentibus Strenuis et Nobilibus viris Do
minis Ioanne de Tanczyn Castellano et Capitaneo Cracovien. Msczu
gio de Kozlow Nicolao de Zagorzany Prandota de Ne
przesna Petro de Xiascz et Mileszkone de Zabrzow Hære
dibus pluribusque alijs Testibus fide dignis. Nos autem hu — Confirmatio et libertas Regia p. dictæ emptionis.
iusmodi præfatorum Magistrorum Doctorum ac totius Univer
sitatis dicti Cracovien. Studij iustis ac rationabilibus supplicationi
bus gratam et favorabilem audientiã exhibentes supradictasque
literas ratas habentes et gratas ipsas confirmamus approbamus ratifi
camus et stabilimus decernentes eas in oĩbus et singulis ipsarum
punctis clausulis conditionibus et articulis robur obtinere perpe
tuæ firmitatis. Constituentes nihilominus supradictos Magistros
Doctores ac totam Universitatem Studij Cracovien. prædicti me
moratæ Domus et Domuncularum prædictarum cum earum
omnibus et singulis pertinentijs obventionibus spectantijs et ap — cum oĩbus pertinent. obventionibus spectantijs et appendijs.
pendijs universis quibuscunque vocabulis sortiantur veros et le
gitimos Hæredes et Dños ac perpetuos possessores. Eximimus
insuper absolvimus et perpetuo liberamus eandem Domum maio
rem simul et cum minoribus ab omni iurisdictione et potestate
omnium Regni nostri Poloniæ Palatinorum Castellanorum Iudi
cum Subiudicum Consulum Scabinorum cæterorumque officialiũ
et Ministerialium eorundem. Omnino volumus et edicto perpetuo

sancimus

Sancimus ut non solum temporibus nri felicis reginimis sed ex tunc et in Aevum omnibus et singulis libertatibus Juribus et consuetudinibus immunitatibus gratijs et indultis dicta Domus cum alijs Domiculis ad se pertinentibus gaudeat liberaliter et fruatur quibus Juribus Libertatibus et indultis Domus in platea Judaeorum situata per nos saepe dictis Magistris Doctoribus et Universitati Studij Cracovien data liberaliter et donata fruitur et solitur. In quorum omnium Testimonium et evidentiam clariorem praesentes literas nras scribi mandavimus ipsasque nri Maioris Sigilli pendentis munimine iussimus roborari. Actum in Nova Civitate alias Corczyn In crastino Beati Petri ad vincula Anno Domini Millesimo Quadringentesimo tertio. Praesentibus Reverendis in Christo Patribus Dnis Petro de Radolyna Doctore Juris utriusque Cracovien Alberto Jastrzabecz Posnanien Episcopis nec non Magnificis viris Dnis Armigeris Johanne de Tarnow Cracovien Jescone Liganza Lancicien Palatinis Johanne de Tenczyn Cracovien et Christino de Koziglow Sandecen Castellanis ac alys multis nostris fidelibus fide dignis. Datum per manus Reverendi in Christo Patris Dni Nicolai de Curow Archiepiscopi Gnezien nobis sincere dilecti.

Ex Libro Privilegiorum Almae Universitatis Studij Cracovien desumptum ab olim Illmo et Rndmo Dno D. Petro Tilichj Episcopo Cracovien autoritate ordinaria approbato. Et per me Mt Jacobum Plasczinskj Pbrum, nec non Actorem V. Capituli Ecclesiae Cathedralis Cracovien Notarium auscultatum de verbo ad verbum concordat.

Jacobus Plasczinskj Pbrus
Actor V. Capituli Cracovien
Notarius subscripsit

1404 Rectoratum gerente Joanne Safranerio

Vladislaus Rex cum Cruciferis in Racians compositionem amicabilem
facit tota Samogitia illis concedendo, Dobrynensem vero terram
quadraginta millibus florenorum redimendo, iniquis sane conditionibus
[Cruciferis de Racianz ... cum Cruciferis egit.] sed pax quam belli incommoda esset eligibilior. Vratislaviensis quoque
cum Venceslao Caesare conventum personalem habebat in quo
Venceslaus tota Silesia Regi cedere volebat ea conditione ut
per quamlibet expeditione bellica Regis Bohemi quadringenti Polo-
ni obsequia praestarent. Indigna visa est Proceribus Sarmatis
huiusmodi praestatio ac proinde consilium regis de recuperan-
da Silesia dissipaverunt, ostendentes alia etiam ratione posse
membrum Poloniae Silesiam ad integritatem Corporis iure et
iustis armis atque alia indecora obligatione redire. Ad redi-
mendam Dobrinensem terram indictio per Poloniam iz grossis
NB ex lanea imperata attulit summam Centum millium florenorum, quam
persolutis quadraginta millibus florenorum Magistro Ordinis reliquum
in usus regios cessit

Bonifacius IX in Vaticano Kalendis 8bris moritur qui primus Ro-
manorum Pontificum post reditum Sedis Apostolicae ex Gallia sum-
mum imperium Urbis, civibus se dedentibus obtinuit. Molem A-
driani instar arcis et Capitolium munivit pontificum dictioni
stabilivit, maiestatem nutantem confirmavit. Ecclesiae Romanae patri-
monium tyrannorum vi amissum recuperavit. Palatium Vatica-
num quod nunc superest perpetuae Pontificum Sedi inchoavit.
Sedit annos 15.

Onuphrius Panvinius Veronensis in Vitis 27 Pontificum Ro-
manorum post mortem Bonifacii immediate ponit tres per or-
dinem Pontifices Innocentium VII Gregorium XII Romae
in Vaticano electos et coronatos Alexandrum V qui Pisis
in Concilio fuerit electus idque anno 1410. Privilegia
vero Academiae Crac. leguntur subscripta et confirmata
fuisse ad Instantiam Vladislai Regis a Joanne 23
Papa Neapolitano hoc anno scilicet 1404 Quamobrem hoc
loci Confirmationem hanc Jagellonicae Universitatis
ponendam censui. Nemo enim in re tam gravi et seria
error aliquis in scribendo numero obrepere potuit.
Itaque Confirmationis Copias antiquo charactere scriptas ob-
sequenti pagina monstrabit

11.

1404. Praesenti quoque anno accessit altera pars villae dictae Hadrowic
ad Acad. Crac. possessionem. Enumerantur enim M. Rector. Ecce di
ctae villae alteram altaristam altaris S. Bartholomaei secundi mini
sterij super parte Hadrowice sine praedio fundavit et Profes
sori Univ. et Academiae incorporavit ut habetur in Lib. Pri
vilegior. Acad. folio si me non fallit memoria 16.

Litterae Regis ad Papam pro Univ.

Bme Pr et Dne Gratiosissime Quanta bona et quot salutaria spiritualia incrementa Regno meo Polo
niae et Terris sibi subiectis Lituaniae Russiae et ceteris huius Studij Gratia Cracoviensis fundatio
et qualiter Alma Univ. eiusdem Crac. Collegij Coronae meae provincias illustravit dictu et scri
ptis per me S. V. filium nulla unquam potuerunt explicari. Profecto Pr. Sanctissime a tpre
quo ipsum incepit in Univ. Crac. vigere studium magnorum emolumentorum accrevit numerus qui
spiritum salutis per sanctas doctrinas conceperunt. Quorum zelus semper accenditur con
omnem altitudinem extollentem se erga Sciam Dei, quos vita probatior, et literatura suf
ficiens reddit perfectissimi commendatos, qui dissipant et evellunt plantationes Dni
quas, qui fideliter docent subditos, divites non palpant, pauperes non gravant, qui
minas potentium non timent, qui crimina corrigunt et emendant, quorum sermo
est doctrina, quorum conversatio est justitia; quorum autoritas non est in habitu
nec in fastu, sed in eruditione et in defensione Fidei Orthodoxae. Merito ergo
S. V. eiusdem Almae Univ. memoriam in benedictione debet collocare et ma
num benedicam apponere, quod omnes in Univ. eiusdem Studij commorantes ab
ipsum Studium confluentes ceteris literarum favoribus et gratijs reddantur con
solati. Quocirca S. V. supplico humiliter et devote Quatenus ea quae privile
gijs meis et aliquorum Praelatorum Regni mei pro Collegio eiusdem Almae Univ.
et pro Doctorum ac Magistrorum facultatibus sustentaminibus et necessitatibus sunt incorporata
et adjuncta S. V. specialibus dignetur confirmare literis et munimentis candida
bilibus roborare gratiose. Doctores et Magistros eiusdem Unalitis Studij libentes
praesentium recommissos ipsos in agendis coram B. V. Clementiae meae supp
licationem prout eos cum praesentibus ostendendam mei contemplatione benigniter
exaudire. Personam S. V. sanam et incolumem &c.

1405 Joannes de Reesom Praepositus S. Michaelis in Arce Crac.
qui anno nuper elapso primus inter Regis Commissarios cum Cru-
ciferis apud Raciąż fuit, hoc anno Rectoratum Acad. sustinuit
quo cum Mgr Prussiis multoties agens, facile impetravit
ut Coloniam Academicam in Culmensem Civitatem deduceret.
In reditu ergo suo cum supremus esset factus rector Academiae
deliberata Universitate consulta et consentiente ad fundandam
illam coloniam in Prussiam Coloniam 3 Professores submisit
quae diu duravit sed variatis temporibus varias vicissi-
tudines sustinuit ut infra patebit

Porro pro augmento maiori Universitatis ad Salarian-
dos Ordinarios Professores Theologiae Juris et Medici-
nae emptus est Census seu potius [illegible] in Subsidiis [illegible]
[illegible] dictus Bergrecht à Nicolao Bochner pro
Rectorem et [illegible] sexingentis Octuaginta Octo
Marcis grossorum Bohemicalium ut legere patet.

Colonia Acad. Culmen.

Census in Salarium [illegible]

+

Priuilegiũ super Foueam in Bochnia. In Nomine Dñi Amen.

Cum Regum deceat pentiam regitiuam non solum Regno Dominiis, et vtilitatibus
eorum mansueti spẽe, verum etiam per prudentiam Regiam, sic pdeße, vt et
Regus, sit abundantia in thesauris et subministri augeri in parte Rega
lis solicitudinis conuocati tanto vberius sint vtilitatum participes
quo fidelius et prosperius satietatis participiũ portauerint et laborũ
Proinde Nos VLADISLAVS. D. G. Rex Poloniæ, necnon
Terrarũ Cracouiæ, Sendomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, et Lithua
niæ Princeps supremus. Pomeraniæ Russiæq; Dominus et Hæres
Volentes vtilitates nrãs, in Suppa nrã Bochnen. felix adaugere no
uum montem, seu salis fodinam, in ibi in Bochnia, per Famosũ Virũ
Nicolaum Bochner, fuem frãe, et Supparius vtriusq; Velicen et Bo
chen salis nri, fidelem Nobis dilectum, in loco quem idem Nicolaus
Bochner, ad hoc elegerit, de Nostrorũ Baronũ consilio, decre
uimus, et decernimus, cum pecuniis et impensis eiusdẽ Nicolai Bo
chner faciendã effodiend. et erigend. iuxta quod eidem Nicolao
Bochner, fidelius et melius videbitur expedire, et vt idem Nico
laus Bochner, eo diligentius et fidelius, labores dti noui montis
perficere, et vtilitates Regias posit inibi instaurare, eundẽ
Nicolaum Bochner in Rectorem Noui montis, seu salis fodinæ
Primum Rectorum, et Iurũ eorundem Rectorũ Berkgraedt.
Primum et deinde suos liberos, hæredes et successores legitimos facimus
et constituimus, ffuturis temporibus duraturis, iuxta modum et
consuetudinem aliorũ Montiũ, inibi antiquorũ, seu salis fodinæ
Suppæ Bochnen. Ita quod ipse Nicolaus Bochner, huiusmodi no
uum montem seu salis fodinam, mox post diem Festi Aßumptio
nis S. Mariæ Virginis, nunc venturũ, ac deinde in Annos
continuos subsequend. quanto tm̃ celerius et opperosius id
ipsum fieri poterit effodere, erigere, perficere, ac omnimode
conseruare, et cum auxiliante Dño, dtus Nouus mons, seu salis
fodina, perfectus fuerit, et primũ ad Sal in eodem peruentum
exstat. Extunc idem Nicolaus Bochner, incipiendo a parte.

49

superiori, ad singulas plagas circumquaq; et in profundum, à longitudine unius quartae ulnae, qui dr vulgariter Latr, de primo Szroli sale semel in dicto Nouo monte, seu salis fodina excidere, et pro sua pote rit convertere placito voluntate. Praeterea considerantes et atten tis, multiplicibus obsequiis, et complacen. quas dictus Nicolaus Bo chner Nobis exhibuit, et exhibere se offert, ut antea fieren, eidem Nicolao, suisq; liberis haeredibus, et successoribus legitimis quatuor famulos seu salicidas, dictos vulgariter Otroki, in dicto Nouo monte, seu salis fodina, locandi utilitates, et obuentiones quas libet, de laboribus eorum percipiendi, et usufruendi perpetuo damus et irreuocabiliter attribuimus, plenam et omnimodam facultatem, secundum Szroli consuetudinem aliorum Montium, seu salis fodinarum antiquarum. Cum autem in ipso monte, seu Salisfodina, sal prout incolere Noualia excidi inceperint, ipse Nicolaus tanquam Rector dicti Noui Montis seu salis fodinae, et sui liberi haeredes et successores legitimi sin gulis Sabbatis diebus, vadre Rectoratus, Dunsgeltus dicti Berk gracht, unam Sexagenam gros. Pragensium latorum valentium Sexa ginta gros. latos, in ipsam Sexagenam computando, de eiusdem Noui montis, seu salis fodinae obuentionibus, perpetuis eiam temporibus habebunt, recipient, et leuabunt, pro suis beneplacitis utilitatibus con uertendam. Quos quidem Rectoratum, et famulos quatuor seu salicidas et Sexagenam pecuniam, et numeri praedicti, ratione Juris dicti Berk gracht, ipsius Noui montis, memoratus Nicolaus, sui liberi, haeredes et successores legitimi poterunt habere, uti frui, vendere, commutare &c. perpetuo possidere, ac ad usus suos voluntarios, et beneplacitos disponere, prout sibi, et eisdem melius, utilius, et expeditius vide bitur, pro suo et eorundem beneplacito voluntatis. Sub quibus Sygillum Nrum appensum e. Testimonio literarum. Actum in Noua Ciuitate Korczin, Sabbato, proximo ante festum Natiuitatis S. Joannis Baptistae Anno Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Nono. Praesentibus Rndo in Xpo Patre Dno Nicolao Epo Vladislauien. &&&.

Privilegium Emptionis super foveam salis in Bochnia dictam Barkgraecht.

In Nomine Dni Amen. Quia inter ceteros humanae conditionis defectus
in hoc etiam humana natura plerumque defecit, cum actiones suas
tractu rapidas temporis, oblivionis decidere patitur in abyssum.
Idcirco de competenti remedio, humana providit industria, ut pote
de authenticis apicibus literarum, quibus labentem valeat memo
riam valeat retinere. Ad perpetuam igitur rei memoriam Se
nes de Moszhorzow Castellan Vislicen, et Capitan Srad, Sroq
et singulis, tam praesentibus quam futuris, quibus expedit te
nore praesentium recognoscimus universis: Quod in Nostra et Testium
infrascriptorum constitutus praesentia, circumspectus Vir Nicolaus
Bochnar, Suppanus, non seductus: nec aliquo dolo circumven
tus, sed mente sanus, et corpore validus, bona verum delibe
ratione praehabita, Ius Montanum suum, quod vulgariter Berk
graecht dicitur, in Salisfodina seu fossa nova, per eum facta
cum omnibus utilitatibus, proventibus, censibus et obventionibus
universis prout ex Donatione Regia hactenus tenuit habu
it et possedit, prout idem in Regali litera super hoc confecta
alias plenius et expressius vace in Suppa Bochnen, nil pro se vel
suis posteris, Iuris utilitatis vel proprietatis ibidem reservando Ve
nerabilibus Rectori, Doctoribus et Magistris Almae Universitatis
Crac. pro Sexingentis Sexaginta Octo Marcis, gros. Boemicalium
numeri Polonicalis totaliter, et in perpetuum se vendidisse recogno
vit, et coram Nobis rationabiliter vero Venditionis titulo resignavit
per ipsos Rectorem Doctores Magistros Universitatis praedictos
perpetue pacifice eiusdemque iure quod Berkgraecht dictum tenendum habendum
possidendum, tenendum, utifruendum, et ad usus beneplacitos convertendum.
Harum quibus sigillum Nostrum praesentibus est appensum Testimonio litera
rum Actum et Datum Crac. Feria Tertia in Crastino S. Andreae
Apostoli. Anno Dni Millesimo Quadringentesimo Quinto ꝉꝉꝉ.
Praesentibus Generosis Viris Clemente Castellan Radomien

1406 Nicolao Peiler S.T.B. in Supremo Magistratu Acade-
mico existente Altare S. Alexy à [illegible] Professore Acade-
[illegible] fundatum. Professioni Academicae est incorporatum. Habe-
bat Censum altarista et Professor ex Lapidea [illegible] e regio-
ne templi S. Mariae Magdalenae jacente dicta [illegible]
[illegible] quam V. Capitulum Cracoviense ab Universitate obti-
nuit per Commutationem Collato jure patronatus [illegible] ad
Parochiam Zielonarensem. Unde honestum [illegible] habere
nto potest in [illegible] vel Theologia [illegible]

1407 Rectore Nicolao Grisewicz S.T.D. cum Petrus Wysz
Eps et Cancellarius Academiae continuis Regni legationibus et
Reip. negotiis distineretur, dat literas Cath. personis
eisdem committit ut cum Rectore et decanis disponantur et
ordinentur melius Professores Theologici super beneficiis
S. Floriani. Septennio enim et à tpe a quo coadunatio
beneficiorum Ecclesiae S. Floriani Magistris et Doctoribus per Serenissi-
mum Vladislaum Poloniae Regem incorporationem facta est, exor-
ta est magnum murmur et querela inter Doctores et Magi-
stros Ecclesiae S. Floriani Praelatos et Canonicorum, eo quod tan-
... corpore et dote beneficia eorum post coadunationem vi-
ginti scilicet tantummodo marcis essent provisi, eorumque ma-
20 languido sub quo lectionem et beneficiorum exercebantur portare et
implere onus plurimum gravarentur. Reverendissimus ergo Praesul
Petrus de Radolina Eps Crac. eorum querelis stimulatus data commissio-
ne et negotio Joanni Safranecio Custodi et Vicario in spiritualibus
et temporalibus Eps Crac. et Ottoni Scholastico Crac., ut qualifica-
tione hac rei diligentius inspecta, quod ê Reip. et Ecclesiae S. Floriani
et Universitatis expediens esset provideretur, mandavit quorum
decreto etiam in scriptum redacto, vetus ordinatio in totum abro-
gata est, et nova sub his conditionibus et capitulis instituta
est, videlicet quilibet Magister et Doctor in Ecclesia S. Floriani be-
neficiatus triginta marcas communis pecuniae annis singulis per-
cipiat, sedecim videlicet pro corpore, ita ut decem cuilibet
quatuor marcas pro quatuor temporibus si tamen lectiones eorum
convenienter antea expleverit, et quatuordecim marcas pro ref-
ectionibus si tamen singulis diebus Dominicis Ecclesiam S. Floriani perso-
naliter visitaverit, ita ut cuilibet visitanti pro qualibet die Do-
minica solvatur aut absenti defalcetur fertonis, nisi forte aegri-
tudine senio praedicatione aut aeris intemperie, aut ali-
quo alio legitimo impedimento impediatur. Item ut ratione
trium Cancellariarum videlicet Siradiensis Lanicensis et Posnaniensis
eidem Ecclesiae S. Floriani incorporatarum, tres constituantur in ea-
dem S. Floriani Ecclesia Cancellarii seu beneficiati sub qualifica-
tione praescripta, et ipsorum quilibet pro corpore et refectionibus tri-
ginta marcas si tamen pecuniarum facultas suppeteret habeant,
non tamen primo ad perceptionem illorum admittendi, sed conten-
ti debent esse Collegiaturis prioribus nisi per prius fuerint
dotata.

debita et neglecta antiquis beneficiatis fuerit persoluta. Caveri
maxime debet, ne Creatio novorum beneficiatorum, Veteres in suis
fundationibus et censibus quomodolibet impediat. Universis autem Magistris
et Doctoribus ad Ecclesiam S. Floriani sive ad prisca sive ad nova bene
ficia promotis et promovendis iniungitur necessitas ut in ea fa
cultate ad quam fuerint promoti diligenti studio lectiones ad quas
obligantur expleant. Decano autem S. Floriani ad quem regimen bonorum
Ecclesiae S. Floriani conservatio in temporalibus et distributio pecuniarum
in singulos Beneficiatos et coercitio in negligentes et remissos
committitur, pro quo labore et Cura 6 marcae illi ultra ceteros eidem
ciuntur. Item si aliqua summa ex proventibus Ecclesiae solutis bene
ficiatis per prius et expeditis resultaverit, in fiscum certum redigen-
da est et pro refectione constructione et qualibet S. Floriani necessita
te ~~incumbente~~ legitima et urgenti necessitate convertenda, qua deficien
te et Ecclesiae S. Floriani necessitate incumbente, tenebuntur beneficia
ti de suis proventibus introitibus eius supplere structuras aedificia
et singulas necessitates. Decernitur insuper, ut si ultra omnia praemissa
Summa viginti marcarum annuatim ex proventibus Ecclesiae, resultaverit
extunc provisor ex huiusmodi Summa magistro vel doctori imme
diate promovendo unam marcam singulis quatuor temporibus largiatur.
Si quis vero huiusmodi Constitutionis temerarius transgressor, repertus
fuerit sententia excomunicationis percellitur, quam si primo secundo
et tertio admonitus contumaciter perstiterit, facultas privandi et
spoliandi cum beneficio decernitur committitur et reservatur Ordi
nario pro tempore existenti.

Ordinatio suprascripta autoritate etiam Ordinarius ratificata decreta
etsi in plerisque articulis et Conditionibus observetur illesa in pluribus
tamen constat illam temeratam esse. Primi enim Doctores et Magistri
Ecclesiae S. Floriani beneficiati, receptis ab Illustri foemina Consorte
Ioannis Marsik de Dambrowa Palatini Leopoliensis quae erat
de familia et domo Stomirsczycorum ducentis marcis latorum grossorum
Pragensium et duodecim marcis census annui perpetui, quibus
iis Collegiatis in Universitate Cracoviensi in Artibus laborantibus salariarentur
coemeretur. Eius proposito et voluntate neglecta, praefatas ducentas
marcas latorum grossorum Pragensium diviserunt inter se, et omne illud
publicae utilitati demandatum fuit privatis usibus applicuerunt. Ex
3 clerus vero Sancti Floriani vel potius Universitas Crac. fecerunt pro
huiusmodi Collegiatis, illicite tamen et iniuste tributariam et
censum duodecim marcarum pro annis singulis eidem ex bonis proventibus
S. Floriani deputarunt. In qua re Universitas Crac. notabiliter gravatur

12

1407 Ipsa tamen Spectabilis et devota foemina Mazikowska suo do-
lo fundata est gravamen tam enorme perferens
Canonicatus autem novi S. Floriani ita ordinati sunt tres ex Cancellaria
Sendomiriensi accipit triginta marcas ex proventibus loci et habet Vicarium
Alter ex Cancellaria Lanciciensi tredecim percipiet habet Vicarium
Tertius ex Cancellaria Posnaniensi provisionem accipiet ab Epo Posnan.

Item Collegiatus D. Mazikowiensis et eius Collegiatis ipsi existentibus
solvuntur duodecim marcas communis pecuniis ex locis provenientibus
Ecclesiae S. Floriani. Haec tamen Solutio 12 marcarum dictis Collegiatis Capitulum
per iniuriam introducta est nec ad eam Universitas obligatur et
eam suo publico gravamine illam solvit cum ipsa tamen Dna ad ei-
mendum censum pro suo Collegiata donaverat marcas latos grossos de-
derit quod a Mgris et doctoribus primis beneficiatis S. Floria-
ni in privatos usus fuere conversi.

Hoc etiam Anno Nicolaus Vigandi S.T.D. et Nicolaus Peiser S.T.B.
a Summo Pontifice dati fuerunt Judices ad Cognoscendam Causam
inter Plebanum et Cives Leopolienses ex una et Archiepiscopum
Haliciensem partibus ex altera Ratione decimarum.

1408 Rector Universitatis Andreas de Kokorzyno funestum in-
cendium templi S. Annae spectavit et Collegium suum Principis Vladislai
a favilla vix defendit. Causam dederat huic malo gens recu-
ta; monetarii enim eorum, falsa cusione monetae, probam regiam a po-
pulo indi et fraudis ignaro permutabant sibi loco aliis damn-
inferentes; deprehensi in facinore eorum antesignani, iudicati et
ad flammas condemnati est; non ideo tamen plebs Xriana fals-
dum sibi existimabat, quod iacturam fortunarum suarum unius mort-
nequaquam reparari posse videbat. Premebat igitur alto cor-
dolorem et vindictae commoditatem expectabat. Accessit ipsi brevi
post homicidium, quod Iudaei Crac. in Christiano infante exercuer-
Cuius atrocitatem cum Ioannes Budek pro suggestu templi du-
exaggerat plebs templo effusa in domos Iudaeorum irruit
tum igni ac insontium sanguinem pro infantis sanguine fu-
igne domos nunquam falsariorum monetae succendit quo char-
S. Annae vicina Collegio Academico correpta est. Sedato populi fur-
Sedes et Stryges Hebraeos cessavit quorum plurimi ad templa ref-
gientes sacrum baptisma sibi conferri petierunt

Regina Anna per Moskowuum Castellanum Visliciensem temerate f-
regalis throni insimulata, in ius delatorem vocavit; accusatus c-
victus falsi ad restituendam famam innocenti hominis est condem-
Zelotypia grande malum in omnis conditionis hominum nequit
tamen in reges Amor regnique potestas
Impatiens consortis erit

1409 In Rectoratu Mgri Eliæ de Vindelicia S.T. Baccalaurei

Rex Vladislaus in curas de pace Lithuanis cum Cruciferis compo-
nenda quibus maximopere distrahebatur nonnisi iniurys ab Ulrico
Iuniengen Mgro Teutonici Ordinis afficiebatur Lucina favente
prolem ex Anna consorte foeminam suscepit cui nomen Hedwigis
ex fonte Petrus Wysch anno superiore post Pascha imposuit.
Ipse vero ex voto peregrinationem Hierosolimitanam ineunte proxi
anno inchoavit. Volens autem Unioni Ecclesiæ quæ tum Schismate
se duorum Pontificum maxime laborabat consulere Pisas
ad Concilium descendit, in quo teste Dlugosso pro honore Dei
et Regni Poloniæ et pro tollendo Schismate stetit faciens sum-
ptus magnificos et liberales. Venerant etiam per suos notabiles
Procuratores ad præsens Concilium Albertus Posnaniensis Jacobus
Plocen. Vincentius Vratislaviensis Arnoldus Culmensis Epi et Univer-
sitas alma Crac. Depositis igitur utrisque de Papatu contendentibus
Gregorio 12 et Benedicto pro unienda Ecclesia Dei Petrus de Candia
natione Græcus cui Alexandri V. nomen impositum erat, electus est
Pro Unione maior scissio in Ecclesia ex hoc Concilio prodyt tribus
se A Summis Pontificibus gerentibus usque ad Tempora Martini V.
Petrus decem mensibus sedit accepit Successorem Joannem ci
dictum 23 Papam Neapolitanum.
Accepit et aliud non leve vulnus tunc Ecclesia Dei. Joannes
enim Hus, Professor Acad. Pragensis ut fuit vir popularis Emu-
latione cum Alemanos Professores ductus, late Viclephi Angli
errores per Bohemos sparsit gentem ad res novandas natam.
Academia vero Crac. omnes errores et Hæreses exosa ut fi-
dem illibatam Deo et Sanctæ Ecclesiæ servaret inde usque neminem
in numerum suorum et album Studiosorum recipere instituit
nisi qui prius omnes Hæreses specialiter autem Joannis Hus
et Hieronymi Pragensis abiuraret.
Benedixit Deus progressibus eius. Nam ut Pragensis lapsa ita hæc
longe lateque philadelphia sua distendit. Ea iam frequentia con-
fluebat undique studiosa iuventus ut extra Scholas Universitatis
necessum esset pro pauperibus
Bursam et apud Cives diversoria
domum amplissimam et pro divitibus alteram comparare.
Quod Opus in se ultro recepit Vir nunquam sine laude com-
memorandus Joannes Isnerus S.T.D. Hic enim impetrat
Domos dare apud Regem ad Senatum Crac. mandato.

amplissimas alteram vicinam Collegio Maiori pro demolit[illegible]
post eius deflagrationem postea Collegium Minus in eadem e[illegible]
alteram in Platea Vistulae pro Contubernio pauperum, cu[illegible]
illius magnam Provisor quoad vixit felicissime gubernavit
Emptionis domus + Contubernio divitum libro in pelli Copia[illegible]
litterae pro Contubernio Pauperum emptionis ibi sunt et [illegible]
De domo divitum Leges in vita Joannis Dlugossij in qua ipse adiunxit et
quas leges illi fuerint. Quis stili illi docere possunt qui ad [illegible] Academiae
attendunt

Id munus aedes, cum Radimnovio [illegible]
Scriptori Archivi Academiae [illegible]

Copia Literarum Quibus Emptio Contuberny dicti Pauperum continetur a Magistro Martino Gilewio Rectore Bursae: ni Seniore Eiusdem Contuberny descripta

Nos Michael de Czirla Gaspar Krugil Petrus Woch: szczagiel Georgius Arnberg Nicolaus Platener Petrus Greitan Joannes Predlant et Nicolaus Bottener Consules Civitatis Cracovien. Notum facimus praesentibus et futuris quibus expedit Universis Nos a Serenissimo Principe ac Domino Domino Vladislao Rege Poloniae Lithuaniae Principe Supremo ac Domino Nostro Gratiosissimo suis seriosis suscepisse Regalibus in Mandatis Quod Una cum Rendo Viro Domino et Magistro Joanne Isneri Sacrae Theologiae Digno Professore aliquam Domum in Dicta Civitate Cracoviensi pro habenda mora in moreque et inhabitatione Pauperum ac Divitum Undecunque et Signanter de Regno et Partibus Lithuanorum ac Russiae ad Studendum huc Venientium deberemus inquirere et ad Emendum ac comparandum alicubi invenire. Et quia idem Magister Joannes Isneri iuste et principalius sui interesse indicans diligenti et Solicito inquirendo Conatu Domum Lapideam in Platea Violenti eundo ad Contradam Pictifigulorum in acie circa Domum Andreae Bienner fundamentaliter sitam prodictis Studentibus tam ex situ locali quam pro inhabitando quoque pace et Commodo bene aptam a Provido Viro Joanne Statschreiber emit et effectualiter Comparavit. Nos requirens et amonens Ut iuxta Statum Domini Nostri Regis Mandatum ad dictae Domus Emptionem Nostrum Vel:

lemus

lemus praebere assensum et in Eius Resignationem conser:
tiremus Et quia Privilegia Scriptae Civitati per Divos Reges et Prin:
cipes et notanter Dnum Casimirum Sextae memoriae quondam Regem
Poloniae data munifice et Concessa quae in se evidenter Continent a:
bundanterq cavent ne Domus et Possessiones in Civitate existentes qui:
bus suis Personis Ecclesiasticis sive Religiosis in possessionem per
petuam deberent quoquomodo resignari Unde exacta pensanda di:
ligentia quod non solum Honum illorum qui dtae Bullarum muniun:
tur Cautella neq eorum qui Edictas Condidisse noscuntur Leges
imo Verius Omnipotentis Dei in hac parte agitur Causa qui Omnium
Statutorum et Sacrorum Dogmatorum Conditor est et Legum dignum
arbitramur et Congruum Ut humana divinis humilia fortioribus et
infirma potentioribus cedat in his praesertim per quae Sacra Fides
Christiana per huiusmodi Vilet Studentium Habitationem et eorum sol:
licitam et irriguam Verbi DEI praedicationem etiam in remotis Infide:
lium partibus et terris augmentationem suscepit et suscipiet Ut pie Cre:
dimus in futurum ac per hoc etiam Almae Universitatis Studium
dilatetur. Cum etiam ga Praefatus Mgr Joannes qui dictam persolvit
Domum coram Nobis suo et Successorum Suorum Nomine assumpsit bona
fide stipulatione interposita et promisit quod Platea praefata Domus
Utrinque Contigente per ipsius Inhabitatores per Purgatione ac fimi
et Luti Eductionem quoties per Coss tunc existentes fuerit pro:
clamatum et indictum fuit munda teneri et more Vicinorum Suorum
servari debeat et purgari Quodq homicidis furibus Latronibus
Pacifractoribus Contentiosis Seditiosis Debitoribus sive Creditoribus
Profugis Proscriptis Relegatis ac quibusvis Damnatis Vel
Damnandis alysq Malitiosis et Criminosis nullum
esse refugium nulla immunitas nullum quoq Con:

fugium

fugium praesidium nec consilium. Atq si quod absit dicte Univer-
sitatis Studium extra Civitatem praedictam ad alia quaevis loca
transferri et a Civitate Cracouiensi alienari contigerit extunc
Domus nulli alteri Vendi debet nisi Civi Cracouiensi et Ius Civi-
le legitime possidenti. Propter quod cupientes pia devotione executi-
oneq fideli praefati Serenissimi Principis Domini Regis Domini Nostri
Gratiosi obedire Mandatis et prout tenemur iussibus suis Salubri-
bus ex debito semper fore Conformes praefatae Domus Emptionem et
eius resignationem de Nostro et maiorum Civitatis Seniorum Maturo
Voluntate et Consiliis iuxta dictas Conditiones Articulos et Li-
mitationes per praefatum Magistrum Ioannem suo et Sequacium Suorum
Nominibus nobis et dictae Civitati Nostrae promissos et Suos admitti
mus assentimus et per omnia Consentimus per eundem Magistrum Io
annem et Successores Legitimos habendam tenendam ac quiete et pacifice
possidendam Insuper si Inhabitatores dictae Domus de Nostrae Ci-
vitatis fonte Uti Voluerint et de eisdem aquas pro suis hau-
rire necessitatibus tunc fontalia quemadmodum aliae Do-
mus Vicinae Solvunt solvere tenebuntur Harum quibus
Sigillum praefatae Civitatis Cracovien appensum e Testimonii lua-
nis Datum Sabatho ipso Die Apolloniae Virginis Sanctae
et Martyris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nono

1410 Cum Nicolaus de Kozlow Rectoratum agit Nicolaus Tramba Præpositus
S. Floriani Epatus solenni juramento in suum albo Universitatis in:
scribendum dedit vir qui multis et excelsis virtutibus ornatus Regni
Poloniæ Procancellariam ingloriam sibi fore duxit si ad maius Tia:
tiar immo in Concilio Basiliensi ad Summum Sacerdotii non
è gremio Academiæ Matris vocaretur. Ita primo Haliciensis
Metropolitanus (necdum in Leopolim Sedes translata erat) mox ad
Gnesnensem Archiepiscopatum translatus est. Commendat illum Joannes
Dlugossus a singulari pietate in oes, ab innata mansuetudine à
munificentia in oes genus quod virtutes illum ceteris adeo a:
mabilem reddiderunt ut dignus Clavibus Petri judicatus fuisset.
Hoc quoq Rectore Academiæ et anno Celebri Regi tanti tulit
victoria Grunvaldensi longe gloriosissima de Superbissimo
hoste. Quadraginta millia cæsi exercitus Cruciferorum numerantur
hic quam fusissime describit Longinus et Paprocius. Exterminati
plane fuissent Cruciferi et tota Prussia si ~~Rex~~ Mariaeburgum obse:
disset nam ipse Regi Henricus de Plauen fatebatur se quindenam
Arcem obsidionem nunquam sustinere potuisse fatebatur. Culpam plerique
historici in consilia Senatorum rejiciunt qui ne Vitoldi
et Regis indignationem incurrerent, pacem et eius conditiones
parum honestas utriq cum Cruciferis persuaserunt. Nuncios
huius victoriæ tres Episcopos ad Archiepm Gnesnen ad Capitulum
Crac. et ad Universitatem et aliis statim misit. Trophæo
vero in fidem victoriæ hoc est vexillo Epi Pomesaniæ Icone
B. Joannis Baptistæ formato per Moraviecz nobilem Polonum
in Urbem illato Universi cives laudes Deo triumphum Regi igni
bus theatris applausuque tormentorum toto triduo egerunt.

1411 Suscepta Academiae administrante Cura de Magna Cosmin S.T.B.
duo Professores Acad. Otto decanus et Joannes Scholastiky Cust.
Cathedralis Crac. uterque olim Rectorantes ex facto Academiae a S. Sede
Apostolica definitores omnium controversiarum et litium in Regno
Poloniae sunt instituti; optanda his temporibus non spernenda Regni
conditio ne lites Romae cum tot et tantis impensis trahantur.
Inter manuscripta, descriptiones factas a Musis Heliconiis Aca-
demiae triumphi Regis de Cruciferis relati: hoc anno vulga-
ta fuisse reperiuntur

1412 Nicolaus Marcuuit de Casimiria Rector Epithalamium Ernesto
Duci Austriae cum Cymbarca Ducis Masoviae filia Vladislai veneri
regis ex sorore nepte Poëtas et Musas Academicas concinere iussit.
Ex hoc enim felici connubio multi Austriaci Imperatores prodierunt: Maxi
mum Fridericus qui Romanum imperium annis pluribus felicissime
gubernavit editus est.
Sub hoc tempus Rex Jagiello à Sigismundo quem [illegible] Hun
garorum liberaverat ad foedera et foederis icti pacta [illegible]
confirmanda in Hungariam ad Civitatem Cassoviam descendit. Sim
plex columba, ab astutissima vulpe decepta est. Sed non Rex regum
et Dominus dominantium, qui circumventum regem ex oculis insidiis
Sigismundi Regis Hungariae ac postea Imperatoris Romanorum liberavit.

Petrus Wysch 16 Aprilis propria Sede Epatu
Crac. quam 20 annis Sanctissime tenuerat per Joannem
23 ad regis instantiam, quod esset Lethargicus exutus
in Posnaniensem est translatus; in qua cum annis dia
duobus sedisset; senio et laboribus fractus. Satis absur
ptus est; Rex ad infirmi lectum accedens, et culpam
confitens petiit sibi ab eo indulgeri. Tum ille Tibi
inquit Rex inclyte omnem offensam indulgeo, cum non
suapte vi sed instinctu ambitionis alienae (Albertum Ja
strebecium innuens) ad meam deiectionem pertractus
fueris, Eum tamen qui me deiecit in judicium divi
num justum voco. Dictum factum. Nam Joannes
23 in Concilio Constantiensi Suprema Sede deiectus est.
imo vita jam functo Visso Concilium Constantiense
quodam Epo Anglicano instigante, diem Alberto Ja
strembecio dixerat ad deponendum se et priandum
Episcopatu Crac.; ni Rex ut ab hac causa supersede
retur impetrasset. Contigit Petro justa poena. Nam
post mortem Joannis Radlica Secretarius Chmielecius
à Collegio Canonicorum Successor designatus erat; Regina
tamen Hedvigi adnitente, ille reiectus hic ad Episco
patum provectus fuerat. Sed et J. et [illegible] ad sui deiectionem
concurrerant, per quod peccaverunt per eadem puniti
sunt
Petro Visso successit Albertus Jastrzebiecz in Epatu
et Cancellariatu Academiae Crac.

1413 Stanislaus de Skarbimiria Secundo Rector Univ. ad Concilium :
Constantiense a Joanne 23 Jussu Sigismundi Imperatoris indictum
Quinq.[a] Professores de gremio Universitatis expedivit ad fidei
S. Catholicae dogmata propugnanda Haereses Confutandas Auctoritatem
S. Sedis Romanae defendendam. Rector anni Superioris in Concilio Constant.i Orator.
Rex autem Vladislaus in Russiam proficiscens apud Horodlo
supra Bugum amnem Polonorum et Lithuanorum Conventum habuit
in quo pacis et unionis aeternae inter duas has gentes foedera
sanxit. Eo tempore concessit Lithuanis Jus Nobilitatis iis
duntaxat qui ritus Eccl. Romanae servarent. Senatus et Magistra:
tus more Polonorum haberent. Ordo item Ecclesiasticus eodem jure
et Praerogativis quibus in Polonia uteretur. Haec omnia Proceres
Lithuani Libertatem et Praerogativas Nobilitatis adepti approbarunt et li:
terarum monumentis consignarunt.
Inde Rex in Samogitiam profectus gentem illam quae nondum fidei lu:
men receperat magno studio magnaque cura ad Religionem Catholi:
cam Doctoris Mgri et Apostoli munus perfunctus convertit Quo
in opere singulari ministerio Mgri Nicolai Wazzik Fris
Ordinis Praedicatorum adiutus est quem Primum Samogitiae Episcopum in Civi:
tate Mednicensi dedit attributis agris et redditibus et parochijs
12 ut [illegible] redditus Canonici simul essent Mednicenses. Ita
pestis quae tum per Poloniam saeviebat et plurimos mortalium
sustulit salutem Samogitiis aeternam attulit

[a] (Quorum nomina descriptio Concilii Basiliensis hoc enumerat. Petrus Kawiski (Sin
Calisky Vilhelmus Sulebri Mgri S. Paginae Magister. Henricus de Ronkalis
Martinus Canonicus Cracoviensis Baccalaureus Canonum Paulus Kalisky Licen:
tus in utroque Jure.)

1414 Rectore Paulo de Vladimiria Custode Crac. D. doctore. Mgr Po:
tri Volfranek Licentiatus in decretis Zawissius de Garbow
cum ipso Univ. Crac. Rectore nòe Regis Vladislai apud Si:
gismundum Imperatorem in Causa contra Cruciferos Legationem
obivêre. Quo tempore etiam celebratum fuit Concilium Constan
tiense in Germania in quo Nicolaus Tramba Archiepus Gnesnen
Ioannes Vladislauiensis Iacobus Plocen. et Andreas Lascarus Po:
snanien. Epi praesentes adfuere. Coactum vero Concilium fuerat
con. Schisma trium Summorum Pontificum Ioannis 23 qui Bononiae
Gregorii XII qui Arimini et Benedicti 13 qui in Hispania mansit
Eiusdem Concilii auct. Bohemorum Haereses damnata est et Ioannes
Hus et Hieronimus Pragenses auctores decreto Synodi Combusti sunt.

Ad Concilium Constantiense nòe Univ. 5 Viri delegati fuerunt
Quorum nomina sunt ista ut habet descriptio Concilii Constantiensis Germanica
Petrus Kawiski Wilelhmus Sulebri Magistri et Doctores in Sacra
pagina. Hinza de Rokalin. Martinus Canonicus Cracovien.
Baccalaurei in Canonico Iure. Paulus Kaliski Licentiatus in utroque
iure. Locum tenuerunt ante Oratores Academiae Oxonien.
Diversorio ipsorum Insigne erat Stemma Aquila alba Coronata
diademate expansis alis

1415 Idem Rector Paulus de Wladimiria fuit et Vicaria alterius 72
opera usus donec ipse ex Legatione ad concilium Constantiense rediret. Usus est in quo locum habuit post oratorem Regni Poloniae
Boszczyna villa pauper a Beato Dimitij Universitati sub ipso in actus concilij 1416.
data est Rni labore in disputationibus sabbathinis proferendis
Itaque Unitas Collegio Sermi Principis Wladislai Artistarum addi
xit eo quod alij se disputationibus interesse nollent. Itaque
nullus exceptis docentibus in Collegio a disputationibus est liber
qui de fructibus Boszczynensibus participat

Eclipsis Solis hoc anno feria 6 post Octavam Corporis
Christi tanta accidit ut aliter oborta subita caligine in
terram laberentur stellae non aliter quam nocte sublustri
conspiciebantur

Joannes 23 ex Concilio Constantiensi se subduxit de via
retractus causam dicere jussus de Sede Romana depositus est actis
eius omnibus reprobatis. Cui suae deiectioni postea libere consensit
non multo post nimia aegritudine confectus Florentiae decessit

62

1416 Nicolaus Bandiszyn Rector fuerat. Quo tempore in Concilio
Constantiensi Satyra seu famosus libellus in Regem et Regnum Po-
loniae a Joanne Falckenbergio conscriptus per Universitatem
Parisiensem Oratoribus nostris indicatus cum Patrum Concilij
in foro Constantiensi exustus est, et in authorem animadversum.
Mense Martio Anna Regina Secunda uxor Vladislai diem o:
bijt ultimam quae in Cathedrali Crac. honorifice humata. Tertiam
Rex uxorem Sanoci Elisabetham Piletiam Ottonis Granowski
Palatini quondam Sendomiriensis filiam provectae jam aeta:
tis viduam ducit quam Crac. a Joanne Rzeszovio Archiepo
Leopoliensi con voluntatem Senatus Coronari fecit. Qua de
Causa Nicolaus Tramba Archieps Gnesnensis in Concilio Constan-
tiensi manens Jus primatis Regni sibi a Concilio defini
impetravit; ne posthac Jus Regis et Reginae coronandi sibi surri-
peretur.

63

1417 Nicolaus Sculteti de Conradi Sylva Gymnasij Rector praeclaruit.
Refert Dlugossus sub initio huius Anni Mgrum Andream de Kos-
korzyno nomine Regis ad Concilium Constantiense Legatum missum pro
impetranda dispensatione ut liceret sibi in Contractu Cum Eliza-
betha non obstante affinitate Spirituali erat enim illius Sorore
Spiritualis permanere. Multis laboribus nec sine difficultate
magna Vix tandem huiusmodi approbatio per Supradictum Lega-
tum obtenta fuit.
Abrogatis Joanne 23 Gregorio et Benedicto a Summa Pontifi-
Sede quod in dubio nullus certus esset Papa 11 9bris Cardi-
nales Patres in Concilio Conclave ingressi Odonem de Co-
lumna Romanum Cardinalem S. Gregorij in legitimum Romanum
Pontificem elegerunt qui Martinus V. nominatus est
Rex accepti per victoriam Cruciferorum beneficij memor quod illi
die divisionis Apostolorum evenerat Ecclesiam Chelmensem in
Episcopatum erigit. Idemque facit in Russis Metropoli Kio-
via cui primum Epum Andream Cracoviensem Virum doctrina et
Vita insignem praeficit. Hic dicitur obtinuisse ab Iwano Kiovi-
ensium principe ingentem portionem Crucis in qua Saluti mundi
pependit quam Lubomira Patribus S. Ordinis Eremitarum in Ecclesia
S. Stanislai tradidit et reliquit.

1418 M. Joannes de Zalkow Rector accepto nuncio quod omnia Acta
Joannis 23 essent reprobata non mediocriter Aca Unite
tota fuit perturbata. Omnia enim sua Privilegia a Rege Vladislao
data, per eundem fuerunt confirmata, quare decretum est ut
eadem per Martinum V. Canonice electum confirmarentur.

Littera Wladislai Regis Poloniae in facto incorporationis quorundam beneficiorum pro dotatione Studii Cracoviensis.

Beatissime Pater Domine benignissime.

Postquam Divina providentia gratiam Baptismi et Regni mei Poloniae recepi Diadema quotidie meditatus sum quomodo pietatis suae clementiae qualiterque me huius talenti mysterium quod me nullis meis meritis sed immensa pietatis sua clementia humilem dignatus est visitare altissimus lucrifacerem, ne cum illo maledictionis deputarer opprobriis qui praestiti sibi munus talenti absque lucro restituit tandem supra divini consilii ductus et Spiritus Sancti afflatus gratia ut ipsa pietate qui docet omnem scientiam neophytos meos Lituanos qui in tenebris ignorantiae et in umbra mortis sedentes adhuc bene vacillantes in fide et indocti velut caeci errarent ad fidei plenam cognitionem adducerem et nihilominus in subditis meis Regni Poloniae indigenis quorum mihi grata semper exstitit provectio salubriter proficerent de diversis locis studiorum Doctores Magistros et Scholares facultatum ad hanc almam Civitatem meam Cracoviensem quae est locus insignior et medius Regni mei ac Regalis domicilii residentiarum cum sumptibus et expensis non paucis convocavi, auctoritateque Sanctae Sedis Apostolicae Praelatis meis opem mihi praestantibus Studium institui Generale et illud largis libertatibus et provisionibus sublimavi et dotavi. Crescente autem eo et proficiente Dominus Ioannes olim bonae memoriae Papa 23 in sua obedientia nominatus volens ut magis ac magis proficeret et in spiritualibus augeretur de speciali gratia sua et ad meam petitionem devotam instantiam sibi certa beneficia in Ecclesia et Civitate Cracoviensi deputavit et incorporavit. Postquam vero Sanctitas Vestra ad apicem Summi Apostolatus faciente Domino est assumpta clementer meis petitionibus intervenientibus praefati Domini Ioannis P. V. praedecessoris ratificando voluntatem incorporationis beneficiorum rite digne et rationabiliter confirmavit. Sed aliqui de

7

Cancellaria Sanctitatis Vestrae

litteras incorporacionis et confirmacionis ~~ad~~ B. V. expedire potuisset multis et variis fi-
Catholicae prosperiti negotiis et in ipsius propagacione velut Athletes dignissi-
adversus perniciosissimos Wiclefistas et Hussitas Fidei Orthodoxae perniciosi-
quorum spiritus et errores in Regno meo irrepserant conflictu directo prop-
rium dimicantes prout confutatos in conspectu magnae multitudinis populorum
et confusos licet callidissimis resisterent argumentis publice reliquerunt. Quidam
Petrus de Regno meo fama et conditione humilis communi boro inuder-
et quaestui proprio instaret intendens huiusmodi litteras in Cancellaria B. V.
praedicta arrestari procuravit. Propter quod praefata Universitas et ipsius suppositi
paciuntur multa incommoda et multis molestiis perinde affliguntur nec ad-
futurum Adversariorum quorum adhuc plurimi in terris meis et vicinis
labentes insidiis litium et controversiarum vexati assiduis ingenia possent
in perspicacia elevare. Et quia eiusmodi Universitatem velut filiam meam
dilectione prosequor et amplector pura fide velut Matrem cuius dol-
compatior et cum ipsa coaffligor nec magis in ipsius quam in meis
perdis contabesco cuius iniuriam velut propriam et amplius cogit me de-
dere illa Fidei qua sibi tenemur quam necessitas imo in ipsius offensa
puto meam esse laesam Regiam maiestatem. Quapropter Supplico B. V. hu-
militer et devote quatenus B. V. dignetur huiusmodi incorporationis litte-
ras ab Aresto huiusmodi relaxare et dicto Petro perpetuum imponere
silentium Quodque litterae B. V. dearestatis perinde valeant ac si fuissent
tempore debito et iuxta Regulam Cancellariae expeditae eadem Regula et a-
liis Regulis eiusdem Cancell. non obstantibus quibuscumque ne ipsius pertinax
protervitas in dedecus dictae Universitatis et damnum imo verum adversum
praevalere videatur. Si enim B. V. meorum interventu non movet sim-
plex devotio pallium Universitatis praedictae obtineat petitionis quas nedum huius re-
expeditione Sed et maiorum donorum concessione tanta sollicitudo quam
pugna illa Adversariorum pro salute Ecclesiae et Fidei portaverint argumen-
to fecit dignos. Hanc autem materiam Honorabilis Wenceslaus Prepositus
in Zydlow Decret. Baccalaur. Aulae meae Notarius fidelis, sincere di-
lectus et devotus prosequetur et coram B. V. exponet quem V. B. di-
gnetur habere misericorditer recommissum et in his quae ex parte Univer-
sitatis Cracoviensis imo mea B. V. retulerit fidem plenam, perfectam, et in-

dubitatam

adhibere et Paternè intuitu devotionis meā exaudire quam conservet fe-
liciter altissimg in longitudine dierum pro regimine Eccles suae lets et
consolatē Spuali mea speciali Datum in Lubari &c.

x

Joannes 23 PP. Incorporat Universitati Cracoviensi Ecclesiam Parochialem in Luborzyca cum alijs quatuor Beneficijs Juris Patronatus Epi Crac.

Joannes Epus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam, dum attente considerationis indagine perscrutamur quod per literarum Studia cooperante illo, a quo omnia Charismatum dona proveniunt, viri efficiuntur Scientijs eruditi, sic instructi, provecti ad altiora concrescunt, et fides Catholica roboratur: libenter non solum loca, ubi vigere solent studia, sed etiam studentes in ipsis, eos potissimum qui Scholasticis laboribus et Sudoribus diutius insudantes, demum gradum seu honorum titulis in eisdem insigniri meruerunt, Spiritualibus et temporalibus antidotis suis donis prout nobis ex alto permittitur curamus allicere, et instanter nostrae Sollicitudinis affectum extendere, ut ipsi quodam laborum emolumento seu bravio liberalitate Aplica recreati Scientijs quibus clarent in doctos eruditiant, ipsisque Scientiarum grata seminaria pandere studiosius elaborent. Cum itaque in Civitate Crac. literarum Studio in qualibet licita facultate ex concessione et dispositione Sedis Aplicae vigeat Generale quod etiam Charissimus in Christo filius noster Vladislaus Rex Poloniae Illris, sicut accepimus, pro incremento fidei Catholicae antedictae et ut Regnum suum Poloniae atque partes circumvicinae, multis polleant viris pro tempore literatis, varijs Privilegijs et gratijs communivit, ipsique studio quasi noviter instituto, pro Magistris Doctoribus et alijs graduatis, qui in diversijs legant in illo pro tempore Collegiati, de bonis temporalibus saltem sufficienter aut competenter nondum sit provisum, pro parte eiusdem Regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut ad effectum, quod dictum Collegium etiam pro tempore floreat Spiritualibus incrementis, ac in eisdem Scientijs eruditi atque idonei aggregentur et se Scholasticis actibus exercendum pro instructione Scholarium, qui de Universitate dicti Studij erunt, et illis studebunt, in Scientijs et facultatibus licitis et consuetis ferventius anhelent: duos Cancellariatus et Praebendas Eccliae Crac. illos videlicet quos dilecti filij Joannes Szafraniec et Zbigneus Zbignei alter obtinent, nec non S. Adalberti et S. Mariae Magdal. Capellas Cracoviae sine cura, ac parochialem Ecclesiam in Luborzycai Crac. Dioeces. ad Collatione Epi Crac. pro tempore existentis pertinentem, quorum omnium centum et septuaginta eidem Collegio, cuius etiam centum et septuaginta Marcas argenti puri fructus reditus et Proventus secundum communem aestimationem valorem annuum ut asseritur non excedunt, in perpetuum unire, annectere, et incorporare de benignitate Aplica dignaremur. Nos igitur praefati Regis, ut eo amplius eius devotio quam ad nos et Romanam gerit Ecclesiam augeatur, quo petitiones suas per nos sentiat favorabilius exauditas, pijs votis grato consensu in hac parte occurrere cupientes, Cancellariatus et Praebendas ac Capellas et Parochialem Ecclesiam praedictas cum plenitudine Juris Capellae ac omnibus Juribus et pertinentijs suis eidem Collegio auctoritate Aplica in perpetuum unimus annectimus et incorporamus, ita quod cedentibus vel decedentibus Joanne et Zbigneo praedictis nec non Capellarum et Parochialis Ecclesiae earundem Rectoribus, qui nunc sunt aut Cancellariatus et Praebendas ac Capellas et Parochialem Ecclesiam huiusmodi

quomodolibet dimittentibus, liceat eisdem Mgris et Doctoribus Collegiatis quod se vel
alium, seu alios Corporalem Possessionem Cancellariatus et Preben ac Capell ac Parochialis Eccles
unum et annexam predicto auctoritate propria cuiuscunque licentia minime super hoc re
quisita, libere apprehendere, nec non illas eorum et dicti Collegii usu sub hac conditione
perpetuo retinere, videlicet quod nisi 5 Mgri vel Doctores aut licentiati vel Baccalau:
reii in S. Theologia aut iure Canonico seu in artibus Mgri actu legentes et regentes in
ipso studio quod ceteros Collegiatos prefato Epo pro tempore existenti, ad illos singuli vices
eorum ad singulos huiusmodi Cancellariatus et Preben ac Capell, et Parochialem Ecclesiam
quotiescunque illos vacare contigerit presentent: et si sint alias idonei instituant
in ipsis. Sed huiusmodi fructus redditus et Proventus presentium Cancellariatum et Prebendam
ac Parochialis Eccles predictorum in tres partes dividant: quarum singuli presentati
1 Distributioni et instituti huiusmodi tertiam partem recipiant. De qua etiam Episcopalia iura solvere, et alia
incumbentia eis onera tamen ipsorum singulorum, teneantur integre supportare, et alias
2 part. collegiis duas partes inclusisse cedere debeant in eos Collegiatis antedictis, non obstantibus quibuscunque
constitutionibus et Ordinationibus Aplicis, nec non statutis et Consuetudinibus Eccles Crac contrariis,
iuramento, Confirmatione Aplica, vel quacunque alia firmitate roboratis, aut si ali:
qui Aplica vel alia quavis auctoritate in eadem Eccles Crac in Canonicos sint recepti,
vel ut recipiantur instant, seu si super Provisionibus sibi faciendis, de Cancellariatibus
et Preben eiusdem Eccles Crac huiusmodi speciales, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis
partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint: etiamsi per eas
ad inhibitionem reservationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum. Quas
quidem litteras et processus eorum auctoritate habitas seu habendas aut Cancellariatus et Prebendas
nec non Capellas et Parochialem Ecclesiam predictas volumus non extendi: sed nullum per
hoc eis quoad assecutionem Cancellariatuum et Preben aut beneficiorum aliorum preiudicium
generari, et quibuslibet Privilegiis Indulgentiis et Aplicis litteris Generalibus vel Speci
alibus quorumcunque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta
effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque
totis tenoribus de verbo ad verbum habenda, sit in nris litteris mentio specialis. Vo
lumus autem quod in Crac et Parochiali Ecclesiis ac Capell predictis Divinus cultus propterea
non minuatur, et in ipsa Parochiali Ecclesia animarum cura diligenter exerceatur, quodque
Mgri autem graduati huiusmodi, qui Cancellariatus et Prebendas ac Capellas ac Parochialem
Ecclesiam antedictas obtinebunt, pro tempore, nec non ceteri Collegiati huiusmodi ad legen
diligentia in legendo dum exercendumque se in dicto studio et prefertur diligenter intendere debeant
ac teneantur. Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his
a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam nre Unionis, annexionis, incorporationis, Volun
tatis et Constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at
tentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Aplorum
eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud S. Petrum 4 Calend Octobr Pontif
nri anno 2.

+

Martinus 5 PP. Insertis litteris Joannis 23 Executorem incorporationis Eccles. Parochlis et aliorum 4 Beneficiorum Epum Crac. deputat qui exequitur

Albertus Dei et Aplicae Sedis gratia Eps Cracs Executor unicus ad infrascripta a Sede Aplica specialiter deputatus. Omnibus et singulis quorum interest vel interesse poterit, quosque infrascriptum tangit negotium seu tangere poterit, quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus censeantur aut quacunque praefulgeant dignitate salutem in Dno et praesentibus fidem indubiam adhibere. Lras SSmi in Xsto Patris et DNi Dni Martini divina providentia PP. 5 eius vera Bulla cum cordula Canapis more Rnae Curiae impendentes Bullatas, sanas salvas et integras non vitiatas non cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vitio et suspicione carentes Nobis per Venbles Doctores et Mgros Universitatis Studii Crac. videlicet Stanislaum Decretorum Doctorem, Franciscum et Helianum S. Sacrae Theologiae Mgros, Nicolaum Baudyszkii Licentiatum, et Nicolaum de Kozlow Baccalaureum formatum in Theologia, necnon Nicolaum Pyszek in artibus Mgrum Coram Notario et Testibus infrascriptis praesentatas Nos cum ea qua decuit Reverentia recepisse, noveritis sub tenore.

Martinus Eps servus servorum Dei Venbli Fri Epo Crac. salutem et Aplicam Benedictionem. Ex Aplicae Sedis nobis desuper iniuncto servitutis officio, ad ea quae personis litterarum studio ac exercitio deditis, de suis laboribus suscipiant relevamen libenter intendimus; et ut illa quae pro ipsarum sustentatione provide gesta comperimus, illibata persistant, partes nrae sollicitudinis adhibemus. Dudum siquidem per bonae memoriae Baldasarem Epum Tusculan. tunc Joannem 23 in sua obedientia nominatum, accepto, quod in Civitate Crac. ex concessione et dispositione Sedis Aplicae Generale in qualibet licita facultate vigebat studium litterarum, quod licet per charissimum in Xsto filium nrum Vladislaum Regem Poloniae illustrem pro fidei Catholicae incremento, et ut Regnum suum Poloniae ac partes illi circumvicinae pro tempore multis viris litteratis polleant, variis foret Privilegiis et gratiis communitum, tum velut noviter, tunc institutum pro Mgris Doctoribus et aliis graduatis, qui in diversis scientiis collegialiter legerent, ~~nuli~~ in illo tempore de bonis temporalibus saltem sufficienter aut competenter provisum non fuerat ac pro parte dicti Regis, eidem Epo tunc Joanni 23 ad effectum, quod dicti Collegium pro tempore floreret spiritualibus incrementis, ac viri in eisdem scientiis eruditi ad docendum alios ferventius intenderent; ac caeteri in eisdem scientiis laborantes ad illas attingendum avidius anhelarent, supplicato ut duos Canonicatus et Praebendas Eccles. Crac. illos s. quos dilecti filii Joannes Szafraniec et quondam Zbigneus Zbignei, tunc obtinebant, nec non S. Adalberti et S. Mariae Magdal. Crac. Capellas sine cura, ac Parochialem Eccliam in Luboszyca Crac. Dioec. ad collationem Epi Crac. pro tempore existentis pertinentes, dicto Collegio in perpetuum unire, annectere, et incorporare dignaretur. Praefatus Epus tunc Joannes 23 votis ipsius Regis grato concurrens assensu Canonicatus et Praebendas ac Capellas ac Parochialem Eccliam praedictos cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, dicto Collegio in perpetuum incorporavit, annexuit et univit

ita quod cedēt vel decedēt Joanne et Ubigneo pfatis nec nō Capellae Parochlis Ecclēs praedicti rectoribg, qui tunc erat, aut Cancelatg et Praeben et Capellas aut Parochlem Eccl huiusmodi quomodolibet dimittend liceret eisd Magistris et Doctoribg Collegiatis p se vel aliū seu alios corporalē Possessnē Cancellatua et Praeben ac Capell et Parochlis Ecclēs, iuriūq et pertinent praedictord auctē propria, cuiusuis licentia sup hoc minime requisita apprehendere, nec nō fructus redditg et proventg ipsoru in eord et huiusmodi Collegij usus sub hac modificatione perpetuo retinere vidq, quod quinq Mgri vel Doctores aut Licentiati vel

Doctores seu Mgri Baccalaurei in Theologia aut iure Canō, seu in artibg Mgri actu legentes et regentes in ipso studio p ceteros Collegiatos pfatē Epō pro tpē existent ad illos singuli vidq ad singulos huiusmodi Cancelatg et Praeben ac Capellas ac Parochem Ecclēam, quoties illos vacare contingeret psentarent, et si alias essent idonei, instituerent in illis: ipsorumq praesentatorū Cancellatud et Praeben ac Parochlis Ecclēs fructg redditg et proventg dividerent in tres partes, quarū unā singuli psentati et instituti huiusmodi, ex qua ipsi etiā Epālia iura solvere et alia incumbentia eis onera supportare integre, tenerentur. reliquas autē duas partes inchoati Collegiati antedictis cederent in communi, put in ipsig Baldasaris Epi tunc Joannis 23 inde confectis litris pleniq continetq. Et subsequenter sunt exhibita nobis nuper pro parte dilectorū filiorū Universitatis et Mgrorū Doctorū et Scholarū dicti Studij petitiō continebat, Collegiati huiusmodi capellā, B M. Magdalenā, quā quondā Hieronymg Petri Caldberg, et Parochlem Ecclēam nec nō unum et Cancelatibg, et unā ex Praeben huiusmodi, quos pfatg Ubigneus dum vivieret obtinebant, p ipsorū Hieronymi et Ubignei obitg, qui extra Romanā Curiā obiē clauserunt extremū vacan, incorporationis, unionis, et annexionū praedictarū vigore ſt pacifice assecuti. Cū autē sicut eadē petitio subiungebat pfati Universitas Mgri Doctores ac Scholares dubitent, huiusmodi de Cancelatu et Praebenda vacan ut pfert, ac Parochlis Ecclēā praedictis ex eo praesertim quod nos dudū ante assecutiones p eos de illis ut praemittitq factas omnes uniones annexiones et incorporationes, de quibusuis beneficijs Ecclēis quaruncq auctē factis, quae nondū sortitae fuerant effectū, duximg revocandas: et alias tā de ipsis, quā de Capella S M Magdalenā praedictis etiā factas unionū annexionū et incorporationū ac assecutionū ac dictas exceptis causis viribg nō subsistere, seq pptrea posse super eis ac Cancelatibg et Praeben Ecclēs Crac quod dilectg filig Joannes Szafraniec et Capell S. Adalberti quā Thomas Stanislai de Zelowia adhuc obtinet in posterū molestari, et alias sicut accepimus, pdictg Joannes Szafraniec Cancelatū et Praebenū pdictū quos ipse ut praefertq obtinet, ad effectum ut Collegiati praedicti huiusmodi

subventionis non sortiretur effectum, sponte et libere resignare proponat:
pro parte Magistrorum Doctorum et Scholarium predictorum fuit nobis humiliter sup-
plicatum ut pro eiusdem Studii conservatione et augmento in premissis eorum
securitati et quieti opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.
Nos igitur cupientes ut ubique floreant studia literarum ex quibus fructus uberes in
Ecclesia Dei colliguntur, ac propterea volentes Collegiatos predictos favorabiliter
prosequi in hac parte, de premissis non certam notitiam non habentes huiusmodi suppli-
catione inclinati F. T. per Apostolica Scripta committimus et mandamus
quatenus de premissis omnibus et singulis ac eorum Circumstantiis universis auctoritate
nostra te diligenter informes, et si per informationem huiusmodi premissa repereris ita
esse, super quo conscientiam tuam oneramus, Unionem Annexionem et Incorporationem predictas
nec non huiusmodi assecutionem de Cancellaria et Prebenda a Parochialis Ecclesia ac Capella
S. M. Magdalene predictis, quorum omnium fructus redditus et proventus centum
et viginti Marcas argenti puri secundum communem estimationem valorem annuum
ut iidem Universitas et Collegiati asserunt non excedunt, ut premittitur factas
auctoritate predicta ratifices, approbes et Confirmes, et nihilominus ab eodem Joanne
Sraffanei vel eius Procuratore ad hoc ab eo specialiter constituto, resignati:
onem huiusmodi si illam sponte et libere facere voluerit, hac vice duntaxat auctoritate
nostra recipias et admittas, eaque per te recepta et admissa de fructibus, redditibus
et proventibus singulorum Cancellariarum et Prebendarum ac Parochialis Ecclesie ac Cappellarum
predictarum singulis Collegiatis, quibus eorum singulis duxeris conficiendum, ipsis ac et
successoribus eorundem singulas congruas portiones tuo arbitrio moderandas ex
quibus ipsi Collegiati illos pro tempore obtinentes congrue sustentari huiusmodi Episcopalia
iura solvere, et alia eisdem Cancellariatibus et Prebendis ac Parochialis Ecclesie et Ca-
pellis incumbentia onera supportare valeant: residuum vero fructuum redituum
et proventuum predictorum huiusmodi Collegio in eorum pro ipsorum Collegiatorum necessita-
tibus supportandis in perpetuum assignare procures: ac singulos Cancellarias et Pre-
bendas, nec non Parochiales Ecclesias et Capellas singulis eisdem Collegiatis pre-
sentandis cum plenitudine iuris Canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis suis salvis
assignationibus residui huiusmodi, easdem auctoritate conferas et assignes, inducens per
te vel per alium seu alios huiusmodi Collegiatos presentandos vel eorum Procuratores pro
eis in actualem et corporalem Possessionem Cancellariarum et Prebendarum ac Parochialis Ec-
clesie ac Capellarum eis conferendarum, iuriumque pertinentiarum predictorum, defendendo
inductos a motis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, ac faciens eundem
Collegiatum in Cancellariatum et Prebendarum resignandos, ad eandem Prebendam in dicta Ec-
clesia Crac. in Canonicum recipi et in fratrem stallo sibi in Choro et loco in Capitulo

ipsius Eccles. cum dicti iuris plenitudine assignari, illos vero quibus Capellas easdem contuleris ad illas et earum munus admitti, ipsosque Collegiatos eligendi huiusmodi

erectionem confirmavit ex proprio motu [margin note]

per te eisdem ut promittitur assignandis congruis portionibus perpetuis futuris temporibus esse contentos: eisque de assignatis portionibus, nec non Collegiatis huiusmodi de residuis fructuum reddituum et proventuum integre responderi. Contradictores autem nostra appellatione postposita compescendo, non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ac Statutis et Consuetudinibus dictae Eccl. Crac. quibuscunque contrariis, iuramento Confirmatione Apostolica vel quacunque alia firmitate roboratis, aut si aliqui Apostolica vel alia quavis auctoritate in dicta Ecclesia Crac. sint recepti vel ut recipiantur in Canonicos, insistant. Seu si super provisionibus sibi faciendis de Canonicatibus et Praebendis in dicta Ecclesia Crac. speciales et huiusmodi vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictae Sedis vel legatorum eius literas impetraverint, etiamsi per easdem ad inhibitionem reservationem et decretum, et alias quomodolibet sit processum. Quas quidem literas et Processus habitos per easdem, et quaecunque inde secuta ad Canonicatus et Praebendas, nec non Parochiales Ecclesias et Capellas praedictas volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Canonicatuum et Praebendarum aut beneficiorum aliorum praeiudicium generari, aut si Episcopo pro tempore existenti et dilectis filiis Capitulo Crac. vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit Sede indultum, quod ad receptionem vel Provisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint, quodque de Canonicatibus et Praebendis dictae Ecclesiae Crac. et huiusmodi vel aliis beneficiis Ecclesiasticis ad eorum Collationem Provisionem, praesentationem, seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per literas Apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et quibusvis Privilegiis Indulgentiis et literis Apostolicis Generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri et de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Attente quoque provideas, ne in resignationibus huiusmodi si fiant, aliqua interveniat pravitas seu etiam corruptella. Nos enim ex nunc irritum decernimus, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Datum Florentiae 6 Calendas Octobris Pontificatus Nostri anno 2.

Post quam quidē litteram Aplicam prosentationem et receptionē suprā pfatos Doctores et Mgros debita cū instantia humilr requisiti: ut ad executionē earundem procederemus iuxta traditā nobis formā. Nos igr volentes mandatū Aplicus obedire, prout tenemr inspectis et lectis Privilegys primitg Dezimtns et quitantys de et super redditibg dicte Universitatis p̄ Serenissimū Principē ac Dnum Wladislaū Dei gra Regē Pol. per pñg literalr concessis, nec nō informationibg de valore tū in prioribg lrīs Joannis olim Papē 23, qua etiā S. in lr̄s Pnē ac DD Martini Divina Dei Providentia PP 5 incorporationis Cancellarie et Prebend et aliorū beneficiorū in dictis lrīs Aplīs contentorū expresse, alysq oibg et singulis una cū Circumstantys iuxta mandati nobis directi continentiā pensatis circa unionē annex. ac incorporat p̄ pfatū olim Joannē PP 23 factas de pfatis Cancellaribg et Prebend Eccl Crac. ac S. Crucis in Lubotyca necnō S. Marie Magdalene prebend ac assecutioni dē Cancellar et Prebend p̄ obitum Zbignei quondā Zbignei in persona Vnblis viri M Stanislai Decretorū doctoris, et de Parochli Eccleā S. Crucis ~~de~~ in Lubotyca in persona Nicolai Hinconis, ac S. Marie Magdalenē in persona M Francisci S. T. Mgri quorū oīm fructg redditg et Proventg 120 Marcarū argenti puri valorē annuū nō excedunt, ut promissū ē, factas, auctē Aplica ratificamg approbamg et Confirmamg. De fructibg quoq et Proventibg predictorū beneficiorū deliberatione sufficienti cū pmissis Doctoribg et Mgris Universitatē representantibg ad hoc specialr deputatis inter Promotos et etiā promovendos, ac Universitatē predictā sup portionibg p̄ eosdē promotos et promovendos ad dicta beneficia, et residuitate pro Universitate assignandā deputandā ut unusquisq suis terminis sit contentg fecimg ordinavimg deputavimg, ac prsen. predicta auctē ordinationē et dispositionē facimg huiusmodi sub tenore. Primò quod Doctor vel promovendg, qui in antea Cancellarā vel Prebend Eccle Crac quot p̄ obitū Zbignei Zbignei M Stanislg de Scarbimiria ut pmissū ē, Decretorū Doctor assecutg, ad presentationē Universitatis obtinebit decimas in Barnow et in Wrotkow debet eē contentg, residuū verò excepta decima pro Vicario decē Marcas assignandā debet totalr pro incremento Universitatis Studiy. Qui promotg debet eē Doctor Decretorū, vel saltē ob defectum Doctoris licentiatg in Decretis, et tenebitg legere in facultate Canonica, nisi laboribg ac senio eēt confectg vel infirmitate notabili impeditg, ac tenebr in Civit. Crac residere. aliòquin sibi iuxta ratā negligentiē vel absentiē nō interveniente causa legitima, ut si esset absens in negotys Regni Epī Capli vel Univers, aut in proprys ad modicū tempus puta ad tres septimanas, et mxē unig mensis debet sibi detrahi de fructibg suis portionibg pdictarū decimarū. Secundo, quod Doctor vel Magister diū promotg fuerit ad Prebendam vel Cancellariā Eccl Crac quos nunc obtinet Joannes Szafraniec, pmitt habere debebit decimas in Zethowice et Chmurow et oiā similr servare et implere, quē in precedenti articulo sunt expressa, excepto quod talis debebit eē Mgr in Theologia Licentiatg vel minimè Baccalaureg formatg eiusdē facultatis Theol. qui tenebitg eo modo quo promittitg de Canonista laborare. Tertio quod Promovendg ad Ecclesiā Parochem in

Albertus Epī Crac. Comissg Aplicg ordinatio.

Promoti requisita

Causa absentie legitima

2. Canonicatus

Adv. Dokyi Luborzyca debet eẽ Doctor Decretorũ aut in eius defectu Licentiatus eiusdẽ facultatis, et qui perfecte et sine impedimento potent libere proferre Polonum sermonẽ praedicando, qui exceptis Oblomb testamentis et provisione duorũ vicariorũ quos Universitas faciat Contentos, habere debebit Decimã in Luborzyca, cum allodio et Decimis, excepto quod Decimã in Zawstythow in Pietrzeiowice, in Maciejowice, in Sulechow ad Universitatẽ pertinere debebunt et debeat, proviso quod ille ad instar aliorũ procedere in facultate sua laborabit.

Quarto Ordinamus, quod quicunq de cetero inter Doctores et Magistros cuiuscunq facultatis Sns ab Universitate aliquod beneficiũ vel salariũ ad maius et

Pinguius accipiens cedere debet in ... pinguius promotus fuerit, de minori beneficio vel salario propter consolationẽ aliorũ cedere debebit cum effectu, hoc adiecto, quod qui prior fuerit in Universitate

Senior ante alios et Senior et amplius laboravit, antecedere debet alios in promotionis et beneficii acceptatione.   Quinto Ordinamus quod Capella S. M. Magdalenae de caetero Doctoribus et Licentiatis in iure Canõ, Praebenda vero S. Adalb. Antistis sit annexa, ita qui prior et senior tempore, et qui plus laboravit in assecutione dictorũ sit potior, qui nihilominus post assecutionẽ modo quo praemissũ ẽ in primo articulo laborabit in sua facultate.   Insuper inter multas deordinationes evitandas, et obviandum ne

Ordinatio Rectoris penes Decanos quomodolibet per inordinatus Regimen Universitas dividatur, ex Officio nostro tanquam ordinarius et Cancell. Study, Statuimus et Ordinamus, quod Rector Uniṽtis qui pro tpẽ fuerit cum tribus Decanis facultatum, Theologiae, Juris Canõ et Artium, habeant regimen et ordinationẽ omnimodam Uniṽsitatis, ita quod eorũ dispositio stet in omnibus praemissis quae fuerint expedienda, et etiam in alys maioribus sive qualibet Contradictione, praesertim si in compositione personarũ ex labore, ex valore vel ex merito circa promotionẽ beneficandi vel beneficiarii aut beneficiati, aut circa alia quaestio emerserit, qui quatuor si fuerint dispares, recurri debet ad Epũ Crac. pro tpẽ existentem.   Cui autẽ vel pro qua parte gratificaverit Epus, eũ parte maiori vel duobus istud sine ulla contradictione teneri debebit sub poena Excomũ et poena Exclusionis.   Praeterea ordinamus et disponimus quod duae partes de fovea spectare debeat, sicut amplius spectabant pro legentibus duobus Doctoribus vel licentiatis in iure Canõ: ita quod principalis ordinarius habeat minime quadraginta Marcas, residuũ pro altero in novis iuribus laborante cedet: tertia pars de fovea sit pro Theologis sicut per prius reservata.   Volumus autẽ quod tertiũ legentẽ in iure Canõ Salariet Uniṽsitas de Decimis Eccles. in Luborzyca de 20 Marcis, proviso quod Canonistae libros quos inceperint legere, tenebuntur usq ad finẽ complere. Promoti quoq tũ ad Ecclẽam Parochiã in Luborzycã, quã ad Cancellariatus et Praebend. laborare debebunt prout superius expressũ ẽ.   Quocirca vobis Decano Capitulo, Archidiacono, Scholastico, Custodi, nec non Canonicis Praebendatis a Capitulo Eccles. Crac. ad quos Canonicorum receptio de iure vel Consuetudine in Ecclẽa nostra Crac.

praedicta ...

dispositi pertinere nec non alijs quibuscunq beneficiatis in nra Diœc
et Ciuit. Strass. constitutis, in virtute S. Obedientiæ et sub pœnis infrascriptis
auctoritate Aplica prædicta districte præcipimq et mandamq, quatenq infra sex dierum
spatium post requisitione vobis factam immediate sequentium, quorum dierum duos
pro primo, duos pro secundo, et residuos duos pro tertio ac peremptorio termino
monitioneq Canonica assignamus, Doctorem vel Magistrum aut licentiatum in
Theologia seu iure Canonico, siue Magistrum in artibus iuxta formam promissam ad
aliquem ex Canonicatibus et Præbendis prædictis seu ad aliud beneficium per Uni-
versitatem prædictam Canonice præsentatum et per nos aut nrum Vicarium de
eisdem vel eodem per obitum aut alias certo modo vacantem investitum seu per alium
ad hoc speciale mandatum habentem vel ipsiq Procuratorem legitimum eiq nomine
in et ad corporalem possessionem Canonicatum et Præbendam ~~de~~ seu Canonicatus et Præbend
iuriumq et pertinentiarum prædictarum inducatis et defendatis, inductum, a-
moto quolibet ~~[illegible]~~ illicito detentore ab eisdem seu ab eodem, quem etiam te-
nore præsentium amouemq: et faciatis eundem vel procuratorem ipsiq pro eo
ad Præbendam in eadem Ecclesia, de qua fuerit per nos aut successorem
nrum aut Vicarium, aut alium ad hoc mandatum habentem institutq, recipi
in Canonicum et in Fratrem stalo in Choro et Voce in Capitulo cum iuris ple-
nitudine assignato. Similiter et vos omnes et singuli, qui fueritis super his be-
neficijs ~~[illegible]~~ in incorporatione prædicta expressis pro parte Doctoris Ma-
gistri vel licentiati, iuxta præmissa præsentati et instituti requirimus et mo-
nemus, ac vobis et vnicuique cuilibet in virtute S. Obedientiæ mandamq, qua-
tenq infra sex dierum spatium post monitionem seu requisitionem immediate
sequentem, quorum dierum similiter duos pro primo, duos pro secundo, et residuos
duos dies pro tertio et peremptorio termino, ac trina monitione Canonica
assignamus: eiusmodi ad ~~[illegible]~~ tunc vacans beneficium, auctoritate literarum Aplicarum
et vigore incorporationis et ratificationis nræ investitum, in et ad corporalem
possessionem eiusdem beneficij inducat, amoto illicito quolibet detentore, quem
et nos præsentium amouemq, faciendo eid. de fructibus et obventionibus integre iuxta
tenorem moderationem et ordinationem nram prædictam plenarie respondere. Inhi-
bemus nihilominq vobis Dnis, nro Successori Epo. Decano et Capitulo ac omnibus
alijs et singulis, quibuscunq nominibus censeantur, ne quisq in præiudicium ali-
cuiq per Universitatem prædictam ad aliquod vel de aliquo ex prædictis be-
neficijs per nos aut successorem nrum vel vices gerentem, ad hoc mandatum
habentem Canonice instituti seu investiti, seu in præiudicium eiq quomodo-
libet disponere, ordinare vel attentare præsumatis. Decernentes prout per
DNPP decretum est, irritum et inane, quidquid sup. præmissis a quoquam quauis
auctoritate scienter vel ignoranter fuerit attentatum.

Monemq insuper oẽs et singulos cuiuscumq dignitatis, Status, aut Preemi
nentiæ existant, ne quemquã Doctorẽ et Licentiatũ in Decretis et in Theolo
gia seu in artibus Magrum Carcẽ de aliquo ex pmissis beneficijs inuesti
Monitio ac impedientes
tũ aut ipsius procuratorẽ legitimũ publicè vel occulte, directè vel indirecte
impediant, seu aliquis ipsorũ impediat, aut impedientibus prestet consiliũ
auxiliũ et fauorẽ. Alioquin vos in oẽs et singulos impedientes et rebelles
aut in preiudicium Vniuersitatis predicte seu Doctoris licentiati vel Magistri
aliquid disponentes seu dantes consiliũ auxiliũ vel fauorẽ nisi infra sex
dies mandatis nris immo verius Aplicis obedierint vel obedierit, aut im-
pediendo cessauerint vel cessauerit, et destiterint, cũ effectu, quorũ dierũ duos
pro primo, duos pro 2do et residuũ pro tertio ac peremptorio termĩ ac
Poena in singulos impedientes
monitione Canõica pmittimus et assignamus singulariter in singulos Excois
sententiã: in Capitulum vero Predictũ suspensionis: et in ipsam Crac. Ecclesiam
interdicti sententias in his Scriptis ferimus, et etiã promulgamus. Vobis
vero Sanctiori Nro Epo Crac. cui ob reuerentiã Pontificalis dignitatis defe-
rimus in hac parte, nec nis presentijs predictis vos sic ligari, si vos, aut
p submissã personã publice vel occulte, directe vel indirecte contra pmissa
vel aliquod pmissorũ feceritis, monitione dicta premissa, ingressum Eccliæ
ingressus interdictus
interdicimus et si interdictũ hmoi p alios sex dies immediate sequentes sustinu-
Suspensio
eritis, in his Scriptis vos suspendimus a Diuinis. Verũ si pfatas interdicti et
suspensionis sententias p alios sex dies predictos duodecim dies immediate
sequentes, animo quod absit sustinueritis indurato, vos exnunc prout ex tunc
Excõio
et extunc prout exnunc pdicta auctte Aplica in his Scriptis Excõicationis
sententiã innodamus. Ceterũ cũ nos Executionẽ hmoi mandati Aplici ulterius
exequendo non poterimus interesse, vel de hac luce nos migrare contigerit, vniuersis
et singulis Vrbibus [illegible] Abbatibus, Prepositis Decanis Scholasticis Ar-
chidiaconis Cantoribus Custodibus Thesaurarijs, Canonicis tam Cathedralium quam Collegiatarum
necnon Rectoribus Parochialium Ecclesiarum et loca eorũ tenentibus ac Presbyteris Curatis et
n. curatis Vicarijs perpetuis et tabellionibus p Ciuitatem et Dioec. Crac. et
alias vbilibet constitutis, et eorũ cuilibet insolidũ, sub vlteriori execu-
tione hmoi mandati Aplici, tenore psentium committimus vices nras, ita tamen
quod p vnũ eorũ inceptũ negotiũ, per aliũ seu p alios prosequi valeat, me-
diante vel futuri, quibus vel eorũ cuilibet sub Excois pena quã in eos vel
in eorũ quemlibet triũ dierũ monitione Canonica pmissa, postquam virtute
psentium fuerint requisiti, aut alter eorũ fuerit requisitus mandatis nris immo
verius Aplicis contempserint obedire, quorũ dierũ vnũ pro primo secundũ pro
2do et 3tiũ pro tertio ac peremptorio termĩo pmittimus ferimus in his

Scriptis

scriptis, districteque praecipientes mandamus ita quod unus se per alium
non excuset, quatenus dum quum et quoties opus fuerit mandatum nostrum
imo verius Apostolicum praefato successori ac DD ac Vestris singulis et
singulis Vestris intimet legat ac insinuet, et admoneat, uti man:
datis huiusmodi pareant et obediant cum effectu, et si quos invenerint huiusmodi
mandati Apostolici contemptores, quos dicta monitione praemissa eo:
rum innodari, excommunicatos suspensos et interdictos iuxta formam
praemissorum denuncient et denunciari faciant diebus Dominicis et festivis
absolutionem vero omnium et singulorum, qui praefatas nostras sententias, aut earum
aliquam quoquo modo incurrerint, nobis et superiori nostro tantummodo
reservamus hoc adiecto, quod si qui incurrerint vel incurrerent, qui cum
Universitate vel praesentato et electo vel investito supra offensa com
posuerint aut satisfecerit, successor absolvendi habeat potestatem. In
quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes literas seu praesens
publicum instrumentum huiusmodi nostrum processum in se continens seu continentes ex inde fieri per Sta:
nislaum Joannis de Miechovia Notarium publicum negotiorum praedictorum coram nobis
Scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus, Nostrique sigilli appensione
communiri. Quod si forte sigillum frangi, corrumpi despici aut non recogno:
sci vel in toto tolli contigerit, nihilominus Nos processum praesentem per Notarium
infrascriptum publicatum et alia in eo contenta stari volumus in omnem casum et
eventum, et fidem plenariam decernimus adhiberi. Datum Cracoviae die Lunae
18 Mensis Octobris in Palatio Curiae Episcopalis Cracoviensis sub Anno Domini Mille=
simo Quadringentesimo Vigesimo Secundo. Indictione Decima quinta 1421
Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri D. Martini Divina
providentia Papae 5. Anno ipsius quinto, hora tertiarum. Praesentibus
Venerabilibus et Honorabilibus viris Alberto Praeposito Posnaniensi et Phillippo
licentiato in Decretis Jascone Canonico Cracoviensi Alberto in Bolechowice
Stanislao in Rusca Rectoribus Ecclesiarum, Borslao Clerico de Tynslio
Antonio Leonardo et Isidoro Famulis, ac Magistro Joanne Egregio Doctore
in Medicinis testibus circa praemissa

In Nomine Domini Amen.

Sancti Floriani Collegiatam Ecclesiam extra Muros Crac. in oppido Cle-
parz. eiusdem Civitatis Crac. Suburbio Sitam. Quarto inter Collegia-
tas collocabimus loco et ob Sancti cui dicata est decus et gloriam. et ob prae-
fatae Ecclesiae Praestantiam Singularem.

Cuius fundatio hinc Originem fertur recepisse dum siquidem A. 1184 6 Calendas Novembris Lucius Ro-
manae Urbis Pontifex Maximus Tertius supplici et frequenti petitione Casimiri Regni Poloniae
Ducis et Monarchae annuens Corpus integrum Beati Floriani Martyris gloriosi per Aegidium
Mutinensem ~~Duci Pro~~ Episcopum Duci praefato et genti Poloniae in solatium transmisisset et
Gedeon alias Getka tunc Crac. Episcopus cum praefato Duce Casimiro et universo Civitatis Crac.
Clero, et populo illud devotissime suscepisset Basilicam illi extra Muros sumptuoso
construxit opere ex latere Cocto. quam Casimirus Poloniae Dux ampliori decoratus
honestate in Collegiatam et in honorem Novi Hospitis erexit, Villisque et Decimis per
suis Ducalibus per a Gedeone Episcopo Crac. Dioecesano impetratis dotavit Quatuor Prae-
latos in ea constituens 4 Canonicos et Octo Vicarios Horas nocturnas et Diur-
nas caeterasque res Divinas expleturos, Cui processu temporis Oppido Kleparz
fundato Parochia frequens et ampla Cuius Cura animarum per Albertum Ja-
strzębiec Episcopum Crac. ~~ex~~ Praeposito in Decanos translata est, accessit. In largiendis
autem et donandis pro praefata Ecclesia S. Floriani Decimis Manipularibus et pecu-
niariis Gedeon Crac. Episcopus Modestiae et Mensae Suae Episcopalis cuitabiliter lesionem
enormem decimas frumentales et pecuniarias, in Universa terra Sive Distri-
ctibus Biecensi et Smigrod in nova tunc radice consistentes et consurgentes
absque restrictione et specificatione Villarum et sub numero indefinito contulit,
rescripsit et donavit qua donatione Praelati et Canonici S. Floriani in temporis
processu extensius Copiosius et quam licebat quamque conveniebat usi de decimis in
Septuaginta prope villis, illo eos impediente se intromiserunt, et eas in suam traxe-
runt Proprietatem. Quarum etiam Villarum nomina inferius subiicientur quondammodo
deratam audaciam Crac. Episcopus Joannes coherciturus illos per Censuras Ecclesiasticas, a Deci-
marum invasione Strictiosius reprimere coepit Qua differentia ad audientiam Casi-
miri Poloniae Regis, tanquam Ecclesiae S. Floriani immediati Patroni. per Ar-
noldum caeterosque Praelatos, et Canonicos S. Floriani Anno Domini. ~~1 3 3~~. Millesimo
Trecentesimo Quadragesimo Tertio Decimo Octavo Decembris deducta Jaroslaus
Gnesnensis Archiepiscopus à Casimiro Rege et parte utraque Invitatus et rogatus ad-
venit. Et differentiam ipsam sopiunt decernens novalium decimas ad Mensam
Episcopalem salva tamen progressione pertinere, deputatique tunc fuerunt certi
Barones videlicet. Spicimirus Castellanus Cracoviensis. Jesco Praepositus Gnesnensis
et Otto Cancellarius Regni Poloniae. parte utraque consentiente. qui iussu
Regio in Biecensi et Smigrod ... districtu facto personali descensu discretione

8

75

inter Villas Veteres et nouas ordinata. facta etiam discretione et determinatione de Villis et agris progressiue et literaliter locatis et extirpatis Eccl[esi]a S. Floriani et eius Praelatis et Canonicis Jus percipiendi Decimas Manipulares et pecuniales in Villis prope Septuagenta reliquerunt, ceteras Decimas eiusdem Districtuum et terrarum Ep[iscop]o Crac[oviensi] pro tempore et suae mensae adiudicarunt, constituendo iuxta Privilegium et ordinationem Jaroslai Gesnensis Archiep[iscopi] Vt Vbicunque Siluae Vel merica vel pars earum ab agris antiquis progrediens simul Vel successiue extirpatae, huiusmodi agrorum nouallium percipiet quilibet Beneficiatus qui prius percipiebat, de antiquis Vbi Vero noua Villa locata etiam intra Gades antiquas Ep[iscop]us Decimam percipiet et si Villa transfertur de Vno loco in alium et aliqui agri noui progressiue extirpati fuerint Agris ab antiquis percipiet Decimam, de nouis progressiuis is qui percipiebat de Antiquis

Praepositura

Prima dignitas in Eccl[esi]a S. Floriani extra Muros Crac[ovienses] quam nunc obtinet Jacobus de Koniecpole Nobilis de armis Pobodzie quae dotata et fundata assumpta ex Eccl[esi]a olim Parochiali nunc Conventuali de Skalka et eius prouentibus Vnde in signum quod suam dotationem ab eo accepit Praepositus S. Floriani pro tempore Praefatam Eccl[esi]am in Skalka antequam in Conventualem redigeretur conferebat Ea autem in Conventualem ~~redacta~~ translata Praepositus Jacobus pro se et suis Successoribus illius collatione perpetuo renuntiando se abdicauit

Blenczyce Villa sub Parochia Eccl[esi]ae de Raciborowice et supra fluuium Dlubnia sita fundus Primarius Praepositurae S. Floriani. In qua est Curia Praepositi aedificata habens bona Hortos pomeria et prata, habens agros praediales fructiferos, et in quatuor Campos diuisos de quibus omnibus dant Decimam Manipularem Monasterio et Priori in Skalka; qui in horreum suum eam inducit Item sunt in eadem Villa Lanei Cmetonales Decem et septem quorum quilibet soluit pro annuo Censu Praeposito pro festo S. Martini duas Marcas et unum fertonem Item Triginta Oua Item duos Caseos, Item duos Capones Item Choros Rappae Item quilibet Cmeto de laneo laborat tres dies in Septimana proprio curru, aut aratro integro anno Item ducturas faciunt Crac[oviam] ex Ordine absque die Item Alias ducturas faciunt ad rationem dierum in Septimana debitorum Item sunt in eadem Villa tres Tabernae et quaelibet habet agros Quarum soluit prima tres Marcas Octo Capones, Vnum Octale Ceruisiae Secunda etiam soluit totidem Videlicet sex Marcas, Octo Capones et Vnum Octale Ceruisiae Tertia taberna soluit tres Marcas et Vnum Octale Ceruisiae. Item ad labores non obligantur Item sunt in eadem Villa sex Hortulanei non habentes agros sed solum Hortos, Prima soluit Vnam cum media Marcas. Sex Capones Secunda soluit Vnam Marcam Tertia tres fertones Quarta tres fertones Quinta tres fertones Sexta tres fertones. Item praedicta Villa habet duo Molendina in flumine Dlubnia Quorum Vnum datum in haereditatem perpetuam soluit Praeposito

pro annuo Cen[su]

pro annuo Censu Septem Marcas Octo Cappones Unum Octuale Cervisiæ, Aliud solvit 9
Marcas. et 9 Cappones. Item ad Vocabulum utraque tenent. Cmetones Tabernatores Hortulani
et omnes Inquilini. Item Cmetonales omnes agri solvunt decimam Manipularem, et per
Quatuor Iungas Canapalem præfatæ Præposituræ et tenent eam propriis curribus in Horreum
Præpositi inducere. Item Monasterium Ordinis S. Pauli Primi Heremitæ de Skalka tollit decimam
Manipularem de agris Prædialibus Præposituræ. Item de Agris tribus sive Iugeribus et Primo N.B.
de agris molendinatoribus ex opposito infenonis Molendini dicto et quibusdam arvis. Item de agro
Prædiali retro Cunam qui dicitur Ponabne. Item de aliquibus agris Nicolai Krol Gregory Szydlo
Cmetonum. Item Nicolai Koszter et Ioannis Szydlo Tabernatorum qui quondam erant Præ
diales. Item Villa præfata confinat cum Villis Mistrzowice Przeczlawice. Item Præpositura
Præfata habet Curiam Notabilem in Cleparz muro per Rochiantham Vislai de Schelyi
alias de Præpositum fabricatam. cum Horto et Pomerio.

Skawce Villa sub Parochia Ecclesiæ de Mucharz sita Cuius proprietas pertinet ad Præ
positum S. Floriani et est Secundus fundus dictæ Præposituræ S. Floriani In qua Sunt 9 N.B. *
Lanei Cmetonales, et quilibet Laneus pro annuo Censu solvit. Excepto. Item Medietatem
Census de Villa prædicta tenetur Præpositus dare medietatem Ecclesiæ S. Floriani pro admi
nistratione Ceræ Olei et luminarium et tenetur sex Marcas dare pro Cera et Oleo
de Censu eiusdem Villæ, et alys proventibus Præfatæ Præposituræ. Item Cmetones præfa
tæ Villæ Tabernatores et Hortulani solvunt decimam pro Medietate Manipularem
Præposituræ S. Floriani. de omni grano et Decimam Canapialem per 4 Iungas.
et tenentur illam Cmetones ducere propriis curribus in Horreum à Præposito locandi.
Item medietatem dictæ Villæ percipit Plebanus de Ecclesia Parochiali In Mucharz; N.B. *
Conducunt autem præfata Decima in Unum Horreum integraliter in manipulis Sed
tribulata grano dividitur portione æquali. grano inter Præpositum S. Floriani et Pleba
num de Mucharz. Item non est in eadem Villa Prædium. Item nec est Taberna Item nec Molen *
dinum Item nec est Hortulanus confinat cum Ec.

Vicepræpositura.

Item Præpositura S. Floriani habet habereque consuevit perpetuum Decanatum Sive Vi
ce Præpositum in Ecclesia S. Floriani Cuius Rex est collator et Patronus Præpositus S. Floria
ni pro tempore existens quam nunc tenet Michael de Topolowka Presbyter di
œcesis Premisliensis. quod pro sui dote et fundo habet proventus infrascriptos

Radziece Villa sub Parochia Ecclesiæ de Koscielec sita Cuius proprietas ad Serenissi
mum Poloniæ Regem pertinet In qua est Prædium Regium in tres campos divisum
de cuius agris solvitur decima Manipularis Vicepræposito S. Floriani de agris autem vero
Cmetonalibus solvitur decima Manipularis Canonicatui et Præbendæ Cracoviensi quod vocatur Garowska

Pieczeniegi Villa sub Parochia Eccl[esi]ae de Wroczimowice sita cujus dominium ad Serenissimum Poloniae Regem pertinet, in qua est Sedium Regium de cujus agris solvitur decima Vicepraeposituro S. Floriani de Laneis vero Cmetonalibus solvitur decima Manipularis Canonicatui et Praebendae Curiae quae vocatur Pieczanowska. Item praefatus Vicepraepositus participat de proventibus communibus aliorum Vicariorum S. Floriani videlicet de quartis et introitibus villae Zablocie, item de Offertorio, item de undecim Marcis, quas Collegiati Magistri Vicariis dare consueverunt in communi, item de Spoliis. Item de decimis Quadrantibus Eccl[esi]ae communi provenientibus. Item Vicepraepositus S. Floriani pro tempore habet in Cemeterio Eccl[esi]ae specialem Domum et Aream cum Horto et Pomerio pro sua

*NB habitatione in parte Orientali vicinam Curiae Praepositi.

Schola.

Habet Eccl[esi]a S. Floriani Scholam in aliqua parte muratam in Cemeterio sitam ad plagam Meridionalem. Praepositus autem S. Floriani pro tempore Magistrum Scholae locat, ordinat et instituit, quem tenetur annis singulis quatuor Marcis salariare. Item tenetur ei singulis diebus expensas administrare, aut ratione expensarum sibi sex Marcas in paratis pecuniis debet solvere. Non participat autem Magister Scholae cum Vicariis de aliquo Quadrante solum de Vigiliis cantatis, de quibus sibi Quadrantes medietas debet provenire. Scholam autem muratam aedificavit D[omi]n[u]s Gregorius de [illegible] Regis Poloniae Vicecancellarius et Praepositus ejusdem Eccl[esi]ae A. D. 1493.

*Datur necess. famulis

Decanatus

Secunda in Eccl[esi]a S. Floriani dignitas est Decanatus cui cura Vicariorum ordinatio correctio et institutio est annexa ejusdem Eccl[esi]ae quam nunc tenet Magister ~~[illegible]~~ de Mathias de Kobylino Sacrae Theologiae Professor, qui quidem Decanatus et si nunc adaequatus cum caeteris dignitatibus et Praebendis S. Floriani, habebat tamen specialem Proventum ante adaequationem Collationes ejus et Jus patronatus ad Serenissimum D[omi]num Regem Poloniae pertinere habebat qui nunc ad Rectorem et Doctores atque Magistros Collegii Artistarum pleno iure dinoscuntur pertinere, cujus infrascripti sunt proventus.

Lubienko Villa habet in se Eccl[esi]am Parochialem ligneam sitam fundi [illegible] Decanatu S. Floriani, in qua sunt lanei Cmetonales, et quilibet pro annuo Censu solvit Decano Sancti Floriani. Item Villa praefata solvit Decimam Manipularem de omnibus agris suis Decanatui S. Floriani, et conducunt eam Cmetones propriis curribus in horreum a Decano locandum. Item Decimae Manipulares Decanatui sunt sex. Laszcze Lubno Tarnowiec Magna Tarnow Zysko[illegible] ~~Quas [illegible]~~ Personales autem tantum grossorum sunt 4 nempe Wembi[illegible] dreat. Gorzyce Ropice Binarow quas inferius habes.

Vice Decanatus

Vicedecanatus.

Et quamvis Decanatus S. Floriani de iure et Privilegio tenerent habere pro-
prium Vicarium sive Vicedecanum in Eccl[esi]a S. Floriani qui pro eo nocturna et
diurna expleret officia debitum quoque suum adimpleret, ut pote Praelatus pri-
marius et Principalis, ad quem singulorum defectuum in Eccl[esi]a S. Floriani pertinet
provisio et supplementum; ex abusu tamen veteri et corrupto, circa fundatio-
nem Eccl[esi]ae introducto, et nec indicio hanc correcto, non habet proprium per-
petuum Vicarium. Sed alteri Vicario delegat atque alteri Vicario Canonicali vices
suas Vicedecani quoque totalem licet futilem et ridiculosum cum nullis illum
salariat expensis, et imponit. Non parum etiam ea negligentia reprehensibilis qui Eccl[esi]a-
tam insignem percipiens, ex ea fructus in horis et officiis divinis proprio Vicario n[on] administrat

Cantoria

Tertia dignitas in Eccl[esi]a S. Floriani est Cantoris, quam nunc obtinet M[agiste]r Nicolaus de
Ilkusz, cui Cura Chori Eccl[esi]ae est annexa; haec etsi nunc adaequata est habebat tamen
quondam ante coaequationem certos et speciales introitus in decimis Manipularibus et Per-
sonalibus in terra Becensi. Cuius etiam si alias collatio et Ius patronatus ad Serenissimum Poloniae
Regem pertinebat quod nunc ad Rectorem et Doctores Collegii ~~[illegible]~~ atque Magistros pleno
iure dignoscitur pertinere. Cuius insumpti sunt proventus Cantoriae praefatae. Eccl[esi]a Parochi-
alis S. Andreae in Ilkusz annexa et unita est. Habebat autem Decimas Manipulares,
Nasz... Zmigrod antiqua, Brzozowka, Sadki, Makowska, Glowice Personales
autem ~~[illegible]~~ sex. Skotnicki, Rozenbarki, Przeskoki, Brzozowka, Raslawice
Suburbium Becensis, quas in fine videre licet.

Horti in Clepars. Item Eccl[esi]a S. Floriani habet unum hortum in Clepars de quo eid[em]
annuatim solvuntur quatuor decem Scotti communis pecuniae penes Hortum Malarz
Oppidanum situm. Notandum quod Cantoria S. Floriani et eius Cantor pro
tempore non percipit nunc proventus et redditus praefatos. Sed post adaequationem benefici-
orum S. Floriani praefatae decimae et proventus Cantoriae in commune sunt conversa
et relata, Eccl[esi]a vero Parochialis in Oppido Ilkusz de consensu Serenissimi Poloniae
Regis unici Patroni Eccl[esi]ae in Ilkusz Cantoriae S. Floriani unita est, et omnes fructus
dictae Eccl[esi]ae in Ilkusz Cantor S. Floriani pro tempore percipit, atque tollit. Item eadem
Cantoria taxata est.

Vice Cantor

Cantoria S. Floriani habet habereque consuevit Vicarium perpetuum sive Vice Cantorem
in Eccl[esi]a S. Floriani. Cuius Cantor S. Floriani pro tempore est unicus collator et Patronus quam
nunc obtinet Stanislaus de Clepars Presbyter. qui licet pro sua Vicaria fundo et dote
decimam Manipularem in Chrzgnow habuerit, Decimam tamen praefata in Chrzgnow Plebanus in
Ilkusz et Cantor S. Floriani in suam proprietatem et usum deducta solvit, solvereque tene-
tur eidem Vicario sive Vice Cantoriae suae annis singulis pro salario perpetuo 4 Marcas
communis pecuniae. Item Vice Cantor S. Floriani habet propriam domum in Cemeterio S. Floriani * NB

cum horto et Domicilio sitam in parte Occidentali Item participat de obventionibus aliis communibus introitibus quarumcunque Quotidianis et obligationibus aliorum Vicariorum.

Custodia

Quarta dignitas in Ecclesia S. Floriani Custodia quam ante adaequationem possidebat Kiemerius de Kudelow Canonicus Cracoviensis Nobilis de domo Vulpium quo Anno 1429 assumpto, et Custodia S. Floriani ad coaequationem aliorum beneficiorum redacta. Iuspatronatus et praesentandi dictae Custodiae ad Rectorem Doctores et Magistros Collegii Artistarum devenit, A Serenissimo Poloniae Rege Vladislao Secundo donatione perpetua in eos transfusum quam nunc obtinuit Magister Stanislaus de Zawada S. Theologiae Professor quae pro sua dote atque fundo infrascriptos proventus.

NIEZNICE Villa sub Parochia Ecclesiae de Wrzeszowice sita quae est primarius fundus S. Floriani In qua sunt Undecim Lanei Cmetonales et quilibet pro Censu annuo in Festo S. Martini solvit Unam Sexagenam Item laborant 4 dies in Septimanam proprio curru aut Aratro Item solvunt duos Gallos et triginta Ova. Item Avenam non solvunt Item ductivas faciunt ordinarie ad unum diem in Septimana debitorum. Item Est ibi Una Taberna habens agros quae pro Censu annuo solvit Custodiae 4 Marcas et 4 Cappones, eo quod habet largos agros, et prata Item Sunt ibi tres Hortulani habentes agros et quilibet solvit pro Censu et laborat Unum diem in Septimana pedester Item tam Cmetones Tabernator Hortulani et omnes coram Inquilini tenentur ad utramque Donationem Item omnes Lanei Cmetonales Item Vero agri Tabernae et Hortulanorum solvunt decimam Manipularem et per 4 Decimas Canapalem Canonicatui et Praebendae Cracoviensis quae Kuczeslawska appellatur et tenentur eam propriis curribus in horreum ad Capitulum Cracoviense inducere Item in eadem Villa est Unus Laneus Cmetonalis quem colit cuna Degi? dat decima Manipularis Praebendae Cracoviensis in Gonitewam Item in eadem Villa est praedium dominicale et cuna Custodis tres agros bonos in tres Campos divisos, de quibus nulli solvit Decimam Manipularem Sed eam Custos pro se tollit et in horreum Suum inducit Item Villa Confinat cum Villis Modrzeiowice Wedawice Dzichanowice &

Igolomia Minor Secundus fundus Custodiae S. Floriani Villa sub Ecclesia Parochiali de Bona Igolomia sita In qua sunt 12 Lanei Cmetonales et quilibet pro Censu solvit unam Marcam communis pecuniae in festo S. Martini pro Custode Item in qualibet Septimana per integrum annum quilibet Cmeto de Laneo tenetur laborare duos dies proprio Curru aut aratro Item ductivas faciunt Ordinarie ad unum diem debitorum Item quilibet de Laneo tenetur solvere triginta Ova Item duos Caseos Item duos Gallos, Item Taberna Una habens agros, quae pro Censu solvit tres Marcas et Unum fertonem et Hortulanus 4 habentes agros et quilibet solvit pro Censu grossos 9 et unum diem in Septimana laborat pedester Item Praedium ibi Optimum Custodiae, de cuius agris decimam nulli solvit Sed eam pro se tollit et in horreum suum inducit. Item de omnibus agris Villae Solvunt et conducunt decimas Manipularis et Canapalis pro Custodia S. Floriani Item Universi agri Villae praefatae Solvunt decimam Manipularem et 4 Ductivas Canapalem Custodiae S. Floriani et tenentur eam Cmetones propriis curribus inducere in Horreum Custodis

Item in eadem Villa

Itē in eadem Villa est Prædium Custodis habens Prata et agros de quibus nulli solvit Sed eam pro se tollit et in suum Horreum inducit Itē Molendinum Itē Villa præfata confinat cum Villis infra scriptis Videlicet Boni Zyotomia Itē Custodia præfata taxata est

Villa sub Parochia de Jassiel sita. Cujus Hæres Andreas Zienczyk de Krusłowa de domo Odrowąż In qua sunt 9 Lanei Cmetonales de quibus decimæ Manipularis perceptio diversificatur sc. dum de tribus Laneis percipit Custodia S. Floriani, de sex vero laneis percipit Ecclia in Jassiel Itē non est ibi Prædium Militare.

Vicecustodia.

Custodia S. Floriani habet habereque consuevit Vicariam perpetuam sive Vicecustodiam in Ecclia S. Floriani Cujus pro tempore Custos S. Floriani ante adæquationem beneficiorum erat Unicus collator et Patronus post adæquationem vero beneficiorum Mgri Doctores et Mgri in Ecclia S. Floriani Beneficiati in communi conferunt quam nunc tenet ... qui pro suo fundo proventus habet infra scriptos, Et Primo præfatus Vicepræpositus participat de Proventibus Communibus aliorum Vicariorum S. Floriani videlicet de Quartis et introitibus Villæ Zabłocie. Itē de Offertorio Itē de Duodecim Marcis quas Collegiati Mgri Vicarijs dare consueverant in communi Itē de obventionibus Itē de Vasis Quadrantibus Ecclia S. Floriani in communi quæsieratibus Itē Vice Custos pro tempore habet propriam domum in Cemeterio S. Floriani sitam.

Welcz Villa Regia sub Parochia Eccliæ de Brusko sita In qua 24 Lanei Cmetonales, duobus Scolteti inclusis quorum Hortulanus tres, de quibus omnibus dant decimam Manipularem pro Monasterio Pierzchoviensi Itē est ibi Prædium Regium optimum de quibus agris solvunt decimam Manipularem pro Vicecustodia S. Floriani extra Muros Cracoviæ.

Prima Præbenda Dicta Czapelska.

Prima Præbenda in Ecclia S. Floriani Czapelska apellata est quia ante adæquationem habebat curiam et Prædium in Bonis Czaple Quam nunc Præbendam tenet Mgr Stanislaus de Brzeziny S. Professor qui pro sua proprietate habebat proventus infra scriptos

Czaple minor. Villa sub Parochia Eccliæ de Bonis Czaple sita quæ quondam erat Sanctimonialium de S. Floriano Villa Nunc vero amotis Sanctimonialibus et Cmetonibus institutis facta est Censualis et pertinet ad proprietatem S. Floriani. et ad Doctores atque Mgros Beneficiatos Eccliæ præfatæ. In qua quidem Villa est Curia habens Prædium bonum cum Pratis quod Canonicus Primæ Præbendæ pro fundo possidebat, de quo nulli solvebat decimam Sed eam pro se tollebat, et in horreum suum inducebat. Sunt et decimæ Manipulares ad Primam Præbendam pertinentes 4 Videlicet Thobi Sowohlyski Klecżany Strzesżya quarum fertonales ... grossorum Pragensium Num. sex. Osieki Oppidum Lezany Łętkow Grabie Zyza gora Stuchowa quas infra videre licet

Vicaria Primæ Præbendæ

Prima Præbenda S. Floriani dicta Czapelska habet habereque consuevit perpetuum Vicarium in Ecclia S. Floriani quem nunc tenet ... Cujus Unicus Collator seu Patronus Canonicus Primæ Præbendæ pro tempore ante coadæquationem beneficiorum esse consueverat Nunc dum conferunt illam in Communi Doctores et Mgri in Ecclia S. Floriani beneficiati pro suo autem fundo et proprietate

Praefata Vicaria habet aliquos suos introitus speciales, et de Communibus introitibus infungendis participat habet Domum propriam cum horto et Domicilio in Cimenterio S. Floriani. Praefata Vicaria habet 4 Marcas a Mgris et Doctoribus pro salario.

Secunda Praebenda dicta Szczepietnicka

Secunda Praebenda S. Floriani apellatur Szczepietnicka propter principaliorem Decimam quam habet in Szczepietnica. quam tenebat Stanislaus de Lasko S.T. Professor, Hac ante coaequatione in Decimis Manipularibus et Fertonalibus proventus habebat infrascriptos. Ut sunt Manipulares Num. 4 Szczepietnica Strzyzow Lutcza Jodlowa, Fertonales autem latonium Groszowe Pinges Num. 6 Ut sunt Glinnik Zaborze Markuszowka Sandlow Rostki Dobrzechowka quas infra videre licet.

Vicaria 2dae Praebendae

Secunda Praebenda S. Floriani habet habereque consuevit Vicariatum perpetuum in Ecclesia S. Floriani Cuius Canonicus dictae Praebendae pro tempore erat Unicus collator et Patronus ad adequationem beneficiorum esse consueverat, Nunc vero conferunt eam in Communi Doctores et Magistri Collegii Artistarum. Ecclesiae S. Floriani beneficiati pro fundo autem et dote Praefatae Vicariae Secundae Praebendae habet aliquos speciales introitus et de communibus introitibus infungendis participat, Habet tamen Praefata Vicaria dictae Praebendae domum et Domicilium S. Floriani. Praefata Vicaria dictae Praebendae habet pro annuo suo salario a Doctoribus et Mgris Collegii Artistarum in Ecclesia S. Floriani beneficiatis 4 Marcas communis pecuniae in Regno currentis.

Tertia Praebenda apellata Jasielska

et pleniorem evidentiam sigilla presentibus sunt appen-
sa. Actum et datum Confl. in Crastino S. Flori-
ani Anno domini millesimo quadringentesimo
vicesimo secundo presentibus discretis viris, Stepha-
no viceplebano, Petro vicedecano, Michaele vice-
custode, Joanne vicecantore, Nec non Joanne et
clemente vicarijs Ecclesie Collegiate S. Floriani
predicte testibus ad premissa vocatis.

Anno domini 1539 die vero quintadecima men-
sis Januarij auscultata et collacionata est hec
transcripta copia cum originalibus verbis per me Ma-

-tria Joannis Gesmala de Lokschwitzer utraque au-
ctoritate Notarius publicus, Caesareum cum ex pro
Regno scribam et concordat copia conscripta cum
originalibus de verbo ad verbum de quo facio fidem.
Quod ego supra Mathias Gesmala notarius pu-
blicus manu propria scripsi.

Copia praesentationis.

Venerabili ac Egregio viro, D. Gregorio a Szrena
decretorum Doctori, Praeposito Ecclesiae collegiatae S. An-
nae Crac. Decanus Mr Petrus a Proboszczowic, una
cum Canonicis eiusdem Ecclesiae collegiatae S. Annae, sa-
lutem fraternamque dilectionem, Vacante vicariatu in
Ecclesia praedicta S. Annae per liberam resignationem
honorabilis D. Ada. a Wiss: Cuius vicariatus ius
patronatus et praesentandi ad nos pertinet, ac pertinuit
pleno iure dinoscitur, honorabilem D. Joa. a No-
va [illegible], vestrae paternitati duximus praesentandum
et praesentamus, rogantes eandem pro et cum eo gratiose
[illegible] vestra paternitas ipsum Joa. a No. dicta et [illegible]
[illegible] probatum ad eandem [illegible] praesentationem insti-
tuere [illegible] dignaretur, [illegible] ad vestram paternitatem
[illegible] pertinet, administrationem spiritualium temporalium-
que eius benigne committere, mereatur a Domino Deo
v. paternitas acceptior. Datum Cracoviae in collegio no-
stro die 15 mensis [illegible] Anno Domini 1555.

Copia institutionis generalis.

Gregorius Dambrowski a Szrena decretorum
Doctor Praepositus Ecclesiae collegiatae S. Annae Crac.
Honorabilibus viris vicariis Ecclesiae collegiatae S.
Annae Crac. ac illi, vel illis, ad quem, ~~seu~~ seu
ad quos receptio et inductio vicariorum in eadem
Ecclesia de iure ac consuetudine spectat et per-
tinet, tenore praesentium requirens, Salutem in Domino,
Noveritis quia nos ad vicariatum praedictae Ecclesiae
S. Annae per liberam resignationem h. d. a Lo-

ultimi et immediati possessoris vacare, ad presentationem
Venerabilium dominorum, Decani, Canonicorumque Ecclesie predicte S.
Anne, eiusdem vicariatus verorum patronorum, hono. D.
Al: a Loska. per manus meas capiti [illegible] imposito
instituimus, et investivimus, prout instituimus, et investimus
per presentes, administrationem spiritualium, et regimen temporalium
in eadem sibi committendo. Quocirca vobis dominis [illegible]
vel superdictis et vestrum cuilibet in virtute s. obedientie
et sub excommunicationis pena mandamus quatenus eum et prefatum
et pre. ho. D. Al. a Lo. [illegible] institutum nostrum
fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus
ipsum in et ad realem et actualem dicti vicariatus po:
natis et inducatis possessionem facientes ipsi et nemini alte:
ri de omnibus et singulis censibus, fructibus, et obven:
tionibus universis ad vicariatum predictum ex anti:
quo spectantibus, et pertinentibus effectualiter responderi, et vos ipsi
quantum in vobis est inducatis realiter et cum effectu.
In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premisso:
rum sigillum nostrum est presentibus subappensum. Datum
Cracovie die prima Januarii, anno domini 1556
presentibus honorabilibus et discretis, Nicolao a Lodzyja
artium Magistro, sacristiano Ecclesie S. Anne, Alber:
to a Bijelsko artium Baccalaureo, Adamo de Wol:
bursz clericis et pluribus aliis fide dignis :-

116

118

1422 Serenissimus Princeps Alexander Dux Masoviae Regis Vladislai Sor-
rore nepos Sceptrum Academiae tenuit, quo urgente maxime
et promovente Ordinatio praebendarum et Academicorum beneficiorum
incorporatorum, nec non judiciorum in causis beneficialibus est
per Albertum Archiepiscopum Sedis Apostolicae delegatum
facta. autem Viro Mgro Helia de Vladislavia S. T. Pro-
fessori Ecclesiae Collegiatae Sendomiriensis Decano Rex Vladislaus Fride-
ricum Brandeburgicum electorem Hedwigis filiolae sponsum [illegible]
autem generum suum tunc octennem in spem regni susceptum et mori-
bus Poloniae instituendum tradidit.
Hoc quoque tempore et Magistratu facta est Ordinatio Vicariorum Ecclesiae
Collegiatae S. Floriani per Albertum Jastrzebiec Epum Crac. et
Sbigneum de Olesnica Praepositum eiusdem Ecclesiae.

117
119

18

1422 Rex Vladislaus inconsulto Senatu ad quartum votum nuptiale Sa So-
phiam Andreae ducis Kioviensis filiam dispari aetate ac sine dote Vi-
toldo adnitente cuius sororis filia erat accessit nequicquam reclam-
mantibus Poloniae ordinibus. Cuius coronatio in alterum annum eam ob
rem dilata fuit

1423 Sigismundus Pisor in Gymnasiarcham electus fuit

Mortuo Nicolao Trąba Archiepiscopo Gnesnensi de quo sic Joannicius

Hunc fieri papam voluit Constantia, rari

Muneris placidi, multa timore viri

Metropolitanae unio me ducem accepit in Anno

Dignus fortunae prosperitate suae.

Albertus Jastrzembcius designatione regia in sedem Metropolitanam translatus est. Sbigneus vero Olesnicki in Episcopatu Cracoviensi successit qui Ducatum Severiensem quem Academici a Duce Tesinensi [illegible] emere voluerunt pro Ecclesia sua comparavit.

Iuris Licentiatus
1423 M. Matthias de Coło Commutore hyberna Imperium Literarium
moderabatur.
Ad Coronationem Sophiae Consortis Vladislai Rex Daniae Imperator Si-
gismundus cum Imperatrice magno comitatu venerant Crac. quae incepta se-
quentis anni felicissime est absoluta. In hoc conventu regum id derum
agebatur ut repudiato Brandeburgico Hedvigis filiola Vladislai
sponsa Duci Stolpensi desponsaretur. Rex ad Vitoldi beneplacitum
suam responsionem reiecit. Iste vero pluris fidem, quam accessionem
Pomeraniae ad regnum faciens, legatis et coram regibus respondit fieri non posse
ut fides semel data per verbum Jagiellonianum, cuiquam etiam
hosti maximo non servetur.

1424 M. Joannes Lanwnicz S. Floriani Regimen Academiae tenuit
Eius temporibus Mathesis in Academia maxime florere coepit potissimum
vero Astrologia. Erat Professor huius Scientiae famosus qui nominis sui
gloria multos ad Scholam suam pertrahebat eo quod quae ventura
ex astris praedicebat raro aliter eveniebant. Is praenunciaverat
ex Connubio Sophiae Reginae Vladislaum susceptum filium, Eventus
et Astrologum vatem fecit pridie enim Kalendas Octobris natus
est Jagielloni filius ingenti parentum populorumque illis subditorum
laetitia at post quartum mensem ex fonte nomen Vladislai arrepsit.
Inde Matheseos Studiosis crevit amor et veneratio
Dato regi filio, ne is a regno, ob designationem Friderici Bran-
deburgici sponsi Hedvigis filiae, in futurum Regem Poloniae exclu-
deretur. aut diadema saltem controversum post fata regis reddi-
retur. Sponsione Libertatum Ordini equestri concedendarum facta
obtinuit rex diploma omnium fere Ordinum quod a alio nisi
filium suum essent in regem suscepturi. Hoc, depositum est
veluti apud sequestrum in manibus Sbignei Olesniskj Episcopi Cracoviensis
qui illud tum demum regi redderet cum is Privilegia Liber-
tatis Ordinibus promissa et Cancellaria sua extradi mandasset

121
49

1424 M. Jacoby de Zaborow secundo Rector electus.

1425 M. Joanni de Papia M. D. Dictaturam Academicam cessit. in qua plu: 5C
cidissime quievit, eo quod peste saevissima grassante Studia Academi:
ca siluissent Serviendi tempori Medicis quo tum peste infectum
fuerat.
Illud memorandum venit hoc anno venisse in Poloniam Latinum
Ursinum Cardinalem Episcopum Tusculanensem Martini V. Summi Pontifi:
cis Legatum qui Clavum unum ex his quo Sacratissimum Xsti
corpus in Cruce suffixum sustentabatur dono Vladislao et Sophiae
Regi attulit. Acceptus est summo cum honore veniens Legatus cum ma:
xime sibi obviam Clerus et omnis populi multitudo extra moenia
processerat. Deductusque in Cathedralem Petri Sacrum pignus in ea:
dem deposuit quod ad hanc usque diem religiose servatur et
colitur.

1426 / M. Andreas de Kokorzyno Rector Academiae et Concionator Regis
cum Senatu et Ordinibus Varthae habito, Legatus ad Regem dimissus est
designatus ut efficeret ne Luben Molendinum ob pacta pacis servan-
da Vitoldo dederetur. Verum hoc Legatio optato caruit eventu
Xam quo Legatus magis sollicitabat propositum suum, eo Theuto-
nici plures inter Vitoldum et Vladislaum Gliebant discordias
ansas. contra votum Regis. Sed et illud praeter voluntatem
eiusdem accidit, quod cum instantia Sigismundi Imperatoris Liber-
tates promissas Polonis Ordinibus concedere moraretur, Poloni
quoque Sbigneo Epo Crac. sequestro eorundem obligationem in
medium offerente eandem morantibus suis in minutissimas alonar secuer
quo viso Rex tristis et anxius e Consilio publico recessit
et e generali, privatas Senatorum non paucorum sponsiones sibi
colligebat

16 Maij in Sobis Oshi alter filius cui nomen Casimirus nascitur qui sequenti
anno 2 Marty mortuus est. Foecunditas Reginae, opera Vitoldi qui
matrimonium conciliaverat Regi suspecta redditur. Verum inno-
cens Sophia vindice Deo et innocentia teste calumniam jure-
iuramento evasit

123

124

55

1426 Mgr Vladislaus de Oporow D.D. Can. Gnesnen. Rector

1427 M. Joannes Olyot D.D. ad supremum litterarij honoris fastigium evect
ē Vir incomparabilis.

57

1427 Cum Styl. M. Benedictus Hesse, commodis Academiae huius praefuit
Penultima 9bris Tertius filius Vladislao die Saturni natus est a[nno] 13 hora
ipso die S. Xbris baptisatus et Casimirus vocatus est. Henricus Bohe-
mus mathematicus professor a regina vocatus et judicium ex astris de
nati huius horoscopo rogatus respondit se nihil certi scire, coniecturaliter
tamen ex astris didicisse, Primogenitum Vladislaum multorum regnorum
dominatorem fore si suum illi fata concederent. Secundo genitum
Andream Casimirum brevis aevi, ferventissimum genitricis amatorem
fore; Tertio genitum Casimirum longioris quidem quam reliquos vitae
sed parum prosperae fortunae futurum. Sub cuius sceptro Polonicum regnum
ad varios casus, imo ad interitum prope, nisi Deus aliter ordi-
naverit esset venturum. Quae omnia eventus postea comprobavit.

1428 M. Laurentij de Ratbor

Cum Haeresis Hussitica nullis rationibus et Doctoribus Ecclesiae S. Canonibus
ipsaque authoritate S. Scripturae desumptis locum daret ad extinguendum
ex ipsa ortum incendium, tota Germania et Anglia collectum ingen
tem exercitum Cardinalis Eps Vintoniensis in Bohemiam duxit.
qui non viso hoste et rusticana serie hussitarum ortum et auditum
fugit. Non novum hoc accidit majores enim aliquando exercitus
metu panico infatuati non hostem sed umbram propriam fugiebant
et ibi trepidabant ubi non erat timor. Bohemi tali eventu
animosiores facti Silesiam et Marchiam Brandeburgensem depopu
lati sunt fines quoque Poloniae ingressi anno sequenti Coenobium
et templum Divae Virginis Claromontanae spoliarunt omni auro
et argento Iconem B. Virginis Mariae a D. Luca depictam et co
loni a Duce Opoliensi miraculo relictam in facie mucrone se
carunt Tabulam super quam depicta erat trifariam fregerunt
et prope puteum ubi nunc D. Barbarae templum est et Monasterium
Eremitarum D. Pauli primi eremitae abierunt. Quae a pp. luste
ris aqua fontana ablutam Cracoviam ad Regem fuit delata qui
depictam auro et argento vestiri mandavit superinductis coloribus
Cicatrices vulnerum in facie inflictum quod nulla arte nullo ingenio
obduci et complanari poterat ad spectandam eorum futuris se
culis qui illud inflixerunt impietatem.

1429 Mgr Andreas de Kokorzyno 3 Rector creatus

Conventus Regis Vladislai cum Sigismundo Imperatore et Vitoldo in Lucko ce-
lebratus peperit ovum Scorpionis. Sigismundus enim magnus simulator et perfi-
dus inuicus Vladislao stimulos Vitoldo addidit ut propter aevum gestarum
gloriam et armorum potentiam in Regem se Lithuaniae ad superatus gen-
et favore pateretur. Succubuisset ambitioni fortissimus Vitoldus in
quidam Lithuanos et cum Regno Poloniae in perennem antagoniam
commisisset si non maturis procerum Poloniae industria labor vigilan-
tia nascentem discordiam in herba oppressisset. Positis enim excu-
biis ad fines regni legatos Sigismundi ad Vitoldum advenientes
allatumque ad fines regni novo Lithuaniae diademate suppresserunt.

126

~~124~~

61

1429 M. Joannes Weisewitz secundo Rector

1430 Mgro Joanne de Vielun S.T.B. Rectore indictum fuerat Concilium à Martino V. Papa. Papiæ, quod propter pestem translatum est Senas inde Basileam ad quod duos ex professoribus destinati fuere

(98) 1430 Com. Stybernu Andreas de Buk S.T.B. Mandatum ad Celebrandas exequias
magno duci Lituaniae Alexandro alias Vitoldo Universitati intimavit fecit
Solennes item Supplicationes pro vita regis in periculo a duce Svi-
drigellone constituto tum pro Universa ecclesia et Rep. Polona quatuor
anni temporibus faciendas instituit.
Vladislaus autem Rex metu omni et insidiis Lituanicis liberatus ob constanti-
tem fidem in se Polonorum eisdem tributa remittit Privilegia nobilitatis an-
tiqua confirmat nova attribuit. Cum autem intenta per Swidrigellum defectione
V. Koth Senatus interea Polonus ex S. Consulto Mgr Vincentius Kotha formu-
lae et institutor Regis prout elatus est quod factum Rex judicio
suo deinde comprobavit

1431 M. Joanne (= Jacobo) de Radochonce C. S. Floriani Rectore

Martinus Papa V. qui Schismate 50 annorum sublato pacem ecclesiae reddi-
derat Res Italiae turbatas, pace in dissidentes composita, constituerat
urbem intestinis dissidijs afflictam recreaverat moribus et optimis in-
stitutis exornaverat. mortuus est postquam sedit annis 14 men 3 d. 12
Huic in Sede Petri successor electus est Gabriel Condelmerius Eugenius
Papa IV nuncupatus

Vladislaus Rex cum jam dudum et a Sede Aplica inductum et a Sigismundo
Imperatore rogatum et litteris consensum expressum haberet, ut cum Bohemis
quoscunque tutos et honestos mittendi super fide S. Catholica sermones et
tractatus haberet et illos convenientibus modis ad Unionem et Obedientiam Ectae
Universalis reduceret. Poscentibus itaque Bohemis nuncijs a Rege
Salvum Conductum pro Legatis venturis Annuit et conscripsit Vladislaus
ut Cracoviam pro Dnica Judica aliàs Passionis Dni venire possint
publicam audientiam a Rege et impugnationem fidei Ectae ab Universi-
tate Cracoviensi habituri. Universitatis Almae Doctores in tempore no-
minati fuere, ut se pararent ad congrediendum et disputandum cum Bohe-
mis Haereticis, et ad defendendam puritatem sinceritatemque fidei Catholicae
Statuto igitur tempore Crac in palatio Regis feria 2 post Dnicam Passionis
in publica Regis et totius Senatus audientia per Doctores Unitis cum Bo-
hemis haereticis habita est gravis disputatio. Erant autem hi Do-
ctores specialiter ad hunc actum ab Universitate electi et deputati
M.M. Stanislaus de Scarbmiria. Nicolaus de Kozlow, Andreas de Kokorzyno
Benedictus Hesse Franciscus Kreisevicz Joannes de Olyot Jacobus
de Paradyso Helias de Vandalicia quos tanquam pugiles fidei seque-
batur plurimorum aliorum Professorum longus ordo. Et licet his Dno suis
fidelibus subministrante virtutem et veritatem sermonis. Haeretici
non judicio tantum spiritualium sed etiam secularium ita argumentis con-
vincerentur ut plane victi essent, victos se tamen nullatenus perti-
naci animo fateri voluerunt, affirmantes se rectam Evangelij
et Patrum viam aliquando ignotam nunc primum invenisse. Duravit
disputatio dies aliquot, et ut ab omnibus intelligeretur idiomate Polono
argumenta proponebantur et objectiones solvebantur. Re infecta
instante Sbigneo Epo et Doctoribus propter instantem Paschalis solem-
nitatem, ne Ecta in urbe interdicto propter Haereticos teneretur
Casimiriam magno cum pudore Legati ablegati fuerunt
Hedvigis reginula filia Vladislaj moritur Cui M. Adamus
Swinka epicinium in funere consecravit quod apud Dlugossum
legere poteris incipit O Jubar Ursinum

128

1431 Sem: Altern M. Derslag de Burzynowo Rector factus.

1432 M. Thoma de Strzempino S. T. D. Doctore

Vladislaus Rex in Apuli Siradie comitia habuit, in quibus Pater de prole et impendentibus undique anxium, natu maiorem filium Regem post sua fata nominant approbantibus [illegible] conventus suffragiis.

Per id tempus Legati Regis Cypri ~~Ioannis~~ et Hierosolymorum nomine Ioannis ad Vladislaum veniunt. Caput Legationis fuit ut Hedvigim filiam in consortem Regi et Regno multis nominibus durante nullius adhuc et nominis observent offerentes Regno Cypri duas partes dei debitum. Sed haec legatione nihil perfectum quod Divina regis continuis bellis esset exhaustum et Hedvigis ante Legationem fatis concessit.

Legati vero Bohemorum Cracoviam cum regiis deductoribus advenerant: his Sbigneus Eps Crac. suadente, dum interdictum Ecclesiasticum in urbe tenuit ~~[illegible]~~ quod factum Eps et Doctores regis et multorum Episcoporum odium incurrerunt. Hi enim non excludendos a divinis Bohemos censebant eo quod ad initium Basiliensis Concilii eorum Legati non essent exclusi, et in eorum praesentia divina officia apud Archiepm Gnesnensem habita fuerant et ad Communionem divinorum essent admissi: Ioanne Vladislaviensi Stanislao Posnaniensi Ioanne Chelmensi Epis ad latus Regis haerentibus, liberaliterque servati essent. habiti et tractati Legatis contumeliam irrogatam Rex duxit esse suam, monitis Regem ut Epo et Universitati obviam sibi venienti nec dexteram quidem daret; quia talibus severe affatus et refert [illegible]

Quis te furor impulit ut ordinationibus non solum nostris sed etiam hi Metropolitani et aliorum Episcoporum contemnendo, Bohemorum nuncios graviter non sine nostro dedecore confunderes! tenendo in eorum praesentia interdictum, quod nullibi alias nisi in tua dioecesi servabatur. Credis ceteros errore aut non intelligere, et te omnium doctiorem prudentioremque esse. Opus itaque est ut tuam pompam et rebellionem in contumeliam nostram et regni grassantem alteramus, et amoveamus te ab Episcopali sede, quemadmodum praedecessorem tuum Petrum Wysz, qui tibi documento esse poterat et debuerat, amoveri [illegible]

Ad haec Eps Nihil tam foedi sceleris existimo me admisisse, propter quod a tua Serenitate carpi, et a dextra Regis honore repelli debeam. Nec observatio interdicti in praesentia Hereticorum odium mihi apud tuam Serenitatem parere debuit sed amplissimum favorem, dum ego vices tuae Salutis et honoris custos ignominiam tuam quam per Cruciferos de Prussia et alios principes orbis, veluti fautor Haereticorum notaris averterim et restrinxerim, et ne de te ar.

129

~~127~~

1432 accusatio tum coram Papa, tum coram Concilio verificaretur
providerim. Neq; me facti mei poenitet, quin etiam illud nunc
si haeretici adessent, neq; vultum Tuum aut quorumcunq; aliorum
ubi fidei agitur negotium expavescerem. Celerius Te tui quam
me mei poenitebit, et qui me nunc odis et corripis, ex post mihi
gratias ages, dum cessante indignatione intelliges, me factum quidem
sed zelatum egisse, quo Tua ubiq; ab hostibus iniecta posset purgari
et defendi infamia. Supervacuum est me depositione ab Episcopatu
hac Sede terrere, et successoris mei renovare deiectionem, non
tam illi quam Tuae Serenitati verendam. Amotionem ego non ti-
meo, qui nec exilium nec mortem pro fide reformido. Praeter
hoc et tempora depositioni meae non consentiunt, quibus Pontifi-
cem talem sortiti sumus, qui non iniuria sed excellentia singulari
pro fide et veritate certantes remunerat. Felicem me rebor
si aut contumeliis aut verbere vel morte pro fide obrutus
fuero. Habeo operum meorum adiutorem Deum, et viros pru-
dentes atq; doctos Magistros divini et humani juris Inter-
Cracoviensem, quorum consiliis hanc rem egi. Et si actio
mea a Metropolitano ceterisq; coepiscopis discrepet, non ego
ob id damnari debeam, qui aliorum opinionibus dissen-
tiens, a puritate Catholicae fidei, in devium non abii, forte
illis licitum esse putavit, quod mihi prophanum est et infame.
Isto responso etsi Vladislaum regem moverat, et indignatio-
nem eius resolverat, Vocati tamen Doctores Universitatis su-
mmis verbis arguendi, quibus multipliciter per regem
correpti et cur in praesentia Bohemorum, in observationem
interdicti consilio et opere assensissent arguti, Tale
responsum ab iisdem habuit.
Non arbitramur Serenissime Rex interdictum per Sedem
Apostolicam in Bohemos latum, authoritate cuiuscunq; Ponti-
ficis velut inferioris tolli posse, nec vere aliud esse
credimus si prout Bohemis nondum in unionem Ecclesiae
reductis, divina habita sunt, cum per hoc Sacerdotes
miscentes se divinis non solum reatum, sed et irregularitatis
notam contraxerint. Quare Episcopum nostrum bene credimus optime
et syncere egisse et id adstruimus, et assistere illi usq; ad
sanguinem in hac re non recusamus. Malumus quoq; et exi-
lium et mortem pati, et desertis propriis penatibus in exte-
ras nationes secedere quam in fidei Sanctae consentire
corruptelam

1432 corruptelam. Nemo vestrum Sanctitatis seducat Bohemos velut Haereticos
damnatos, non reputandos esse, donec errores suos dimiserint
et Ecclesiae sanctae Dei fuerint reconciliati. Tum Rex
Habeo et ego in Curia mea Doctores eximios qui decernunt
potuisse in praesentia Bohemorum nunciorum divina agi. Tum
Universitatis Doctores Parati inquiunt sumus cum illis in Ci-
vitate conferre et veritatem aut sequi, aut ostendere.
Consignato loco et hora Sbigneus Eps Crac. cum suis Doctoribus.
et Joannes Sapanes Vladislaviensis Joannes Chelmensis Eps in
Theologia Mgr. et Vladislaus de Oporow Decretorum doctor
R. Poloniae Vice Cancellarius conveniunt. Ubi orta Contentio
litem in longum traxit. Sed dum Joannes Eps. Chelmensis et
Vladislaus de Oporow niterentur in hoc uno fundamento, et
illud velut arcem defenderent, Dominis interdictis fa-
miliares non esse interdictos, ac ex inde habebant Husitas
Bohemorum velut familiares interdictos non esse, facilibus
argumentis victi sunt, cum dominis suis participarent
in Haeresi, et de jure scripto conclusum esse, familiares et
Dominos interdictos ligari.
Post hanc disputationem dum Rex de veritate informatus
esset et opinio adversa in totum confutata et elisa. non
deerant tamen qui regem in Sbigneum Epm Crac. acerrime accen-
derent. Comparati ad id iam erant carnifices, noctu sequenti
cogitata expleturi. Certior factus de impendenti periculo
per Joannem de Tarnow Palatinum Crac. Sbigneus non remisit
animum sed nuncianti sibi Palatino respondit. Ego inquit
Vir magnifice gratias ago Charitati Tuae, de cautione, quâ
possim mortem effugere, sed cum ego nec fugere volo nec
de consuetudine mea quidquam variabo, in eodem quo consuevi
lecto et cubiculo quiescam, nullam corpori adhibebo custo-
diam: sed et pro solvendis Deo laudibus media nocte in Ecclesiam
ingressusque cum Sacerdote et Cubiculario et lumine consurgam
et caput meum carnifici non subducam, victimam mei corporis
victimam gratam Deo oblaturus. Nec Eps aliquid istorum quae
constituerat immutavit, sed pro matutinis precibus consurgens
optabat mortem, quae tamen, salubriori consilio mutante propo-
situm non venit.

130

1433 M. Nicolaus de Brega S.T.D. Academiae Praeside.

Romae apud Eugenium IV et Basileae apud Concilium Gratus Rex Vladislaus a Sigismundo Imperatore accusatus quod Bohemis faveret et eos opera et armis contra Cruciferos uti vellet. ad se purgandum et Concilio suo Universitatis assistendum mittit D. Stanislaum de Stobnow Propositum Tudentini cum altero Professore qui criminationes adversarios in regem factas egregie diluerunt, et ad objecta in Regem quam in Concilio responderunt. Unde Caesar plus ignominis quam honoris in se derivatam ex tali accusatione sensit. Supervenerunt deinde ad Concilium illud Generale, suo Regis et Regni Legati Sbigneus Olesnicky Posnaniensis Eps, qui eorum ore intendebant ne quid potentia Sigismundi Imperatoris et Cruciferorum Calumniis vel minimum Vladislao et ejus regno adspergerent et testatum facerent Regem Poloniae in defendendis rebus fidei nulli alteri Christiano cedere velle. Conciliique cum Eugenio que illud scindere volebant se cum vale assistere dixerunt.

F. valet Joannem de [illegible] de Slavia vide pag: 66

si non potius Stanislaus Ciolek? nam Sbigneus tunc jam Praesul Cracoviensis Antistes erat.

13
131
127

1433 Com. sequenti Mattheus de Bodrericia | Rector

1434. Mgr Stanislaus de Skoir Priore loco Academiam administrante
Exitu anni superioris Sydus Crinitum X diebus visum a Mathematicis
observatum, fatum Regis Jagellonis fuit. Pervenerat is in Halicz
propter excipiendum feudale juramentum Stephani Dacis reguli. Acce-
dum perfecto itinere in Grodek subsisteret corpore de noctu infrigidato
qua sub dio agens et Lusciniis cantu quo maxime afficiebatur sese
oblectans, in vigilia Pentecostes febre ad mensam correptus, decendio
post, obitus Sacramentis rite procuratus die ultima Maij S. Petronellae
Sacro, regnum Terrae Caelesti commutavit. Luxit Polonia Regem
optimum, Planxerunt Lituani Dominum et principem. Fleverunt
musae Academicae alterum fundatorem, Gregorio a Sanok Appolline
Parnassum tunc gubernante. M. Paulus de Zathor cuius manuscripta
Concionum Volumina in Bibliotheca habentur pro funere Laudationem Regi
Regni et Universitatis Ordinibus adstantibus habuit. In Concilio vero
Basiliensi cum exequiae celebrarentur, et Orator designatus casu quodam à
Concione abesset *Julius Cardinalis Episcopus sic peroravit. Mihi Credite
Patres Optimi tanquam expertus (eram enim aliquando in Polonia) Rex iste
cuius exequias celebramus, Ecclesiae S. Dei ultra quam credi potest, profuit suo
tempore. Nam a tempore quo Christianismum suscepit ultra triginta millia pa-
ganorum, ad lumen fidei convertit, 2 Cathedrales Ecclesias de novo fundatus
pro neophitis erexit, et in loco ubi perpetuus nutriebatur ignis et ado-
rabatur, Ecclesiam Collegiatam destructo igne, construxit, et Clerum in tam
copioso numero ibi auxit, ut die et nocte, nulla hora nullumque momen-
tum existat, in quo non per certos Petus ministros jugis laus altissimo
persolvatur
Successit Patri filius Vladislaus III Senatorum assensu bellica virtute clarus

*Orator hunc fuit ipse Nicolaus à Kozłow, ex Historiis Dlugossi perspectum est. Qui ad finem Lectionis sub Ao 1434, virum hunc academicum tentatur summe in laude de grandiora eminentem in Exequiis pro Rege celebratis pro manifeste.

1434 M. Joannes Buska Com. altera Academiam rexit

A° 1435 M. Michaele de Szydlow Com. Ess.
et M. Andrea de Bok. Com. Hyberna
Rectoribus

Universitas ad Synodum Petricoviensem DD. et
Professores postulante Clero transmisit.
Agitabatur tunc gravis controversia inter
Spiritualem et Secularem Statum de decima
[illegible] De qua sic Dlugossius lib. 12
Assumptionis Festo S. Mariae Archiepiscopus Gne-
snensis, omnes Pontifices regni cum capitulis
et Abbatibus nec non Doctoribus et Magistris
Universitatis in Piotrkow veniunt, idemque
faciunt Barones, in quibus princeps Nico-
laus de Michalow Castellanus et Capitaneus
Crac. [illegible] petebant [illegible]
in eo vertebatur, ut iam Jaroslai Gne-
snensis Archiepiscopi litteras in actis [illegible] post
datam litteram locatis et locandis decimis
manipularis exactio abrogaretur; et si
nobilis Colonum agro moveret, ex eodem
agro decimam Plebano, quam post fidium
eandem possidere coepissent, exclusis eo quod a Colo-
nis eam recipiebat. Respondebant ea
in causa doctores nec fieri posse sine
gravi scelere decimae huiusmodi assi-
gnationem; aut ex uno in alium iuris
percipiendi ~~decimas~~ sine iniuria transla-
tionem. Privilegium Jaroslai robore esse
vacuum, tum quod vi fuisset expressum;
tum quod a Bodzantha et Casimiro Rege
sancitae hac in parte latae leges in con-
trarium [illegible] in vindicem observantiae fla-
grent. Discessum ex Synodo salvis iuribus
eccl. [illegible] minas et vim interponentibus
Secularibus.

11 Martii Mgr Paulus Vladimiri de Brudzewo
D.D. mortuus est (conf. Dlugoss. I. p. 686).

Vladislaus III In pacis perpetuae cum Crucifer[is]
Syndicis [illegible] confectum consensit. Daciam universam
contendentibus duobus fratribus de primatu dividit Ste-
phano. Tauricam Chersonesum cum Albo Castro
et parte maritima regione; Heliae vero supe-
rioribus cum Soczava Valachiae partibus attribu-
tis; supremum Ius Regno et sibi in ysdem
reservavit. Fiduciis Sacramento ab Helia, Leo
post recepto tanquam regni vasallo, eique [illegible]
400 boum. 100 equorum 200 [illegible] de piscibus
in annos singulos regno spondentibus. [illegible] Ste-
phanus in aliud tempus cum obedientia praestan-
da dilatus est.

133
131

115

A. 1436 M. Joanne de Jastrzembie Rectore
duabus Commutationibus
Mgr Vincentius Kotth post mortem Alberti
Jastrzembiecz in Archiepiscopum Gnesnensem
ser est electus. Sbigneo Epo Cracoviensi
in translatione eius ex Epatu Cracoviensi in prima
tum nullatenus quod dictus Ordo Capituli et
Cracoviensis optabat non consentiente.

Sigismundus Imperator, apud quem Vladislai
R. Hungariae, pro neptibus Alberti ducis Austriae in
nationem durandi agebant, ipso opere,
quod in aliud tempus differre sibi pla
cuerat, tum primum regni possessionem
Bohemiae apprehendit concessa videlicet
Haereticis libertate possidenda ea quae occu
paverant. qua quidem modo et regnum
adeptus et sibi apud incolas magnam bene
volentiam comparavit at magnum cumulum
malorum postea cumulavit et grande damnum
Ecclesiae intulit. Bohemi enim non alio
respectu errores suos pro labore, Icono
machiam et Animatum Sedis Romanae tuebantur
nisi ut bona regalia et ecclesiastica
quae diripuerant et occupaverant, retine
rent quae sciebant erroribus depositis fore
Romani Pontificis censuras et jure ...
legitimis possessoribus restituenda. Et haec est
vel una vel sola causa in orbe Christiano
cur Haereses non extirpentur. Errorem fa
cile est agnoscere, cum intellectus vincitur
rationibus, at dimittere quibus aliquis in
est ... bonis admodum difficile et durum
per salum per ignes pauperiem fugiens.

A 1437 In Rectoratu Jacobi de Zaborow.

Habita fuit apud Vladislaum Regem multa et diuturna deliberatio super cusione monetae, a qua non cessaretur tantisper, consilium dabat Sbigneus Cracov. Eps, ut quod liga seu proba eius minueretur et quod multiplicatio eius vilitatem eiusdem esset adducturum, et quod in Silesia nomismata Bohemica ad instar monetae regni a falsariis in damnum populorum signata imprimerentur, a rudioribus minime dignoscenda. In eam rem usus fuerat simili Virginis Venustae quae quoad in matris diligenti custodia castitatem servatur, honore, eadem expugnata pudicitia eidem parenti probro est et vituperio. Non profuit tamen salubre consilium vim avaritiae infringere quo factum est ut Polonia spoliis pateret externorum clandestinis, magis quam si ab hostili exercitu vastaretur.

27

A. 1438 M. Joanne Ochots Cur. Msti Rectore et M. Derslao de Burzynow Can. Hys.

Prior vicar Epi, quia vir omnium quos illa aetas tulit, erat mansuetissimus et doctissimus. Insinuabat ad eum devoratam Virgo devota in Ecta Cathedrali accedens, à Deo se esse missam cum certa legatione apud eum exponenda, non variis documentis, potissimum quod in adolescentia gessisset, ostenderunt quod nemo nisi Deus conscius erat, praesertim asseverat. Bone Pr inquit, proximo Natali S. Ioni vacans per quietem visa sum mihi laudibus divinis in Ecta D. Floriani adfuisse, e videsse Sacrario longum ordinem Pontificalis, et procedentes vexillis varii generis tenuis, vestiti mirantium militaribus signis, rubro canticis templi sese efferre pompam. Sequente extra limina templi sese efferre extremo agmini adhaerens M. Nicolaus de Brega, quem solum ex illa multitudine de facie cognoveram dum me angulo tecti absconderem dixit: Quid agis filia? quasi innueret ut procedentes sequerer, quod dum eius voce animata facio, servus extra minor limi- teriis progressa quo se illa solennis processio contulisset minime video, dumque me partes in omnes verto en ecce Genius candidissima veste Nata inquit, viam quaeris qua Tuum Magistrum assequaris, istam quam tenes non est intendens digna in domum proximam eo loci eum reperies si festina gradus quos ibi conspicies animoso conscende ris. Corpo iter limenque illud angustum et humile subeo et mox scalam eiusque primum gradum in- genti mihi nulli solo inhaerentem nisi quo possum maximo non sine horrore quod vix nimis deformis esset perrexi. Alter gradus minor nec tam difficilis permea- tu erat, quam deformis hoc etiam superato ingredior, tertium brevissimum hunc tecto cuidissima corruscantem in cuius meta Palatium angustum erat invenio cuius in penetralia, per in patente lumina intendens, immissosque lu- pore medio conspicio cellam in qua lectus flo- ridissimus vix pedis vestigio locum concede- bat. Appleto jacebat venerandi vultus heroina purpura caput nitidissimo redimita ad caput ja- centis sedebat M. Nicolaus Brega verba loquen- tis in aurem dominae secretum excipiebat et vice alia ei regerebat. Secreta ne impedirem colloquia ve- ho teneris. Mgr Nicolaus dixit Nata quid tibi negotii hic est, aut cur venisti? Ocius dei domum repetas, brevi et ego sequar te. Ita descensus dum ultimo gradui pedem admoveo, da- bat se mihi obviam mulier corpore, veste, habitu, gestu, nitidissima, plareque voluptas ipse spiritu- ris mu- tabilis pectore anhelans flammeo ad lucum pala- tii ad eam pompam esset isthinc, et vas argenteum quod in sinistro ferens humero non pro more iste festina currere mihi et lymphato similis currere videretur cui dum viam cedo rogo quid erat in ruit Redit at lui tam nobilis cum fit servitia fuerit. Vinum fero illi quam superius vidisti Heroinae bibendum, ubi illo presbyter qui se mihi obvia ad versarium ponit ab ea digressit, potandum. Evolutus domo illa, domum mente perenti porta Vi bis proxima rursus se mihi conspiciendum praebet Sacer illo divus quem ex tecto egredientem vidirem ordo cui ne me obiceram ad latus tremens

Sigismundus Imperator Znoimae in Moravia mortuus Varadini in Hungaria sepelitur. Cui Albertus Dux Austriae in Regna et Imperium successit. Electus quidem fuerat in Regem Bohemiae Casimirus frater, Poloniae Vladislai Regis fr. res tamen eo devenit ut regnum illud Alberto concederet propter jus primum successionis in Alberto Austriaco residens. Casimirus Vladislaus ante defectum provisionibus Regni per illa unum Regni gubernandum suscepit ex parte qui ... tum annum gubernator. Scilicet is fuerat ingressus

declinavi. At enim duo ex ordine illo alter pi... alter labaro insignis ad me accedentes. Filia inquiunt quid moliris? Metu elinguem trepidam Pelle ait animo timorem, Scimus unde venias, quo spectaveris, quod tibi intelligentia opus est, quam non satis mente concepisti. Ego Adalbertus et hic gloriosus Martyr S. Florianus caelestium spirituum comitatu choris stipati ad B. Virginem Principem et Dominam, in summo arcis quiescentem, nos con- sola(n)tes in summo arcis quiescentes Nos con- stanter, Tutelam regni istius suscepta, incessanter pro salute gentis apud Dominam altissimis advocatis adsistimus. Et vergendum hodie ex natali Virginis puerperio magna gaudia cum jubilo celebranda at quot et quanta in vicinia bonis spoliati, vulneribus sauciis fame et pe- ste, adhuc in impedimentis ... luctu et languore aequalent populi quod gemitu coelum ipsum pene- trat. Tu igitur filia ausculta mihi et haec dicta a nobis graviora in gentem Polonam ventura, denuntia, nisi poenitentia tollat indignationem divinam quam meruit. Interim nutum Virgo Mater, et nos continue operam navamus. sed crescente in immensum malitia hominum ingravescit et in omnes effunditur ira Dei. Haec ait est enim quos vidisti scalae Gradus primus immensae est eorum qui ... Palatium, qui quia pedamentis conversione ... Alter gradus brevis mutaret lapsus omnes expiant. Alter gradus brevis populum sunt qui quia non tam frequentibus ... hos scalae facilem se tibi ad permeandum praebuit Sed nec ille vitiis suis caret, ideoque merito placidus est. Tertius gradus brevis et exiguus est paucos signat (?) tantum quos Christus ipse Deus lumen illustrat plerique n. illorum ob respectus humanos parcunt veritati. Heroina lecto recubans angustis conclusa parietibus Ecclesia Dei representat afflictam et à multis oppressam Sacerdos cui illa in aurem loquitur Collegium est doctorum et verbi Dei praeconum qui eam consolationibus doctrinis et praeceptionibus fulciunt. Illa vero bene curata procax et lasciva mulier ... ebrietatis et daemonis est illecebra. quae ... sitis frau... ad fastum ad luxum ... homines pellicit. Vas illud quod defert Poculum est Babilonis meretricis ex quo bibunt omnes peccatores terrae Luxuriae festum fumum

A° 1439 M. Nicolaus Spicimir Sedis Aplicae in Regno Poloniae et Bohemiae Nuncius de latere et Mgr Jacobus Parrosy Sec: pro Academiis administrarunt

Summum superbiae fastus gulae hydropem avaritiae torporem acediae, livorem invidiae quibus inebriati mortales voces vindictam provocantes ad ipsa tollunt sydera. Pestilentiae huius acerrime defluit non parum in eos quos Xus in lucerna Ptis ad illuminandas gentes posuit. Multa de oppressione pauperum viduarum et pupillorum iniuriis commemorans. Spem tamen bonam faciens si rex ac coepit viam Patris iterum et Prespta mandatorum Dni servare perrexerit prosperatum iri. Dux ad aeternum mihi iniunxit Primum ut ea tibi quae viderim denunciarem. Supplicationesque ad pulvinaria Di noctis instituendas suaderem. Alterum ut Mgrum Nicolaum de Brega monitum facerem quatenus una rerum sedula apud populum depressum verba faceret et ad viam salutis nitentia verba faceret et ad viam salutis fideles adhortetur. Quod cum dixisset sonitu suis lucem adlam des in matutinis resonantis ad me redy ignarus penitus an haec visa in corpore vel extra in somno vel in vigiliis mihi contigerint, Ideoque ea tibi referre ne leviter proposui. At me verumque hic arguerer Circumcisionis die dia 8 ipso dnica occupavit quasi rea luminis ad insolitus horror tribunal supremi Judicis iam iam sistendam esse mysteria tibi haec dixeram corripuit, qui cum Reverendia te adeundi deposuissem. Itaque die quo Sti Joannis irruit super me quasi interficere volentis Nunc mihi impositi silentii dabis poenas. Utroque manus dextra elanguit adeo, ut nunnisi signanti dir adminiculo alterius manus levare possem. Concepto autem voto eam levare possem quae mihi mandata sunt tibi referendi. Haec ergo tibi qui in illius es natus. Haec ergo Tibi qui in illius es natus. Hac ergo Tibi defero Tu quid Veto hac Ppiscopus defero tu quod tibi bonum videtur facies. Ego me abhinc voto liberum censeo. Joannes Dei gratia ordo non aliter nomine sed verum visionem multis argumentis agnoscens de ortis sbigarum Cardinalem certum reddidit ipse aut cum M. Nicolao de Brega cum curam et diligentiam circa divina et populum eapiandum adhibuit et brevi quasi primogenita Deo cooperante. Cracovia reddiderunt.

Eugenius iv Concilium Florentinum de unione cum Graecis celebravit in eodem Bessarionem Epum Nicaenum et Isidorum Archiepum Kioviensem viros Graeci Cardinales creavit Romae Ecclae.

At In Concilio Basiliensi contra Eugenium creatus fuit in schismate Papa Felix V. Sicque dum sibi Occidens Orientem unit ecclesia Occidentalis Patres in se vestem inconsutilem Xi sciderunt. Albertus Imperator esu peponum vitam tendens in Hungaria moritur apud Albam regalem sepulturam accepit. In regnum Hungariae Vladislaum Poloniae regem Hungari, herede in utero Helisabethae posthumo Ladislao latente, postulant, qui donec adolesceret Austriae Ducatu contentus Vincere. Dubitantibus Rege et Proceribus an patria divisa alterum regnum esset assumendum. Publica utilitas vicit privatos respectus. Conduxisse hic si quidem visum est pro fidei Catholicae integritate viribus Ungariae contra Turcas pugnare quam in Regno Poloniae pro eadem dimicare

In Regem Romanorum electus est Fridericus Austriae Dux III Regnum Bohemiae per duos administratores Ptarskonem et Mainhardum gubernabatur

135

133

79 ~~vide inferius~~

A° 1440 M. Joanni de Dobra M. Doctori et M. Jacobo Parcossi Plebano in Rupella Sedis parebat Universitas Cracoviensis

Qui cum sequenti Anno Magistratum continuaret Facta est sub eo Gradu altera Universitatis Reformatio Qui enim leges quas condit, ex tempore et variis accidentibus nolit esse variabiles cum de in genio humano nimis plus quam dignum est, ita mentem, et rerum vicissitudinis quod in orbe hoc volvuntur et revolvuntur perspectivo, ignarum esse manifestum est. Solius Dei edicta et nos cuius ille autor est, cum sit ipse inmutabilis sunt immutabilia, Statuta humana lapsu temporis labuntur et correctionem suam accipiunt. Quis enim mortalium omnia providere potest? aut cursum volubilis omnia temporis inhibere, potest? at quod nunc aliis sunt postea nullis usui aut necessitati sunt postea nullius usui aut necessitati, Statu fallentibus serviant in eodem tamen Statu talia se suam intentionem conditione temporis servari velit. Certe nemo. Inde factum est saepius, ut leges Rerumpublicarum plerumque ~~antiquae aliae abolitae apud omnes gentes~~ fuerint mutarentur aut penitus abolerentur aliaeque meliores conderentur. Quemadmodum sanis corporibus medicinae non adhibentur nisi cum illis aegrotationes adveniunt ita in Rebus publicis optimae leges nunquam per occasionem depravationis morum sanciuntur. Nec ad reformationem earum prius acceditur quam ab eis exorbitatum fuerit

Contigit eadem Sors Academiam Cracoviensem. quae a Prima sui per Casimirum fundatione p[er]venit ... nis legibus ultra 40 annos et amplius rege[ba]tur. quibus quia non omnia comprehensa fuerunt quae ad eius florem conservandum spectabant Anno restaurationis per Vladislaum Regem 1400 ad antiqua Statuta addita fuerunt per diversos Patres nonnulla ad eodem Statuta aliaque nova. Rursus iterumque Post 40 et unius anni revolutione videns Universitas solerter considerans Statuta sua quibus hucusque regebatur, pro conservandis in suis suppositis, moribus et excutiendis ab eisdem negligentiis defectibus in antea minime sufficere quoniam ut Aphra testatur auctoritas nulla sanctio quantumcunque matura digesta consilio, ad humanae naturae varietatem et machinationes eius inopinabiles sufficit, nec ad decisionem luidam sui nodosi ambiguitatis attingit servare. Volens igitur super his opportune, et bene gerendis rebus suis consultius providere A° 1441 die Veneris 21 Julii ad mandatum Rectoris sub tali verborum tenore

fuit convocata V. D. Doctor et Magister Reverendo sibi hora 18 in Stuba communi Collegii Artistarum ad tractandum super reformatione defectuum in nostra Universitate contingentium sub poena perditionis juramenti

Visum autem est mihi pro perenni memoria ex 1a parte Matriculae Universitatis Doctorum et Professorum nomina et cognomina adscribere ut unusquisque videat quod tum Ministeri fuerunt Universitatis

Occiso Duce Magno Sigismundo Lituaniae succedit alii filium suum Michaelem; alii Regem Vladislaum. divina Rex frater Casimirus virum eius dictum jubet. litterisque ad obediendum monuit, ipse ad Hungariae insignia mposcenda bravium monens multa infausta omina quod illum minimi debere debebant in itinere habuit Scissum erat regnum alii Ladislaum infantem alii Vladislaum Poloniae regem voce expetebant Helisabeths Regina castrum Vissegrad ingressa Coronam qua reges insigniri consueverunt aufert eaque Ladislaum infantem opera Dionisii Cardinalis Archiepiscopi Strigoniensis cum suae partis proceribus Coronari procuravit. Vladislaus Budam venit in concione manibus Procerum in altum sublatus et Rex omnium communi voce inclamatus est In alba Regali Dioecesi de Calocsia S. Stephani Hungariae regis coronatur Pro tribunali sedens causas innumeras audijt et Justitia mediante definitas debitae executioni mandavit. Regium regimen a Justitia quod firmat Thronos regales et Clementia quod fundat imperia.

Ista regni principia turbulentum bellum civile excepit Regina Helizabeths Giskram et Ladislaum Banum in Caput Vladislai stimulante. Sed non fuit ea armorum tempestas vidit Banum non diu tamen Alcinoia fulsere Brevis est omnis belli interspiratio Acceptis ex Polonia Vladislaus suppetiis ... Regno Hungariae Spoliatas Civitates bruma ineunte recuperabat ubi vere sequente in expugnatione rebellium consumpsit

M[?] in Cathalogo Rectorum in Fastis, prout est Paulus Pascovius de Petrisoria sub hoc Anno 1441.

Nomina et Cognomina DD. Professorum Vniversitatem Cracoviens. evn repraesentantium, ad mandatum Rectoris Jacobum Parkossy de Zorawice J. V. D. et Professorem, pro Reformatione Statutorum et Legum Vntis convocatorum.

Anno 1441. Julii 21.

Sub eodem [illegible] Rectoratu Pauli Pascovii et Jacobi de Zaborow

Mgr Joannes Isneri S. T. Professor
M. Mauritius de S. Marco S. T. Profess.
M. Nicolaus de Gorzkow Offic. Crac. Decr. Doc. r.
M. Joan. dictus Sczekna Ord. Frat. Pdic.
5 M. Bartol. de Jaser S. T. Bac.
M. Nicolaus Fiser S. T. Pfes. r.
M. Thomas Andreae de Amelia Med. Pfes.
M. Fridericus Slurer.
M. Stephanus Chopper.
10 M. Andreas de Margemburg.
M. Franciscus Crasszevic de Brega r.
Joannes Aldebrandi de Kreuczeburg
Jacobus de Becz.
Antonius Tempelfeld.
15 Albertus Alberti de Mlodzaw.
Stephanus Mladota Licent. in Jure
Stan. de Zarnowiec.
Petka de Gorzykowa r.
Nicol. de Aruswank.
Mgr 20 Joan. Bałkowski. r.
Greg. Benedicti de Cracovia
Nicolaus de Kozlow.
Andreas de Kokorzyno. r.
Henricus Alman Baccal. in Medicinis. NB.
25 Andreas Pirnicer.
Erasmus Elia de Nissa.
Vitelous Kecinger.
Matthias de Koło. r.
Nicol. Sculteti. r.
30 Conradus Osualdi de Brega.
Elias de Wywelnicia.
Strzeszko de Mamow.
Andreas de Drogen.
Henricus de Kłobucko.

x Epppus jam erat Vladislaviensis Ao 1436 et de Pallio cum vivo: Kethn[?] [illegible] [illegible] erat. Ergo Vide [illegible] [illegible] Andreas [illegible] [illegible] Henricus dictus.

x Obiit Ao 1436 obiit in sede Archiepiscopali: Gnesn.: Ergo forte dicendum erat: Joannes de Jastrzebiec

35 Fr. Nicol. Libaldin M. Art. Ord. Pdic.
Theodoricus de Gdynsk.
Joannes de Worlitgia
Otto de Lapide
Jacobus de Zaborow Decret. Doc. r.
40 Joannes de Pagia r.
Matthias de Legnic.
Alexius de Pekary
Augustinus de Mosterberg.
Paulus de Worczyn.
45 Olaus de Vpsalia.
Joannes Sznefelic.
Vincentius de Szwaydnic Doct. Medic.
Joannes Kro. Doctor Med. r.
Monaldus.
50 Öëberardus Adfeld.
Stephanus Palec.
+ Mgr Stanislaus de Vscie. r.
Jacobus de Sądec. r.
Fr. Hermanus S. T. Pfes.
x 55 Vladislaus de Oporow Dec. Doc. Scho. Vl. r.
Thomas de Ćhrobers. Dec. Doc. r.
Jaroslaus de Sluszow.
x Albertus de Jastrzębiec Dec. Doc.
Nicolaus de Ostrołbice.
60 Nicolaus de Błonie.
Joannes de Elgot. r.
Paulus de Worczyn.
Andreas Profes. S. T. Mgr S. Palatii NB
Thomas de Strzampino Dec. Doc. r.
65 Benedictus Hesse. r.
Jacobus de Paradisz.
Laurentius de Ratibor S. T. Pfes. r.
Joannes de Dobra. r.
Michael de Szydlow Dec. Doc. r
+ 70 Stanislaus de Vscie. Dec. Doc. r

Petrus de Krosno Dec. Doc. ~~Petrus de Krosno~~
Joannes de Radohonice r
Joannes de Jastrząbie. r
Swantoslaus de Woycieszyno.
75 Paulus de Zator.
Andreas de Buk.
Michael de Omnibus SS.
Nicolaus Spicimer. r.
Nicol. Kalisz.
80 Valentinus de Vngaria.
Gregorius de Ptysłowice.
Mgr Martinus de Olaczow.
Joannes Puszka de Cracovia r.
Stanis. de Zyslino. r.
85 Joan. de Dąbrowka.
Joan. de Kęty.
Barthol. de Radom r. 1440.
Albertus de Zysiec.
Matthias de Raigz.
90 Nicol. de Rasnice.
Caspar Stokemberg.
Paulus de Klobucko.

In quaquidem Conuocatione congregatis in Spiritu S. omnibus DD. Doctoribus et Magistris, Vniuersitas infrascriptos Viros, gnaros et expertos, Diuinaque et humanâ lege conspicuos, et in quibus Spiritus consilii meritò credebant requiescere, Vnanimi Voto et consensu, nominauit, elegit, et deputauit; qui eiusdem fulciti authoritate, potestatem haberent omnia et singula Statuta Vniuersitatis praedictae, omniumque facultatum eiusdem examinandi, recensendi, immutandi, reformandi, corrigendi, et alia faciendi; quemadmodum ipsis Viderent consultum, expediens, aut quomodolibet necessarium, pro bono Vniuersitatis huiusmodi, eo Vberius promouendo, adaugendo, atque confirmando. Itaque inprimis veluti Principem et caput suum, nominauit et elegit praefatum Magistrum Jacobum tunc Vt permittit Rectorem: deinde 4 Decanos facultatum: Theologicae, M. Nicolaum Koslinski S. T. Professorem Can. S. Flor. Canonicae, Derslaum de Borzymowo. Archid. et Can. Crac. Medicae, Joan. de Bobra. Artisticae, Magistrum Andream de Dobszyno: deinde ex quauis facultate Magistrum Benedicto Hesse Decano S. Flor. S. Theol. Professore: Joanne de Elgot Scholastico, Joanne de Ludzienko Med. Doctore. Magistro Bart. de Radom Collegiato Regali, S. T. Bac. et Sententiarius praesentibus Deputatis. Laurentio de Ratibor, Can. S. Flor, Magis. Joanne de Radonce Can. Crac. Magistro Nicolao de Brega Can. S. Flor. S. T. Profess. M. Jacobo de Zaborow, M. Thoma de Strzampino. M. Paulo de Zator. M. Thoma Spicimer. Cantore. M. Joan. Puszka Can. Crac. Decretorum Doctoribus. M. Joanne Morent. M. Joanne de Kanty. M. Paulo Piotrcouio. M. Thoma de Borzęcin. Can. S. Flor. M. Matthia de Labyszyn Custode S. Flor. M. Paulo de Klobucko. M. Paulo de Szwanrow. M. Joanne de Raiborsko. M. Nicolao Bylina Collegiatis Collegii Serenissimi Principis et Domini D. Vladislai Dei Gratiâ Regis Poloniae.

Aº 1441 M. Paulo Paskonis et Jacobo de Zaborow Eodem ~~Jacobo Pankosj Rectore~~ Rectoribus

Facta autem est Universitatis Cracoviensis Secunda post Primam Fundationem Reformatio talis

Data Commendatione per Reformatores 18 Aug. Mgr Joannes Pusch J.V.D. CC. resignavit Sw. Petronillae Regalem M. Jacobo Parcossi pro tunc Rectori, retenta sibi Cancellaria Posnaniensi et aversa ad Ecclesiam S. Floriani, quam resignationem et Reservationem D. Rector et Reformatores acceptarunt

Eadem die Reformatores M. Nicolao Kalisz J.V.D. dum et quando Cracoviam ad residendum in Universitate redierit Cameram in Collegio J.C. Statui suo congruentem reservarunt. qui Veniens in Conspectum Concilij resignavit altare S. Mariae Aegyptiacae quod et Collegiatam suam in Cathedrali Crac. tenebat. Mgro Joanni Elgot qui eam continuo admisit et suscepit

Dictum Dni Reformatores constituerunt ut in domo Medica. Stuba maior domus fiat Lectorium pro Lectoribus in Medicina Studendis Cuius Lectorij ostium fiat ad plateam. Pro Doctore autem Ordinario et eius familia cum Rectore sumptibus Univ. in palatio Superiore eiusdem domus commoda aedificia ponantur

Intercedunt hic & plura quae ad Reformationem Domus seu Collegij Artistarum pertinent quae quia minus scitu necessaria judicavi ideo eadem omisi

27 7bris D. Rector Convocata Universitate proposuit nonnullas difficultates circa Plebanum S. Annae quas quia cum Reformatoribus digerere non potuit ex Consensu totius Univer. Statutum est Si non possit ad extremum amicabilis compositio fieri cum Rmo Abbate Clarae Tumbae de ~~plebanatu~~ praesentato ad Plebanatum S. Annae ut interponeretur appellatio contra Abbatem ad Sedem Apostolicam

6 8bris Villula Universitati a Beato Dominis donata pro eo quod quod ab Usufructuarijs non bene administraretur, precario concessa Collegio Artistarum, quam domus ab hinc titulo oneroso tenet nimirum Quia Regales vero quolibet Sabbatho disputare tenentur et ex eadem Censum Minoribus Collegiatis solvere tenentur. Videatur Ladula n. 12

Plures reformationis articulos videre mihi non licuit, eos tamen vel in Libro Statutorum vel Conclusionum vel demum in Ladulis Universitatis reperire Curioso licebit. nº 12

in sequentis cum. Rectorem M. Jacobo de Zaborow 8 Junij Mgr Pusz CC. movit litem Canonicis S. Floriani in Universitate et eo quod Dni Canonici post promotionem suam ad Decanatum Capituli S. Floriani flor. 4½ de proventibus ipsius praebendae penes se retinerent. 2º quod ipsi Celebraret in Cathed. Crac. ob absentiam ad S. Florianum sermone se privarent. Rndemnt Canonici non debere sibi praedictas marcas obstante sibi Privilegio eiusdem Ecclesiae quod disponit, ut promotus ad Canonicatum S. Floriani, laboret per duos Annos, quod Actor prius non fecit. nisi ad quod Actor Superiorem facultatem sit promotus Replicante autem Actore quam per se stare quominus promoveatur in Superiore facultate sed per Patres qui illum promovere nollent. Rndibus Patribus per ipsum stare quia se talem praebuit cui merito derogandum esset Superior gradus.

Universitas decrevit merito multandum esse ob defectum laboris in Marcis in festivo etiam etiam puniendum Regenti ob absentiam ei debetur, et pro sua praesentia in Cathedrali quotidianas refectiones acciperet.

137

~~135~~

A. 1442 Rectore Univ. Stanislao de Lysin 3.
qui 3 Commutationibus Univ. praefuit

Cum Schisma inter Eugenium 4 Romae et Felicem V. a Concilio Basiliensi electum glisceret, Eugenius ad Imperatorem et Regem Vladislaum, qui neutralitatem tenuerant, Julianum de Caesarinis Cardinalem pro obtinenda obedientia. Concilium autem Basiliense pro suo electo Serenissimum Principem Alexandrum Masoviae Ducem Tituli S. Laurentii in Damaso, Patriarcham Aquileiensem et Episcopum Tridentinum a Felice V. Creatum miserat. Quamvis autem Cardinalium uterque quilibet in suam partem multis rationibus Imperatorem et Regem pertrahere laborarent. Erat tamen Imperium et Regnum Hungariae in Eugenii obedientia, proceliis Regnum Poloniae in neutralitate perseverante. Universitas enim Studii Cracoviensis tractatu speciali super huiusmodi Schismate edito demonstrabat Felici potius quam Eugenio pro tunc esse obediendum. Plures quoque Universitates Europeae cum illa idem sentiebant. Itaque Ecclesia Polonica saceret Senatus elegerat potius neutri parti adhaerere quam opinionibus fluctuare et una parte approbata alteram reprobare. Omnia beneficia vacantia iuxta decreta Concilii Basiliensis, gratiis Apostolicis non Equivalentibus conferebant, collationes quoque eorum Schismate sublato nullatenus fuerunt impugnatae.

Hoc anno Concessi sunt per Sedem Apostolicam et Papam Conservatores Iurium et Privilegiorum Academiae. Episcopus Cracoviensis, Abbas Claro Tumbensis et Decanus Gnesnensis Ecclesiae. Privilegii huius tenor hic poni deberet.

Vladislaus Rex Hungariae et Poloniae Cum Elisabetha opera Cardinalis Juliani de Caesarinis componit. Cui Compositioni et foederi Regina non diu supervixit hoc ipso anno extincta est. novum autem bellum exortum. Bohemi enim qui pro Elisabetha erant et partes Hungariae tenebant ad Federicum Imperatorem pro parte Ladislai infantis defecerunt.

Rege in Hungaria degente Res Polona male habere coepit. Praecipua enim nobilitate Regi in Pannonia assistente, latus nudum Podoliae et Russiae Scythis ad invadendum et vastandum patuit. Vladislaus quoque pro impensis sibi in Regno Hungariae militi polono offertis, omnia pene regalia bona vel prodige alienaverat, vel gravi aere alieno oneraverat. Cancellarius regni omnes donationes omnes alienationes et obligationes quantumcunque prodigas et impertinentes propter munera quae illi offerebantur, ipse Acta publica suscipiendas. Sic culpa non in solum donantem sed etiam in ministros status maxima. Damnum autem in Commune Patriam maximum derivatum est.

A 1443 Rectore M. Thoma de Strzempino

Rex Vladislaus in Rascia ad fluvium Mora-
vam 30000 Turcorum cedit 4000 capit. 84
Civitates Bulgariae recepit, peragrata Rume-
nia in Macedoniam movit. Multis spoliis de
victo hoste triumphator nudis pedibus signa
hostium Budae in Ecclesia B. Virginis cum gra-
tiarum actione et hostiis Deo Victori reposuit
Impetravit Turca novam pacem apud Vladislaum quae ut
illi firmior esset petiit ut ad Sacram Eucharistiam rex iu-
raret foedera a se ineunda obstitit huic iniquae
petitioni M. Gregorius de Sanok qui tum erat aulicus
Regis solum membrana scripta Turco concessa est
In Hungaria et Polonia terror terram ipsam
insolitus adeo concussit ut plurima aedificia
corruerent fluviique unde absorberentur. To-
stado templum D. Catharinae in Civitate Casimiriensi
ad Cracoviam satis firma corruerit. Post
eum gleba sterilis, solum, pulvis, et invisum
ante germen quod Polonis Snieć dicitur per
ra polona produxit

138

136

85 et 1444 M. Bartholomeus de Radom S.T.D. Rector bis fuit

113. M. Paulus de Grabow

Multorum Regum et Principum Suasu. Summi Pontificis absolutione a juramento quod Turcis fecerant Rex Vladislaus ob bonum totius Christianitatis et liberationem fidelium foedus initum rupit, ingentique comparato ex Polonis et Hungaris exercitu Turcam bello lacessit, oppressus autem multitudine hostium, a Joanne Huniad et aliis quoque Desputa visa regii exercitus respectu multitudinis Turcicae a pugna abstrahendum et in Hungariam remeandum suaserat, despectu ad variam gloriam pugnans occubuit. Totum bellum istud describit Dlugossus cuius singulas circumstantias cum si placet vide Libro 12 ad annum praesentem. Duo magistri ex illa clade in Poloniam evaserant incolumes M. Gregorius de Sanok post Archiepiscopus Leopoliensis et M. ~~Albertus de Rychlon~~ Paulus de Grabow post in Episcopum Chelmensem promotus, Reliqui Militares numero fere quatuor magistri.

Inter Captivos apud Adrianopolim recensitus 12 iuvenes formae praestantissimi Caesari Amurathi in thalamum deputati ne nostro genti forent in ... conspiraverunt, inter quos unus Bulgarus turpem vitam honestae praeferens cum de conspiratione ... in mortem, suam eundem Cubicularium reddidisset Caesar ... dum cor incaedit ex eorum manibus evasit. Irruente vero in illos multitudine Janizerorum thalamo inclusi se ipsos mutuis vulneribus confecerunt. Talis exempla quanti fides Christiana et pudicitia sint facienda.

Aº 1445 Rectore M. Stanislao de Lysino

Casu Regis Vladislai vulgato moerore ingenti populos sibi subiectos, maxime tamen fratris Casimiri pectus sauciavit quod pro Christiano gentes scuto fidei, et altero Hercule ad exscindendam Turcarum monstrosam multitudinem orba nec esset. Diu multumque ad suscipiendum regni diadema reluctabatur ne fraternum amorem violare videretur, summoque in id Lituanis adlaborantibus ne si regnum caperet Lituaniam negligeret, redirentque in eam Vitoldi et Sigismundi ducum tempora quo degustata Polona libertate Lituani peius con[illegible]que exerrabantur. Ea autem cunctationis processerat artibus Lituanorum Casimirus ut Poloni taedium non ferentes Boleslaum ducem Masoviae in Regem Poloniae nisi cunctationi repudium mitteret sibi nominarent, prudenter electionis suae denunciatione suspensa donec Casimirus viso ad regnum imparis candidato ad saniora consilia quod postea factum est rediret.

Aº 1446 M. Stanislaus de Sobnow C.S. Rector qui dudum fuit in Concilio Basiliensi cum M. Joanne de Juni Wladislavia Scriptore Concilii Basiliensis et notarius Felicis V. Orator

Statuta Universitatis Studii Cracoviensis reformata per totam Universitatem nullo contradicente exceptis duobus de [illegible] et laboribus de Festo S. Floriani quae ad [illegible]derandum suspensa sunt ad generalem Congregationem omnium Doctorum et Magistrorum die Mercurii 5 8bris approbavit et confirmavit

Sequenti autem Commutatione fuit Joannes Dambrowka S.T. Licentiatus egit Rectorem. Hic in abusus sensim in Univer. irrepentes, censor acerrimus 4 Aprilis vocata Universitate statuit et in amplius Decani unius reddant Rectori et alii decanis. neve sibi unquam privata autoritate pro laboribus praemium sumat, sed de eo Universitatem requirat.

Sacro durante Concilio Basiliensi exorta fuit differentia in Concilium et Eugenium Papam et propter inobedientiam Eugenii Papae, qui nitebatur Concilium sacrum dissolvere.. Concilium autem Eugenium, a papatu deposuit. Totus fere mundus adhaerebat Concilio praeter Italiam. Mortuus est autem Eugenius hoc Anno cui in Papatu successit Nicolaus V. Dum ad hunc Felix V electionis suae renunciavisset, sanctum [illegible] totum Concilium

Aº 1447 Rectore Jacobo de Zaborow
et pro sequenti Commutatione M. Jacobo S.T.D.
Praeposito S. Hedwigis in ponte Regali
Eugenius Papa vij kalendas Martij obijt
Nicolaus V. in eius locum substitutus.

Casimirus M. dux Lithuaniae tandem a Mag.[ribus] persuasus in Crastino S. Joannis Baptistae in Regem Poloniae inunctus et Coronatus est, In cuius ad Urbem adventu Clara Turba conflagravit. omine non fallente quod Clerus igne tribulationis in suo principatu esset probandus ubi reipsa evenit

Feria 5 post Visitationis B.V. festum Proposita in Comitiis Quaestione Cuinam ex duobus qui se pro Summis Pontificibus gerebant an Felici V. per Concilium Basil. electo pro quo Marcus Bonfilius et Mgri de Schola agebant an Nicolao V qui cum solis litteris Roma datis postulabat. Rex nomine suo et Regni ad Nicolaum declinavit et ad legationem Petrum Wiszota et Petrum de Samotuly ut hi 3 illi impetrarent 1º Unum beneficiorum ecclesiasticorum collationem Decimarum decimationem per totum regnum ad sexennium 3º Denarium S. Petri in annos aliquot percipiendum, des- navit.
Mgri et Doctores Univ. huius accesserunt Regiam Mtem, petentes ut non praecipitaret in obedientia, sed in suspenso maneret ad unum annum, quod nullo modo efficere poterant.

Aº 1448 Eodem Jacobo S.T.D. Praeposito S. Hedwigis Rectore

Rex autem advocatis in Senatum Mgris et Doctoribus Univ. quaerebat ab eis, quare se dividerent a Regno Cum ipse et totum regnum obedirent Papae et Univ. eidem nollet obedire sed starent in Concilio Basiliensi: Mgri autem et Doctores stantes ante Congressum Regiae Mtis responsionem optimam formantes dantes responsum pro prima vice, 2 iterum vice stantes ante regiam Mtem et Consilium prudentem legato, iterum ut se non posse facere. Sed petebant Regem, ut ad alias Univ. vellet dirigere et informari ab eisdem. Si vero contra Univer. essent efficaciores pro obedientia Sacri Concilij, iux. tractatum ipsorum compilatum, et toti mundo notificatum ad obedientiam Papae nollent consentire durante S. Concilio. Itemque 3 et 4 vice vocati ad Regem An vellent obedientiam Papae praestare ipsi bene deliberantes, cum mansuetudine et pietate protestantes Coram Deo et B. Virgine. B. Stanislao Patrono et ott. Sanctis non posse hoc facere ut. Rex autem praecepit eos abire. Nuncius autem petebat Regem et Dnos ut Mgri incarcerarentur, ut vellet eis re:cipere beneficia Ecclesiastica et eos inhibere. Rex tamen nullo modo permittere voluerunt. Nicolaus Papa audita tali non bene fuit contentus de Nuncio suo quod taliter cum Universitate egit. Veniens Romam Papa eum audire non poterat, et pro tristitia nimia extinctus est.

Roma redeuntibus Regis Poloniae Oratoribus adiunctus erat a Nicolao Papa ad Casimirum Legatus Joannes Baptista. qui Lublini in Comitio Cardinalem regis in Sedem Apostolicam devotione. loco muneris praesentavit regi nomine Papae Rosam auream privatim vero Bullam super nonaginta nominationibus ad Beneficia in subsidium autem contra Tartaros decem millia fl. a Clero exigenda. Quarrens autem adventum Regis aliquot diebus ad Urbem idem Legatus solemnissime ab omnibus est exceptus tanquam Sedis Romanae legatus Univ. versitas tamen Crac. nullam ei etiam monita et rogata voluit facere reverentiam propter Tractatum quem profitendo veritatem, contradicebat et in quo Concilium Basiliense rite congregatum legitime Felicem V. eligere potuisse demonstrabat. Fremebat proinde Epus Cameninensis Legatus contra Universitatem. Iramque tenere non potuit. Sed apud Regem et Senatum eandem accusavit. Decrevit rateis apud se plures de Universitate de consensu regis et regno ejicere Nisi Cardinalis Sbigneus obstitisset et consilium suppeditavit ut eos ad regem deferret.

140

138

+

Dilectis Ecte filys Rectori et Univ.
Studij Cracovien. P.P. Concilij Basilien.

Sacros. gnalis Synodus Basilien., in Spu S. legitime congregata, Universalem Ectam repraesentans
Dilectis Ectae filys Rectori et Univ. Studij Crac. Salutem et Omnipotentis Dei benedictionem. Sicuti B. Doctor
gentium fidelissimos Thessalonicenses commendat qui accepto verbo veritatis, perstiterunt in fide, non recipien-
tes falsos Aptos, nec ea q ab illis dicebantur: Sic gratias agimus Deo, pro vobis memores fidei
vestrae, et laboris, quam in hac tentatione Ectae quam eius impugnatae autoritas exhibuistis vos for-
tes athletas et defensores Xianitatis. Nec ventis agitationum mundanarum unum potuit con-
stantiam inflectere, ut a via veritatis ullatenus moveretur, Sic enim probat Deus suos electos et
fideles, ut probatio fidei sua pretiosior sit auro, quod per ignem probatur, et coronam eternam illis
reddat, qui legittime certaverint. Fecit quidem hanc gratiam vobis Dns in his novissimorum
temporum turbinibus, ipse mirabilis in altis Dns, ut lux veritatis per vos splendens doctri-
nae luceret in universo mundo. et dum venti validi irrueruntque tempestates noctis tenebra-
rum, ut illam lucernam fulgidam vrae fidelissimae Universitatis extinguerent, nihil adversus
eam efficere potuerint, Quoniam Dnus protegit illam, qui etsi permittat defensores Ectae
et aequitatis in hoc saeculo agitari, non tamen permittit aut veritatem ipsam vinci, aut
Ectam superari. Nec fideliter enim in eadem Ecta et veritate perseverantes derelinquet usque
ad consummationem saeculi, quinimo et illis ineffabilem praemiorum magnitudinem largietur. Non
nescij sumus, quantas adversum vos procuraverit superioribus diebus hostis humani generis vexationes
quarum patientiamque et constantiam vram cognovimus, quam non satis laudare et commendare possumus
tenoremque literarum vestrarum directarum Regiae dignitati vidimus, quibus et prudenter
et fideliter eidem suasistis, sicuti illi qui vere ipsius salutem, et honorem diligunt, quatenus Regia dignitas
non quae sua sunt, sed quae Jesu Xi, de via quam sequi haberet eadem, aut ut
ne aut a veritate, quam viri docti et periti in lege Dni sequuntur, deviaret, aut ut
saltem deliberationes aliorum Catholicorum Principum expectaret. Et nos per misericordiam
Dei speramus Principes ipsos post longius in his rebus suorum animorum suspensiones
plenius de Xianitate, rerum informationibus acceptis, ea fore deliberaturos, quae sunt ad
honorem Dei, confirmationem fidei Orthodoxae et auctoritatem Ectae ac Xianae religionis publicam
salutem. Neque enim ad alia tendimus, nec ea quae nra sunt quaerimus; Sed dum accedente
omnium principum et praelatorum Orbis catholici consensu evocati sumus, Necessitas urget
nos, ut quantum in nobis est, ipsam Ectae fidem et auctoritatem, justitiamque et veritatem sustineamus
et defendamus, nec propter quaslibet adversitates huius saeculi illas confundi, et conculcari per-
mittamus, non de viribus nris, sed de auxilio Xi Salvatoris nri, Ectae sponsi confidentes.
Xiani et omnes aperte conspicere possunt, quanta ruina Ectae imminebat, si hoc Sacrum
Concilium tantis auctoritatibus congregatum, tantisque incorporationibus fulcitum, tot annis
continuatum, finaliter deviendum prostratum, et miserabiliter dissipatum fuisset, praevaluisset
adversus Ectam immanis violentia persequentis eam, qui se opposuit contrarium et
adversum Xo Deo nostro, volenti reformare Ectam suam, et omnes revocare ad salu-
tem, dum per enormitates abusuum et vitiorum, nimis auctorum, contra legem ipsius
altissimi, et Sanctorum P.P. instituta animos Xianorum varios perditionis laqueos incurrebant,
et propulsatis Sanctis legibus, abiectisque S. Canonibus, instituta Sps S. conditis profligataque
Evangelica doctrina, et divinis humanisque juribus posthabitis, ambitio avaritia simonia
radices omnium malorum, ecclesiastica negotia ultra modum invadere et corrumpere vide-
bantur. Quod et abundante iniquitate labores huius Sanctae Synodi, pro salute reformatione
habitos re absorbuisset atque in nihilum deduxissent, si non adesset divinae
clementiae propitiatio, quae propter fidelium et electorum suorum salutem ipsam Sanctam Synodum
usque ad hoc tempus contra impetus hostis antiqui defendit atque servavit. Nam etsi eadem Sac-
ta Synodus conculcata et prostrata fuisset ex desiderio adversariorum Ectae, Sacrique Canones
eius decreta et judicia in nihilum abijssent, non iam spes adesse videbatur, celebrationis ali-
corum Conciliorum, nec diebus nostris, nec forsan successorum nostrorum temporibus, periclitabatur
cum auctoritas; peribant labores jam in tribus Concilijs Constantiensi, Senensi et hoc Basili-
ensi pro universam Ectam pro reformatione habiti, peribat omnis fere Ectae ipsius decor omnisque
fidej firmamentum, omne robur disciplinae, omnis stabilitas judiciorum Ecclesiasticorum, omnisque Xianae

religionis vigor, laxabantur frena, abusibus, deformitatibus et haeresibus, ac horrenda confusio
in mundo videbatur. Misertus autem est Deus Ecclesiae, et non sivit eam exterminari, qui et hoc Sa-
crum Concilium in longanimitate et patientia persistere voluit, nec propter posteriores graviores in-
jurias persecutiones aut quaslibet impugnationes dissolvi donec aliqua salutaris conclusio per
ipsius Dei gratiam in rebus Ecclesiae habeatur. Dum quoque evectum est abominandum idolum per-
versae doctrinae, volentes proferre libitum cujusdam hominis peccatoris auctoritati Universalis Ecclesiae et
ipsum extollere supra judicium ejusdem Ecclesiae Universae, cum qua Christus est usque ad consummatio-
nem saeculi, et cum qua manet Spiritus paraclitus in aeternum. Suscitavit ipse misericors
Deus spiritum vestrum, et aliorum literatorum virorum in Universitatibus Studiorum, ut veritatem an-
nunciarent Principibus et populis, ne se seduci et in errorem abduci permitterent. In qua re
tanto celebriora sunt vestra merita tantoque gloriosiorem coronam vobis retribuet Deus, quanto
graviores tentationes contra vos insurrexerunt, dum adversus fidem et constantiam vestram
nullatenus potuerunt praevalere. Videntesque Principes atque populi vestram et aliorum professorum virorum
cognoscentium et amantium eandem virtuosam perseverantiam, inducentur dante Domino et
suadente, ut sanae doctrinae et veritati, quam cum Ecclesia Catholica docetis et praedicatis, adhaereant,
illosque deserant qui propter commoda temporalia, et terrenam caducamque substantiam ipsos
variis fallaciis et figmentis a veritate conantur avertere. Et iam de proximo speramus
terminari dies malos felicioraque relucere tempora, in quibus fides et Ecclesiae auctoritas venturaque et
justitia reflorescent destructis adversitatibus et erroribus universis. Gaudebuntque devoti
nec vos, quod cum Ecclesia feliciter in tentationibus permanserunt. Et ut de statu negotiorum Ecclesiae
notitiam habeant vestrae devotiones. Haec Sancta Synodus in suo vigore jugiter continuatur
et Deus noster Dominus in bona valetudine Dei gratia persistens assidue pro rebus Ecclesiae prospe-
randis magnos labores impendit. Debentque omnino Principes Alemaniae convenire in
proximo festo Ascensionis, ut conclusionem in eisdem rebus sine ulteriori dilatione recipi-
ant et hoc dederunt promissionem omnimodam quae humanitus dari potuit, ut illa vice
vento nullatenus frustretur. Illustris etiam Dux Britanniae nostros oratores reperi-
entes cum magna veneratione suscepit, et eos magnis profecisse in honoribus Servi-
... eum missos cum magna ambasiatam suam ad hanc S. Synodum, et alia meliora feliciora-
que nobis se missurum ambasiatam suam ad hanc S. Synodum, et alia meliora feliciora-
que pro augmento Ecclesiae, fide Catholica et publica salute fieri
in Christianitate non post multos dies, pro aucto Ecclesiae, fide Catholica et publica salute fieri
speramus. Itaque quam exhortatur Sermo Apostoli, stabiles estote et immobiles abundantes
in omni opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.
Caeterum habeant vestrae caritates recommissum dilectum Ecclesiae filium Joannem de Junidlaw
Slavia curatum Ecclesiae Parochialis in Lubia Posnaniensis Dioecesis Sacrae Poenitentiariae
hujusque Sacri Concilii Scriptorem, exhibitorem praesentium, juvando eum efficaciter, ut ad sua
beneficia restituatur, quibus velut accepimus de facto spoliatus existit, significando quae
nobis cuncta beneplacita vestra quae cordibus ejus possimus proficere possunt cumbinis favente
Spiritu Paraclito, qui devotiones vestras omni gaudio et prosperitate consolari atque in
cunctis feliciter dirigere et conservare dignetur. Datum Basileae 16 calendas Aprilis
Anno a Nativitate Domini 1444.

Interea temporis Basileae Concilium Martini V. decreto inchoatum
convenientibus ad illud Hispaniis Galliis Germaniis Poloniis Pannoniis prin
cipib. Epis et Legatis, qui communem Rei Xianae salutem in sanctis
Concilii ponebant, continuabatur. Eugenius Concilium istud solicitae
adversus Bononiam eodem transtulit. Verum Sigismundus Imperator atque
et Clerus qui Basileae erat, non modo Eugenio non obedierunt; sed
etiam eundem bis terve monuerunt ut Basileam cum suis Cardinalibus
ut pote locum magno judicio a Martino V. delectum veniret, Cui
si contravenirent acturos ante Concilii con contumacem. Motus his ra:
tionibus Eugenius Basiliense Concilium litteris Apostolicis confirmavit.
et cuivis ad idem Concilium veniendi potestatem fecit.
Non diu tamen post ut Bononiam venit Basiliense Concilium quod
ante probaverat, Ferrariam transfert hac maxime de causa quod
diceret Graecos cum Ecclesia Romana conventuros, eundem locum sibi
delegisse. At Concilii Basiliensis Praesidentes et precibus et pretio
invitabant Graecos ut omisso Eugenio ad se venirent, et nisi Euge:
nius ipsorum sedem accederet depositurum se eundem de Sede Petri nun:
ciabant. Substitit aliquamdiu animi dubius Eugenius quid ageret
et Legatum ad Concilium Basiliense misit qui in eodem causam ejus
cum Patribus defenderet. Ut autem Sigismundus Imperator mortuus
est et Albertus Austriae Caesar creatus illico Eugenius per Cardinalem
Sanctae Crucis Ferrariae Concilium inchoavit quo et Imperator
Orientis Joannes Paleologus descendit, ab Eugenio non aliter quam
Romani Imperatores excepti
Eugenius itaque sequentibus annis nempe 1437 et 38 duas Ecclesias
jam pridem dissidentes in unum corpus redire cupiens. Indicta o:
mnibus supplicatione ad divorum pulvinaria solenni Concilium una cum
Imperatore et Patriarcha Constantinopolitano ingressus. Sedente Impe:
ratore et Graecis e regione Pontificis. 1o Quaestio est Vellentne tam
Latini quam Graeci, ex duabus Ecclesiis jam pridem dissidentibus unam fieri
Ad quam vocem unam omnes succlamarunt. Placere et velle, modo ra:
tionibus illa confutentur, quae tantae discordiae causa fuerunt. Delecti
ad eam rem tam Graeci quam Latini Doctores acerrime multis diebus
disputabant. Cum autem pestis Ferrariae invalesceret, Florentiam
Concilium translatum est. ubi habitis saepius in Ecclesia Cathedrali conventi
disceptatisque Graecorum et Latinorum contentione, tandem eo ventum est ut Grae:
ci Spiritum Sanctum a Patre et Filio procedere homousiumque esse, non a
Patre tantum procedere, atque in azymo sive fermentato pane triticeo Corpus
Xi confici crederent. Purgatorii locum esse crederent ac postremo Romanum
pontificem verum esse Xi vicarium et successorem Petri primum in
orbe locum tenere, cui merito Orientalis et Occidentalis Ecclesia pareret
fatebantur. Sic cum Graecis reconciliati Armeni quoque in fide nostra
convenire studebant eo per crebras disputationes inviti

Ac ut compendio [illegible] hic tragoediam praestringam turbatae Ecclesiae. Res istum gestum habuit. Facto ab[illegible] Martino V. XV. Cardinales antequam Conclave intrarent certa puncta scripto comprehenderunt quae futurus [illegible] Papam quicunque electus fuisset servare deberet, atque ea omnes juramento se servaturos promiserunt inter quae illud erat praecipuum quod Concilium [illegible] determinationem Synodi Constantiensis [illegible] signaturam Martini V. celebrandum et reformationem in capite et membris quaereretur [illegible] esset Gabriel Condelmarus Venetus electus, hic vocat in Summum Pontificem Eugenius IV. [illegible] juramenti facti tenorem Concilium Basileae indicit et eo suum Legatum mittit. Dato vix initio Concilii cum in eodem multa perperam gesta Eugenius accusaretur, [illegible] ille ut se judicio sisteret citatur. Ille vero Concilium Basilea in Italiam Ferrariam, Florentiam transfert. Ad contumaciam formatur processus tandemque depositus et in ejus locum Felix V a Concilio in Papam eligitur. Erat cum Concilio Basiliensi cum ad alios tum ad Regnum Poloniae et Universitatem Cracoviensem [illegible] 4 mittit, quorum 3 erant antea ad Concilium nomine ejusdem Universitatis missi, scilicet Marcus Bonfilius M. [illegible] M. Stanislaus de Sobniew Professor, Fridericus [illegible] de Barzynow Decretorum Doctor, quibus additus erat Nobilis Guilhelmus de Rawna, requirentes quod de autoritate Concilii, de electione Papae in Concilio facta et de depositione Eugenii in eadem Synodo facta sententiam et judicium. Res delata Doctoribus Universitatis Theologiae et Juris, quorum primus erat Joannes Elgot D.D. [illegible] Crac. alter M. Jacobus de Paradyso Abbas Cisterciensis S.T.D. 3. Laurentius de Ratbor 4 M. Thomas de Strzempino. 5. Benedictus Hesse qui omnes tractatus determinationes quisque pro suo sensu scripserunt et ea omnia istius Universitatis tractatum Generalem compilaverunt quem Sbigneo Olesnicio Cancellario et Episcopo Cracoviensi praesentaverunt. Nec minus in Polonia apud Regem et Senatum egerunt ut sua [illegible] Concilio [illegible] et ad summum minimum Rex Neutralitatem servaret cum Regno [illegible] in obedientia praestanda Nicolao V. suscepere. Sbigneus nomine Cleri Poloniae [illegible] Universitatis M. Joannem Elgot ad Concilium Basiliense et Felicem V. Papam cum titulo Oratoris legavit dans in commissis ut Responsionem Cathegoricam referret [illegible] Concilio et testimonium veritati quod Doctores Universitatis perhiberent. [illegible] quidem Responsio senario numero quibus [illegible] est in [illegible] comprehensa, quod hic potissimum attingendo. 1mo Asserebant [illegible] Universitatis et consequenter in Concilio Generali legitime congregato ipsam repraesentante supremam supra omnes homines viatores etiam supra Papam esse potestatem. 2do Concilium Basiliense in Spiritu Sancto legitime congregatum et Universalem Ecclesiam veraciter repraesentans fuisse. 3tio [illegible] olim Eugenium praedictum Concilium dissolvere non potuisse, et dissolutionem de ipso per eum attentatam de facto nullam fuisse. 4to Concilium praedictum Basiliense nondum dissolutum esse. 5to Depositionem olim Eugenii Papae et electionem [illegible] Domini Felicis ad summum Apostolatus apicem per ipsum Concilium factam justas legitimas et canonicas fuisse et esse. 6to Omnes Xti fideles [illegible] Felici tanquam unico et vero Summo Pontifici de necessitate salutis subesse debere. [illegible] Oratio. Quod in scriptis habuit hoc etiam disertissimo ore in facie Summi Pontificis et Concilii exposuit. Tractatus Universitatis Crac. eo de re praesentavit. [illegible] per Cardinalatus Galero nomine Episcopi Crac. quem ab Eugenio non susceperat gratias egit. Non poterat non esse grata custodum fidei in defensione autoritatis Concilii defensio et [illegible] Oratoris viri alioqui Sapientissimi Legato [illegible] multoties in Concilio [illegible] egit ut ejus testantur [illegible] in manuscriptis monumenta. Cum vero Tractatus Cracoviensis per multos [illegible] exemplaria voluerunt. Eugenius quoque suam innocentiam scripto vulgato defendit illudque ad Universitatem Montispessulanam direxit. At in continenti Scriptum Concilii Basiliensis 1440 responsivum prodiit.

Mortuo vero Eugenio Papa autem durante Concilio Basiliensi Cardinales Romae eligunt sibi Papam Nicolaum V. nuncupatum qui [illegible] Juliani Cardinalis Imperatorem et alios Reges [illegible] Nicolai impulit. Turbatum autem est non minus quam antea praesentia [illegible] Polonia Universitate Cracoviensi adhaerente Concilio Basiliensi et Felici Papae ut infra legere licebit. Donec ultimo in Concilio Lausanensi Felix papatu cessit.

1449 M. Nicolaus Belina S. T. Licentiatus Rector fuit, qui ex serie et ordi[ne]
post mortem Jacobi de Zaborow Canonicatum Eccl. Cathedralis Cracovi[ensis]
[illegible] ex voluntate Vener. Mgri Michaelis de Szydlow contulit
quem ipse tamen propter certas causas, impetratis aliquot decimis
[illegible] resignavit, datus itaque est Canonicatus iste Doctori Pniewski

Ad Concilium Basilien ab Vniv[ersita]te Crac[oviensi]

Sac[ro]s[an]c[t]ae Gnali Synodo Basilien[si] in Sp[irit]u S[ancto] legitime congregatae Vniv[ersa]lem Eccl[esi]am repraesentanti cum debita reverentia et devotione.

Rndmi Patres et Dni Colendmi. dignata e[st] Sacrosancta Synodus Vna
in Spu S. legittime congregata Vn[iver]salem Ecc[les]iam repraesentans me-
morari Vniv[ersita]tis Nrae et per l[itte]ras suas desideratma nuntiare nomina.
Altis profecto suspirijs et fusis ad Deu[m] assiduis precib[us] hactenus expe
ctata, quae etsi pro o[mn]i t[em]p[o]re pro singularitate sint iucundma, nobis
tamen hoc t[em]p[o]re tribulationis n[ost]rae, quam persentimus, quasi quoddam
Divinae gratiae munus amplius condolantur. Venit etenim in hanc
Vrbem D. Baptista de Roma Ep[iscop]us Camerinen[sis] tanquam Nuncius A-
postolicus cum potestate Legati de latere ad Regiam M. missus; quem
quia, ut Legatum Ap[osto]licae Sedis recipere et venerari recusavimus, ne con
trarij haberemur doctrinae et Scripturae n[ost]ris graviter contra nos sue
censuit, gravemq[ue] contra nos coram Regia M. movit querelam. Constitu
ti ob eam rem in p[rae]sentia S. R. M. et Procerum multitudine confessa ar
guimur temeritatis, et tanquam contemptores Sedis Ap[osto]licae convenimur
nimur. Instat demumq[ue] Legatus ille, ut velut Schismatici aut pel
lamur de sedib[us] n[ost]ris, aut debitas facti luamus poenas. Respondimusq[ue]
mansuete ad singula, prout res exigebat; et quo efficacius clarius
sit, comes Nobis Veritas simul et iustitia recensuimus, qualiter su-
perioribus t[em]p[o]ribus, postquam Concilium g[e]n[er]ale in civitate Basilien[si] pro re-
formatione Eccl[esi]ae Dei in capite et in membris congregatum fuisset, et nul
lusq[ue] ambigeret de Authoritate illius, quod constabat ad ipsius legi
timam convocationem Concilij Constantien[sis], et duorum summorum Ponti-
ficum Martini V. et Eugenij IV. authoritatem accessisse. Serenissimus
et Celebris memoriae Vladislaus Vngariae et Poloniae Rex no
bilissimi Regis Fr[ater] Germanus missis ad illud suis Oratorib[us] se illi
more aliorum Regum Catholicorum incorporari promeruit. Et quo-
modo Satore divisionis procurante, ne Vnitas et reformatio diuti-
us in expectata in Dei Eccl[esi]a per operam dicti Concilij subseque
rentur: gravis inter Papam tunc et Concilium, et dictum Concilium exor
ta fuit divisio, quod sub hac occasione missi fuerunt ad Regnum
hoc repetitis vicib[us] Nuncij et Oratores solennes dicti Concilij,
ostendentes iustitiam eiusdem, qui etiam Nos sub debito Professionis n[ost]rae
requisiverunt, ut tanquam Doctores Catholicae Veritatis Veritatem
illam, quam super eiusmodi infaustas differentias ex Sacris cognitam ha
beremus Scripturis, et verbo et scripto profiteremur. Fecimusq[ue] quod debi
tum

148
Nr 6

tum nostrum, et innixi Sacrae Scripturae Authoritati et SS. PP. imitati sen-
tentias scripsimus tractatum, in quo ostendimusque et profitemur quod
S. Concilium Basilien. sicut et quodlibet aliud generale legitime congre-
gatum habeat potestatem immediate a Christo in his quae pertinent ad fi-
dem et extirpationem Schismatis et ad generalem reformationem Ecclesiae in capi-
te et in membris, et quod potuit causa suadente legitima deponere
Papam tunc Dregonium [Eugenium], et alium instituere, cui ab omnibus tanquam vero
Papae esset obediendum. Adiecimusque tandem quod huiusmodi professio
et scriptum nostrum publicum factum est ferme per omnia Christianitatis re-
gna, et in multis Studiis generalibus et signanter Parisiis fuit et est
tanquam catholicum laudatum et approbatum. Ex quibus et aliis quae in
longum coram Regia M. et tota illa concione sermonibus ferebantur, con-
clusimus, quod a veritate taliter per nos professa discedere ulla ratione
non possumus nec volumus, ex quo non videmusque Scripturas magis
efficaces aut rationes valentiores contrarium concludentes. Verum
quia haec omnia sufficere non poterant ad sedandum animum Regis et Reverendissimi
instantia dicti legati concitatum; idemque legatus inter alter-
nos sermones nostros hoc dixit, quod omnes Reges Christianitatis et
non solum ipsi, sed et Universitates studiorum, inter quas commemoravit Pa-
risiensem, se iam pro Nicolao Papa declarassent. Nos talibus verbis per-
moti precati sumus instantius dari Nobis inducias, quibus Universitates ali-
as et praesertim Parisiensem veluti Universitatem omnium Matrem et Principem
possemus consulere et experiri, si ita res se haberet, et quid eos per-
movisset ad hoc faciendum. Semper enim protestati sumus, nihil nos
in ea re pertinaciter asserere, sed omnia sub correctione ponere non
vulgi, sed magis sapientum. Interea tamen conclusum est, ut super
his quae taliter nobiscum et per nos agitata dictaque fuerunt per dictum
legatum, qui et nunc ad Urbem proficiscitur, informaretur suus Nico-
laus Papa, et demum id quod ille de Nobis decreverit Rex exequi
mandavit. Atque nunc videt Serenitas Synodus Vestra PP. colendissimi
in quo periculo non quidem animarum sed rerum et corporum pro veritate
laboremus. Ferte Nobis quaesumus quam potestis opem. Nos siquidem pro
nobis utcunque possumus consulamus; atque Universitatum aliarum et potis-
sime Parisiensis fulciamur praesidio, scribimus illis, eorum implorantesque suc-
cursum, quia Nobis magnam pollicemur confidentiam, quod verum non sit quod
de illis dictus Legatus taliter coram Regia M. et suis consiliariis
suggessit: profecto si dictae Universitatis Parisiensis determinata habere
quae tantopere cupimus et petimus scripta, magno nobis illa adiu-
mento esse poterunt. Atque ideo ut talibus nostris potiamur votis

Vos etiã P. Colendmi dignemini per Viscera miser cordiae Dei fieri et si quid aliud ē pro nra consolõne accomodũ, nobis hoc ipsũ per hunc Nunciũ nrũ qui celeriũs regreditur, dignemini communicare. Et signanter ea, quæ conclusa sunt Leoberis inter SS. D. Nrum Felicē Papam et Ambasiatores Regũ et Principũ; et si qua executio illorum iam facta sit, et quæ adhuc spes Sctæ Synodi Vræ de executione futura commodius insit et habeatur. Mittimus etiã copiã litteræ prædictæ nræ Vntis Parisiens. missæ psentibq inclusam.

C. P. R. V.

Humiles et devoti Rector
Doctores et Mgri Studii Cracovien.

Sacrosanctum Concilium Lausanen.
Universitati Crac.

Sacrosancta Gnalis Synodus Lausanensis in Spu S. legittime congregata Vnlem Ecclam repræsentans dilectis Ecclæ filiis Rectori Doctoribus et Mgris Vntis Crac. Salutē et oipotentis Dei benedictiōem. Gras Deo nro pro Vobis quas possumus, agimus: quia quas debemus pro isto aliisq. suis beneficiis Vobis concessis referre non valemq. Tanta enī ē Fidei Vræ magnitudo, ut his diebus malis luceat sicut luminaria in Mundo Verbum Vitæ continenter ad gloriã nram in die Christi. Fides quipq Vra sibi adversã stupidas reddit, in ea torpentes ad melius incitat, eius defensores in bono confirmat. Nec mirũ cum sumentes scutũ fidei et galeam Virtutis ante Regē et Principes constituti tela ignea adversarij extinguere conati estis, non huma na quidē Virtute sed S. Sp. ope, cuius Vos cooperatores estis qui in Vobis loquutq ē adimplens Christi promissũ, in persona Ecclæ Secutu rorumq fideliũ Aplis factum. Levi quidē exemplo, sæpe accidit multos commoveri, etã male inceptis pede trahere, beneq inchoata usq in finē psequi, cur non Vro præclaro opere infirmi et mundi potestes lumen, vires accipient. Jã eis Vram inspicientibq publicã Vntis confessionē lucerna accensa ē non sub modio sed super candelabrũ posita ē. Exemplar autē eom oculis obiectũ ē quod sequantq non turba, non Vulgus, non potentes enī sequendi sunt, ne si cæcus cæcum ducant ambo in foveam cadant, sed lux vera illuminans omnem hnem venientē in hunc mundũ de cuius fonte potestatis doctrinaq sanctitis, oēs accipiunt, qui bene sentiunt de Scripturis Sctis. Hoc vos nunc certe agitis cuius contrariũ si quispiã etiam si Angelq de cælo pro

dixerunt anatema vobis sit, an forte Deus inter se pugnatia lo
cutus est, unum in terris, alterum in cælis, unum Principem conciliant, al
terum unitatum Doctoribus, unum omnibus per orbem diffusis, alterum in
concilijs congregatis? Absit. Christus divisus non est. Veritas est
mentiri non potest nec falsa asserere: quem igitur meliorem Doctorem
unquam aliquis quæret Spiritu Christi docente verum veritem. Intra vos
habetis quod petitis; sic vos docuit vera, si tamen de moribus, de sa
lute, de fide, quid necessario recteque tenendum sit, ab omnibus sive in
petitis, ab eorum sane factis, dictis, doctrinis, exemplis, sancitemini; qui
non in medio Christus est congregatos in nomine suo, deserens nunquam et ab
errore conservans. At vero sunt, qui in concilijs generalibus legittime con
ventu faciunt, omnes velle doceri de rebus, ut intelligamus, et intelli
gentiam nostram docentium intelligentiæ conformemus; inde electionem quod
docendum indicamus. Aliud est velle docere, ut acquiescamus etiamsi
non intellexerimus, et sæpe vera ratione cedamus authoritati: primum
quidem commune est, et nulli peccatorum generi denegatum docere scilicet
et doceri, de quæsitis concertare; alterum alterum, quod verius
arbitrari in his quæ per Ecclesiam determinata non sunt. Reliquum
vero est singulare, et paucis concessum, docere et non errare. Hoc au
tem est proprium generalium Synodorum est quibus in his quæ attinent ad bonos
mores, ad fidem rectam, ad animarum salutem, cum Spiritu Sancto idem semper
visum est cuius instinctu singulari legittima concilia docta et as
sistentia firmata vera semper definiunt, et in veritate semper
firma permanent; exauditus siquidem fuit à Patre orans pro Ecclesia
ut post eius ascensum alium daret consolatorem secum in æternum man
surum, declarans illum esse Spiritum veritatis, quem mundus non potest capere. Su
ius nempe Ecclesiæ, quam generalia concilia verissime representant sen
tentijs sine contradictione acquiescere, simpliciterque credere soli fi
deles capiunt, tanquam à matre pueri lac sugentes. Si vero judicium humanum
requiritis, nostis certe unumquemque optimum esse judicem eorum, quæ bene cognoscit,
ipsiusque judicium constans esse debere, vobis autem quis melius scit illud quod
quadriennio factum, vobis notum, usque clarum est super omnique sæpe à Sancta Synodo
Basiliensi, copiosissimas literas doctissimorumque nuncios accepistis, vestrum semper
aliquis usque in hodiernum diem, in Sancta Synodo fuit, ex vobis quosdam de
rebus gestis faciendo certiores, vehementissimumque studium circa res Ecclesiæ semper
habuistis, edidistisque de his amplissimum volumen, Catholicæ fidei explicans ve
ritates, atque invictis rationibus confirmantes, tandem certamen fidei subijssetis
coram illustrissimo Rege vestro et concilijs Regni, potenter vos murum pro domo Dei
confessique estis quod de necessitate salutis arbitramini confiteri. Quis jam vos tene
ritatis arguet? de re justa? criminabitur novitatis de re antiqua? accusabit ignorantiæ
de re bene cognita? Ratione vobiscum certent, qui vos de bene actis reprehendunt
et arguunt. Nam ratione vincere hominum est, vi et potentia belluarum. Certis tamen

animus nunquam superatur, et benefactorum premia summa manent. Nec plus alteri
de bene cognitis, quam sibi ipsi credere debet, nec in dubium vertere, quod semel pcede
ei fuit approbatum. Namque haec est summa Calcedonensis Concilij. Qui post repertam dei
veritatem aliud discutit, mendacium quaerit. Vobis de rebus dictis liquida informatio fuit
certissimum studium, scientia clara, quid superest quod ab alijs humanitus requiratis, quos
propria scripta, vos per orbem doctissimos ac perfectissimos predicant. Unum tamen, ex
omnibus requiritur, ut quod a vobis juste inceptum est, sancteque continuatum, optimo
claudatur fine, cuius rei literae vestrae magnam spem prosepserunt, vicesima tertia
huius, sanctae huic Synodo Lausanensi traditae per Nicolaum Vincentij de Dzia
lorzyn et Jacobum de Shadomia, vestros tabellarios. Nos profecto vestro exemplo
cohortati sunt, ante vitam morte commutare, quam viam veritatis, a Concilio Constantiensi
et Basileensi, nobis traditam deserere, quod favente Deo proposuimus, et ante multos
annos polliciti sumus. Nos rursus magnopere literae vestrae consolantur, ut sentio
his videmus in quo periculo non quidem animorum; sed rerum et corporum pro
veritate laboratis. Multi quidem ex nobis periculum bonorum, non tamen propter veritati
... Sua sponte exulant, vi oppressi patienter sustinent, beneficijs injuste spoliati
quo animo ferunt, lati de periculo corporum, cum se a periculo animorum liberatos
esse perspiciunt, illud Evangelicum prae oculis habentes, Quid prodest homini si universum
mundum lucretur, animae vero detrimentum patiatur, aut quam dabit homo
commutationem pro anima sua? Quis tam varia persecutionum genera valet sufferre
nisi vel hoc solum spes salutis animae illud retineret? Sed cum credimus ini
tium virtutis, his persecutionibus sacratum. Ecce novum genus ab eo suscitatur et
quod nos coegit de Basilea ad civitatem Lausanensem transmigrare, de quo
Copiis decretorum infra inclusis, vos faciunt certiores. In quibus omnibus Domini
benedicimus spem certam gerimus de eius misericordia, quod fidem suam quam
una nobiscum defenditis, nobis tuetur. Hodie autem ecce accepimus quod ad 12 dies
Regum et principum oratores, qui pro pace dicta procuranda adfuerunt
et Urbe huc venturi sint, speramusque prout sermones communes determinent
de pace Ecclesiae in proximo, secuturam, iuxta capitula Gebbenensis dictis
integritate fidei, et auctoritate generalium Conciliorum, ante illosque Nunc
de his rebus magis certa asserere nequimus; sed per Nicolaum tabellarium
vestrum Parisijs rediturum, apertius quae acta fuerint scribemus. Interea
et semper vos adeo fortis estote, et bene acta vestra, nostramque praesentem
pro una eademque causa publica, scilicet veritatis fidei confessione
saepe ante oculos vestros ponite, ne ab illo recedendo, honor Dei debitus
subtrahatur, sed haec intuendo meliora charismata aemulemini, Nos vero
pro vobis sine intermissione ad Deum oramus, quod petimus nobis a
vobis itidem fieri, ut invicem orantes, in fide servati et radicati sal:
vemur. Datum Lausanae VII kalendas ... Anno a Nativitate Domini 1448.

Placuit Rmis D.D. Cardinalibus Epis, Praelatis, et alijs PP. per de:
canum sacrosanctae Synodi in hac specialiter deputatis tenor literae sub
scripto et quod propter carentiam Bulli et Sigilli ipsius Synodi non:
dum factorum sigillatur signetis Rmorum Dnorum Cardinalium infrascriptorum
in loco videlicet Georgij tituli S. Mariae transtyberim Vincentij Bernardi
tituli 4 Sanctorum Coronatorum. Aguerd Joannis tituli sancti Calixti Joannis tituli
S. Stephani in Caelio monte Bartholomaei tituli S. Mariae Camerae
et Guilelmi tituli S. Marcelli nuncupatorum Me Michaele Galteri
ipsius S. Concilij Notario hic subscribente et signetum meum manuale
apponente.

150 148

109

Ab Vnte Cracoviensi ad Vniversitatem Parisiensem Rector Doctores et M. Studij Crac.

Eximij praestantesque Patres Doctores et Magistri Praeceptores Nostri Domini Amici et Fratres in Domino Jesu colendissimi. Divinae et humanae sapientiae eruditionibus illud Nobis imitandum statuimus ut in omnibus [illegible] sequamur Vestigia, sicque verum scientiam capiamus ut uniuscuiusque [illegible] efficiamur doctiores. Equidem tria esse ingeniorum genera veterum traditione perclarum est, inter quae optimum illud esse aiunt, qui per se ipsum quae agenda sunt conspicatur, sequentem vero gradu, qui alienum consilium sequitur: qui vero ad neutrum [illegible] aptus est, eum penitus esse inutilem, atque ideo, si nobis forte desit perspicacia videndi, quod necessarium est, illud etiam volumus deesse, ut aliorum monitis et doctrinis non acquiescamus. Verum quia ea tempora agimus, in quibus non quod potentes saeculi seu imperitum vulgus utrinque sequitur approbandum arbitramur, ne pecorum ritu antecedentium sequamur gregem, pergentes non qua eundum est; sed qua itur quaerimus etenim, quid optimum factu est, non quid usitatissimum, et quid nos in hac infausta divisione Sanctae Ecclesiae in cognitione tentioneque veri constituat. Quo pacto Vos viros et Patres praecipuos Doctores et Magistros quorum gravissimum et integerrimum est iudicium convenire merito instituimus: ad quos a primis Patribus veracium Scripturarum authoritas et intelligentia certissima successione pervenerunt. Ad Vestram profecto sanctam Unitatem, tanquam ceterarum Universitatum Matrem, etsi cunctis veritatis amatoribus generali quadam ratione possit esse refugium, nobis tamen id speciali consideratione convenit. Quoniam ut Apostolicae Sedis attestantur privilegia Studium Sacrae paginae Unti Nostrae ad instantiam Serenissimi et celebris memoriae Principis Domini Vladislai Regis Poloniae est concessum; et quemadmodum rivus a fonte ab Unte Vestra, manavit videtur emanasse, atque ideo audire discere nostris digneatur nos Sententiam Vestram, et quod iuste optime cupimus gratiose concedat. Superioribus quippe temporibus postquam Concilium generale in civitate Basiliensi pro extirpatione Schismatis et reformatione Ecclesiae in capite et in membris congregatum fuisset, nullusque ambigeret de Authoritate illius, quoniam constaret ad ipsius legittimam congregationem Concilij Constantiensis et duorum Summorum Pontificum videlicet Martini Quinti et Eugenij IV. authoritatem accessisse, Sator divisionis instigante ne Unitas et reformatio diutius tam expectata in [illegible] Dei Ecclesia subsequeretur gravis inter Concilium et Summum Pontificem nova exorta est divisio. Interea accedentibus ad Regnum [illegible] Sacri Concilij Oratoribus, requisiti sumus sub

Sub debito Professionis nrae et Veritatem quae ex Scripturis divinis et sacris supra eiuscemodi differentia sentiremus, verbo profiteremur et scripto; seu meus debitum nrum et innixi scripturae sacrae Authoritati, imitati Doctorum approbatorum sententias, scripsimus sub Correctione Ecclesiae et Aplicae Sedis Concilium Basiliense praedictum fuisse legittime congregatum. Atque illud et quodlibet aliud repraesentare Ecclam militantem et habere potestatem immediate a Xro Ecclam supra Papam, in his quae pertinent ad fidem, et extirpationem Schismatis, et ad generalem reformationem Ecclae Dei, in capite et in membris, Et potuisse causa extante legitima, deponere Papam et alium instituere, cui ab omnibus veluti Vicario Jesu Xi esset obediendum. Hoc quoque hic ad custodiam fidei inter Haereticos, et Schismaticos posuimus obediendum. Hoc quoque hic ad custodiam fidei inter Haereticos et Schismaticos positi docuimus hactenus, omnibusque respondimus poscentibus de ea, quae in nobis est fide rationem. Temporis successu dum a Sermo Principe Casimiro Rege moderno Dno nostro gratiosissimo data fuisset obedientia, Dno Thomae de Sarsena, quem Reverendus Dns Pater Dnque Nicolaum V. Papam vocant, venit ad Regnum hoc Reverendus Dns Pater Dnus Baptista de Roma Epus Cameriaceu, tanquam Nuncius Apostolicus, etiam cum potestate Legati de Latere, ad Regiam Mtem missus, recipere eum tanquam veri Papae Legatum recusavimus, Ne contrarij haberemur doctrinae et Scripturis nostris editis, magno profecto cum scandalo populorum, cum magna etiam infamia nominis nostri, cum offensaque multarum Conscientiarum, ex quo non videmus Scripturas magis efficaces, aut rationes valentiores, contrarium concludentes Arguimur cum ob rem temeritatis magnae, Contemptores Summi Pontificis dici mur, et ceu Schismatici coram Regia Mte per Legatum illum criminamur qui etiam demum ut pellamur de Sedibus nostris, aut extrahamus debitas poenas graviter instat. Respondimus mansuete ad singula, prout ratio exigebat. Nulla nos ratione a veritate quam professi fuimus discedere velle aut posse, constanter protestantes, nisi nobis aliud ex Scripturis probabilius demonstraretur. Terrores, comminationes, et alia plurima quae intervenerunt, missa facimus, ad illud quod urget et quod menti nrae praecipuum est, narrandum accelerantes, Postquam enim inter alternatos sermones praedictus, ad refellendum intentionem nostram, talibus verbis inter alia uteretur. Omnes Christianitatis reges dederunt jam obedientiam suam D. N. Nicolao Papae; Sed et Universitates pro ipso etiam declaraverunt, et complures commemorans inter omnes se pro ipso etiam declaraverunt, et complures commemorans inter omnes Universitatis vrae Parisiensis aliud inter illas etiam memoratum est, Nos propter huiusmodi verba coram Regia Mate precati sumus attentius dari nobis inducias, quibus Universitatem vestram, veluti principem et Matrem nostram super ea re possemus consulere, semper enim inter loquendum protestati sumus, nihil nos pertinaciter asserere; Sed quod ora sub correctione magis peritorum poneremus, parati semper illud amplecti; non quod vulgus conclamitat; Sed quod sapientum judicio comprobatum, Placuit sane multis, eiuscemodi nostra oblatio; Sed resistente dicto Legato nihilominus per Regem et Regni Proceres conclusum extitit, ut super his quae taliter nobiscum, et per nos agitata dictaque fuerunt, per dictum Legatum, qui ad Urbem proficiscitur, informaretur Nicolaus Papa, et demum quidquid de nobis determinaret. Rex exequeretur. Inter haec itaque pericula constituti, quo nobis oportune consulamus Subleuamurque praesidio, directione et auxilio vestris, dignum rati sumus refugere ad Sacram Universitatem vram, Vosque Patres maiores et seniores nostros per viscera misericordiae Dei et Salvatoris nri petimus et precamur, levate curas, praecidite laborem et observantiae ferte opem nobis miseris,

151
~~149~~

et periculum submovete. Scribite quatenus si ita se res habeat, quam hic de vobis dictus
legatus testatus est. Et si ita quidem. Quid vos ad hoc permoverit, ut et nos illis intellectis
sequamur quod sanctius est, et apud eos quos decuimus meriti simus excusati. Non
enim potest, quod plurima que etiam ad hanc rem facit nos ignoraverimus. Quod
si relationi dicti legati veritas non assistat, quemadmodum vehementer presumimus, et
magna nobis fiducia persuademus, et illud petimus scribite, pro magno [illegible] ad in-
mentis et fulcimento nostro. Ex hoc enim intelliget Rex noster, rem aliter se habuisse
quam sibi fuerat illa narratione suggestum. Sub hac quoque habitudine si et
commemorato Domino Regi nostro conformiter scribere dignaremini, dirigentes Domini
quoque effluente virtute vestra Christianissimi Principes Dominus Rex Francorum in fa-
vorem vestrum aliquid scribere dignabitur eidem Domino Regi nostro super opere Eccle-
illud computaverimus, et sue Serenitatis ad sydera semper attollemus nomen. Et
ut finem faciamus etc. et etc. petimus favete votis nostris, nec redeat vacuus
nuntius iste noster, nec repellere preces nostras duxeritis, pro quibus [illegible] Domino more-
dignamus est. Datum Crac.
Eximiis spectabilissimisque viris Rectori Doctoribus et Magistris Alme Univ-
ersitatis Studii Parisiensis Patribus Dominis et amicis colendissimis

Responsiones ab Universitate Parisiensi desiderantur. Que data fuisse memorantur a Joanne Elgot in Lyt-
ad Sbigneum Cardinalem cuius verba sunt. Venit et Dominus Rogalecz de Concilio sed nos se excu-
habuit nobis. Presentavit autem literam Nicolai Cursoris per Universitatem ad Concilium et Parisios jam
pridem missi. Scribit qualiter veniens Parisius fuit per Rectorem humaniter exceptus et recollectus in Colle-
gio Navarre et demum missus per eundem et Doctores ad Regem Francie a quo dicit se
habere literam, unam ad Dominum Regem nostrum. Item ab Universitate illa duas, unam ad eundem Dominum Regem
et alteram ad Universitatem nostram. Item quod in reditu in Lausanam reperit ibi duos nuncios Domini
Nicolai Pape super unione Petri cum Concilio tractantes Concluditque quod Concilium ipsum rei
mittere non velit nisi cum finali responso super factis Concilii sub Bulla eiusdem Universitatis
in brevi mittendo.

Vnitas Studij Crac. Lipsensi. Erfordiens. Coloniens. Viennens. Studijs
eodem capto.

Egregij Praestantissimique Pres, Dni Amici et Fres in Dno Deo colendissimi.
divina et humana sapientia eruditi his illud nobis imitandum statuimus, ut maiorum in o-
mnibus sequamur vestigia, sicque veritatem scire cupiamus ut propria prudentia non in-
nitamur. Equidem tria esse hominum genera, veterum traditione proclamatum est. inter quae
optimum illum esse aiunt, qui per seipsum quae agenda sunt perspicatius [eu] sequenti
autem gradu, qui aliorum consilia sequitur: qui vero ad neutrum horum aptus est
eum penitus esse inutilem, Atque ideo si nobis forsitan desit videndi perspicacia
quod verum est, illud etiam dedimus decere, ut aliorum doctrinis et monitis
acquiescamus. Verum quia eam rem agimus, in qua non quid possit, similiter
seu imperitum vulgus utcunque sequitur, approbandum arbitramur, ac pecora vitae
sequamur antecedentium gregem, pergentes non quo quaeque eundum est, sed quo
itur. Animadvertimus enim quid optime factum est, non quid usitatissimum, et
quod nos in hac infausta divisione a recto in cognitione tentioneque veri con-
stituat. Quo facto nos viros et Fres plurimos Doctores et Magistros, quorum
gravissimum et integerrimum est iudicium convenire mentis institutionique, et nostra
ex directione et prudentia fieri doctiores. Superioribus quidem temporibus post-
quam Concilium Generale in Civitate Basilien. pro extirpatione Schismatis et
reformatione Ecclesiae in Capite et in membris congregatum fuisset, Multumque con-
tigeret de auctoritate illius quoniam constaret, ad ipsius legitimam congregationem
Concilij Constanciens. et duorum Summorum Pontificum Martini V. ac et Eugenij IV
auctoritatem accessisse. Sed iterum divisionis instigante, ne Unitas et reformatio dictae
sanctae Ecclesiae in Dei Ecclesia per operam dicti Concilij subsequerentur gravis in
san expeditate in Dei Ecclesia per operam dicti Concilij subsequerentur, gravis in-
Concilium et Papam tunc Eugenium mox exorta est divisio. Interea accedentibus
ad regnum hoc eiusdem S. Concilij Oratoribus, requisiti sumus per eosdem sub
debito professionis nostrae, ut veritatem quam ex Scripturis divinis et Canonicis
super eiusmodi dissensu sentiremus verbo profiteremur et scripto. Verumque
tunc debitum nostrum, et innixi S. Scripturae auctoritati, imitati Doctores approbatos, sen-
tentias, scripsimus sub correctione Ecclesiae et Apostolicae Sedis. Concilium Basilien.
fuisse legitime congregatum, atque illud et quodlibet aliud Generale Con-
cilium repraesentare Ecclesiam Catholicam militantem, et habere potestatem immediate
a Christo, etiam supra Papam, in his quae pertinent ad fidem, et extirpationem
Schismatis, et ad Generalem reformationem Ecclesiae Dei in Capite et in membris
Et potuisse causa exstante legitima, deponere Papam et alium instituere, cui
ab omnibus veluti Vicario Jesu Christi esset obediendum. Hoc quoque his, ad
custodiam fidei in Haereticos et Schismaticos posita, doctrinisque habentes, omnibusque
respondimus, postremo de ea quae in nobis est fide rationem. Temporis successu,
dum a Serenissimo Principe Dno Casimiro Rege moderno D. N. gratiosissimo data
ta fuisset obedientia Dno Thomae de Sarsana, quem Nicolaum Papam vocant
venit his diebus ad Regnum hoc Rndus Pr Dnus Baptista de Roma Eps Came-
rinen. tanquam Nuncius Apostolicus cum potestate Legati de Latere ad Regem
Nostrum missus recipere eum tanquam veri Papae Legatum recusavimusque
Ne contrarij haberemur determinationi et Scripturis nostris praedictis. Magno

151

153

Magna profecto cum scandalo populi, magna etiam cum infamia nominis nostri, sunt
ostensa quoque conscientiae nostrae. Ex quo non videmus, Scripturas magis efficaces
aut veras valentiores, contrarium concludentes. Arguimur etiam ob rem tenacitatis nostrae
quod contemptores Summi Pontificis dicamur, et cum schismaticis coram Regia Maiestate per
legatum illum criminamur. Qui etiam demum ut pellamur de sedibus nostris aut debitas
luamus poenas graviter instat. Radicitus respondere ad singula, prout ratio exigebat
Nulla nos ratione a veritate quam professi sumus discedere velle, aut posse, constan-
ter protestantes, nisi nobis aliud ex Scripturis probabilius ostendatur. Terrores commi-
nationes et alia plurima quae intervenerunt nihil facimus, ad illud quod magis
urget et quod menti nostrae propinquum est, accedamus. Postquam enim inter
alternos sermones praedictum legatum ad refellendum nos et intentionem nostram, talibus
verbis inter alia uteretur. Omnes Christianitatis Reges dederunt iam obedientiam Sanctissimo
Dño nro Nicolao Papae; sed et Universitates oes se etiam pro ipso declarave-
runt, et complures Ordines Universitatis etiam vestrae adhuc memoratus est. Nos
propter huiusmodi verba coram Regia Maiestate prolata sumus attoniti, dari nobis
inducias quibus Universitatem vestram et alias super ea re possemus consulere. Sem-
per enim inter loquendum protestati sumus. Nihil nos pertinaciter asserere; sed quod
omnia sub correctione magis peritorum poneremus, parati semper illud amplecti, non
quod vulgus conclamitat, sed quod sapientum iudicio comprobatur. Placuit tamen
nullis eiusmodi oratio et petitio nostra; sed resistente dicto Legato, nihil
per Regem et Regni proceres tunc conclusum extitit, ut super his quae tali-
ter nobiscum et per nos agitata etiam fuerunt per dictum Legatum, qui ad Urbem
ut fusius informaretur Nicolaus Papa dictus, et quod demum quidquid ipse de
nobis decreverit Rex exequatur. Inter haec itaque pericula, etsi non animum
tamen rerum et temporis consilium quo nobis pertinere, et quantum possumus
consuluimus. Residuum Deo committentes fulciamur praesidio directione et aux-
iliis vestris, dignum enim visi sumus ad Sanctam Sedem verum respicere vestros Dres
et Praeceptores per viscera misericordiae Dei et Salvatoris nostri petimus precamurque
et obsecramus. Ferte opem nobis, nostrae sanctae causae, praedicate laborem et peri-
culum nostrum submovete. Sentite quaesumus si ita se res habeat quemadmodum
hic de ratione vestra dictus Legatus testatus est. Et si ita quidem. Quid vos
ad hoc permoverit, ut et nos illis intellectis sequamur quod stabilitum est.
Fieri enim potest quod plura quae ad hanc rem faciunt, nos ignoremus. Quod
si relationi praedicti Legati veritas non assistit quemadmodum voluntatem ipsam
pietatis, et hoc et amplius petimus scribere dignemini pro magno conforto
adiumento et sublevamento nostro. Ex hoc enim intelliget Rex noster rem hanc
aliter habuisse, quam sibi fuerat illa narratione suggestum. Sub hac quoque
titudine, si et commemorato Dño Regi nro conformiter scribere dignum du-
xeritis, super opere bono illud reputabimus et manus ad sidera attollemus
nomen. Et devicto ad finem faciamus iterum et iterum precamur faciete vota
nostris, non redeat vacuus nuncius iste noster, nec repellere patiter nostrum
clamantis pro quibus Xpus Dnus mori dignatus est. Datum Crac.

Rector Doctores et Magistri
Universitatis Studii Crac.

Venerabilibus et egregiis multiformis sapientiae viris Rectori Magistris et doctoribus almae Universitatis Studii Cracoviensis in Caritate Christi fratribus et amicis nostris fideliter amplectendis

Rector Universitatis Studii Coloniensis

Rectori et Magistris Universitatis Cracoviensis

Ex Celebri Universitate Vestra Patres optimi atque veritatis zelosi inquisitores, Nobis in Christo Confratres Carissimi, literas cum omni gratia recepimus. In quibus quam ad nos gentis fidu:ciam, cum gratiarum actione favorabiliter amplectimur, sed de vestra turbatione, quam ex occa:sione in Ecclesia Dei pacimini totis cordium nostrorum affectibus condolemus. Qua de re cum nostram dignam studiis habitudinem sciscitare, quod nobis constare poterit, vestrae inclinati optatibus non tacemus. Fuerunt nostrae nationis Principes hanc ob rem aliquamdiu animis suspensi ac relatione partium altercantium multum attoniti. Unde Reverendissimus Pater et Gratiosissimus Dominus noster Dominus Archiepiscopus Coloniensis nostrum requisivit consilium. Cui nos prout rationabiliter terebamur consultantes respondimus Quod quia difficultas haec et dubitatio, sicut ad nos de:ductum erat maximam partem ex facto potius quam Iure sumpsisset. Circa facti Qua:litatem et negotii circumstantias omnis foret instructio requirenda. Quantum enim ad Ius spectat putavimus quod omnes recti sentientes in auctoritate generalium Conciliorum residentem magnae Constantiensis Synodi decreta, nec non in Basiliensi Concilio tempore ab omnibus indubitati unionis repetita, et per felicis recordationis Dominum Martinum Papam suosque successores approbatione Apostolica legitime confirmata. Insuper de initio Basiliensis Concilii dubium non est; sed in eius progressu procurante pacis aemulo multa et contraria magnorum etiam contradictionum attentata feruntur, quae multis animis ambiguitatem non modicum attulere, propter quam quamdiu in eo fuit tollendam Ro:manorum Rex Illustrissimus cum Germanicae nationis tam spiritualibus quam saecularibus Statibus et Princi:pibus, potissimum suorum Illustrium principum electorum fretus consilio, magna multitudine sapientum etiam ex aliis nationibus missis Oratoribus, plurimos habuere tractatus. Tandem post longam conquisitionem Dominus noster Gratiosissimus Coloniensis se mittati Regis et aliis suis Co:electoribus conformans obedientiam Domino Nicolao Pontifici praestitit ex hoc tantum ... pa:cem et tranquillitatem Christianitatis Unionem salubriter proventuram. Nos autem de his quae facti sunt et quae plenius Ius omni dignoscitur minime certificati, huic obedientiae non contradicimus. Ista sunt Patres carissimi, ac veritatis inquirendae strenui commilitones quae apud nos acta sunt, Quid autem in Francia et aliis locis hac in re sensum est aut decernitur ab Universitate Parisiensi Coterisque Studiis quibus vestra Caritas scripta duxit lucidius sentietis. Datum Coloniae A. D. 1448 16 7bris.

Rector

Alia Epistola missa a Rectore et tota Universitate Coloniensi

Ad Universitatem Cracoviensem

Ascendit fumus aromatum altissimae profundissimae sanctissimae devotionis de manu Angeli in conspectum Domini, quo odor suavissimus totum per orbem diffusus pie de Christo sentientium implevit nares. Gratias agimus Deo, cuius hoc munus est Viri Clarissimi, quia vestram multiformis sapientiae vestrae etiam fortitudo atque constantia nobis, immo cunctis annunciatur ... non mortalia nec retributiones amplecti, Nam vos equidem non spiritum humanum secuti, non mortalia non retributiones amplecti, ... in mansuetudine insi:stentes terrore mundano pressi, sed spiritum qui ex Deo est, in ... quae a Deo donata sunt vobis, quae et locuti estis ... verbum suscipientes intellexistis quae a Deo donata sunt vobis, quae et locuti estis ... non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus Spiritualibus spiritualia comparantes, et quae in aurem audistis praedicantes ... Christianae veritatis confessionem non vestris ... terreni principis non veriti ... Vos illi alteri Machabaeorum duces qui pro sanctis legibus ... coram hominibus. Vos illi ... non corporis pericula formidare decrevistis ... rerum damna, non exilia personarum.

154

imo cum quolibet vitae temporali detrimento, veritatem colere, dispendiosa salutis conscientiae
scandala non admittere. Vos diceremus illos sexaginta fortes qui ambiunt lectum Salomonis
omnes tenentes gladios, ad bella doctissimos. Uniuscuiusque ensis super femur suum propter
timores nocturnos. Nesciremus doctissimi satis consequi verbis dignitatem rei, pro qua
laus honor aeterna memoria immortalis fama vestro nomini accredit. Placuit autem nobis
doctissimi Patres imo zelosissimi inchoata pro ulteriori salutari progressu simul atque felici
consumatione vestram consultatoriam clementer amplectendam. Sperantes inde nobis non parum
cum afferri consolationem. Et dignum aliquid hac difficultate ponderaremus. Itaque imprimis
nihil bene consolationi censemus accommodatius, quam testimonium propriae conscientiae vestrae,
istoc testimonio, quod pro sua gloria se cohisse protestatur Apostolus. Gloria inquit nostra, testimonium
conscientiae nostrae. Isto testimonio freti sancti Dei apostoli, ibant a conspectu concilii gaudentes
quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Non vos latet quoniam animae
justorum in manu Dei sunt et tanget eas tormentum mortis. Et si coram hominibus
tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est, de paucis vexati in multis bene
disponentur, quoniam Deus tentavit illos, et invenit eos dignos se. Vestris non minus
quia multae tribulationes justorum; sed Dominus de his liberabit eos. Nec ignoratis a Domino
Regnum coelorum his promissum qui persecutiones patiuntur propter justitiam. Sunt haec
nobis et quidem viris sapientissimis familiaria. Frustra Minervae doceremus. Sed quod
his novissimis diebus circa nos agitur, vos ut optissimi lectores faciemus. Per praeter
veritatem quidem illam saluberrimam de Gratiani conciliorum auctoritate, tenorem decreti
per eos in duobus conciliis Constantiensi et Basiliensi solemniter et concorditer editi plenarium
etiam Summi Pontificis approbatione confirmati, minime censemus in dubium revocandum. Novimus enim illam non super arenam humanae adinventionis: sed supra petram divinae
veritatis esse fundatam, quam nec pluviae nec flumina nec venti possunt deijcere: sed terribi-
lis ut castrorum acies ordinata praevaleat adversus portas inferi, per quam mundi principes eiectus
est foras, per quam pax Christi nobis data est, per quam immaculata illius sponsa conservatur
sine macula et ruga haereticae pravitatis per quam denique Dominus nobiscum. Datum est usque ad
consummationem saeculi ut non deficiat fides Petri. Hanc igitur cum omni devotione veneramur
hanc colimus hanc observamus, hanc denique prout nos piae christianae professionis adstrictos arbitramur usque ad sanguinem constituimus confitendam. Verum quia multa in facto sunt
et fuerunt multae ambiguitatis involuta quae etiam contrarios habuerunt studiosissimos defensores
sed ita ut nobis foret hoc res sicut aqua tenebrosa in nubibus aeris. Nec ignoramus in his
quae facti sunt multiplicem errorem incidere posse. Studioso desuper habito consilio in hac
sententiam distulimus. Maluimus enim studijs principum tantae rei pondus portandum relinquere
quam temerarie definiendo postmodum in errore deprehendi. Nunc autem post multos multum
[illegible] atque connectionum principum antefinitis pro altera partium declaratione vestram salutiferam
ter intervenit hic contra nihil nobis suasum non exhibit illa sapientiam monitis animadvertissimis. Contra idem stamus ac conesse. Orandum autem Deum consimiliter cum Ecclesia et stabiliter
et veritas in diebus nostris, nec plus scimus quid faciamus ut oportet. Spiritus autem sanctus
adjuvet infirmitatem nostram et ipse qui paracletus est consolatur vos in omni tribulatione
vestra et concedat salutem et redimat vos a malis. Valete Patres dignissimi.
Ex Colonia die 17 7bris Anno Domini 1448.

Responsio Epistolae a Bedellis Studii Coloniensis ad Bedellos Universitatis Cracoviensis

Vntas Study Erfordien
Vniversitati Studioru Cracovien

Excellmi Celeberrimiq Pres, Vtriusq Divini vz et humani Juris et oiu Scholasticar
doctrinar peritissimi. Videbat Ezechiel in expansa coram se libro. Vae carmen
et lamentatones Et inter cetera vos in epta vra dilectissima, quod sit dulce et
quod amarum, quod delectat et quod terreat eque conditis Et ita quod gaudium
nobis adferunt quodq merorem invenitis Ingenti quippe letitia nos afficit inpri
mis clarescens et preclara sapientie vre plenitudo, qua sibi modo recdun:
dare probamini dum animis diversorum in rebus fidei seto fluctuantibus ad infor
mandas eorundem conscientias, quid de sacri Basilien et aliorum generalium ante con
ciliorum fideliter et vere sit amplectendum, dilucide tradatis catholice doctrine
et demum sublimis illa mentis vre fortitudo qua doctrina memorata, quibusq
et vero procacibus contradictionibus pro domo Dei vos murum opponere statuistis, Et vere
sapientie radius quo nulla fuscari caliginie potuit quo - - - hac illustri studij
tis eruditione, generosa constantie virtus, quo nulla tentatione terreni vincit quanda
inmixta fortiter in sancta professione, de quib. vt memoratum, etsi gaudio quamplu
rimum sublevamur, Ex adverso tamen, vltra quam dici valeat dolorem patimur
quod absque sine validioribus scripturis aut documentis efficacioribus a ytesea
veritate nobilissima, imo jure requisiti, permagnis idcirco periculis multiplicibus
angustijs et gravibus incommodis expositos vos intelligimus et subiectos. In quibus
cum nostro proprio nil proh dolor aut modicum vos relevare valeamus. Ex
omnibus tamen his sine dubio confidimus vos ille liberabit qui spei cogitandi
quib. realia sunt dedit. Sed in ista quidem adversitate vra cum post multam
altercationem de vra declaratione nobis sit obiectum, vras scire desiro
nones brevissimo eloquio desideramus prout petitis, a nullo nos vnquam post
contra vel preter consilia vra prius Rmo Dno nro Moguntinen, ad suam
postulationem oblata requisita quamvis facere declarationem. Et idcirco neq
modo videntes viae ad oppositum validiores in illis sine temeritate sistimus aliq
respondemus, Sperantes nihilominus per operas quorundam Regum et Principum deinde
tes, quo fieri quidem dicuntur adhuc inter partes tales ipse etiam fieri concordiam et
omnes de cetero Dei gratia cessent disceptationes Qui pacis est autor et amator
omnes de cetero Dei gra cessent disceptationes. Universitas Erfordien
prosperis vos supplices suos ad inpugnationibus eripiat
Datum tertio Mensis Octobris 1448.

Egregijs Eximijsq viris Rectori Mgris
et Doctoribus Alme Vntis Study Cracovien
Precipuis suis Patribus Dnis et Amicis

Vniversitas Lipsensis
ad Vntem Cracovien

Venerabiles Pres Mgri Doctores Dni ac Fres ex visceribus Chri singulariter protendi
Cum causa Ecta varijs jam diu contentionibus ventilata, clara vnde vra solicitudinem
non modicam prout scribitis ingesserit, dignum censuistis aliorum et nram, in causa ta
nta consilium pariter et sententiam explorare. Et revera dignum censuimus et offi
ancipiti consilium pariter et sententiam explorare. Et ob id visis inprimis literis vestris
cij nostri debitum fore, vt si qua nobis desuper collata foret industria, et in
divinis scripturis ad hoc sufficiens perspicacia in hac causa vobis sanum
communicaremus consilium et salubre. Et ob id visis inprimis literis vestris
Vniversitatem nram more solito fecimus congregari ad interloquendum et consulendum
super scriptis vris vbi tunc conclusum fuerat vt quidquid in hac causa per
Vntem nostram gestum vel conclusum fuisset plena rescriberemus veritate. Ecce
nihilomagis quod durante divisione concilij Basilien et Eugenij Pape. Stanteque
protestatione Smi Romanorum regis et sacri Imperij Romani Principum electorum
Alma nra Vntas quid in materia exorti Schismatis et aute Generalium conciliorum
et Summorum Pontificum sentiat, aliquoties fuerat requisita. Quo super quaestione
Sanctam reddere vestram mentem suam sub compendio et summatim cupiens aperire

Sub correctione tamen S. Mris Ecclae, a cujus se protestabatur determinatione velle nullatenus
declinare. Conclusiones quasdam edidit cum suis probationibus Conformes Conclusionibus vestris
de quibus littera vestra nobis missa facit mentionem, quas hic inserere non curavimus causa
brevitatis. Easdem tamen Conclusiones ex textu causae in qua positae, ad speciem non
descendebant Concilium Basilieñ et Dnm Eugenium nominando. Ideoque Dns noster gratiosus
nrae Univers. fundator Magnificus Dux Saxoniae & de Generalitate hujusmodi non conten-
tus per adhaesionem specificê tenenda huic et alteri parti Rndos in Christo Pres et Dnos
Mysneñ et Merseburgeñ et Numburgeñ Ecclarum Epos Abbates Praepositos et alios terrarum
suarum Praelatos in numero copioso una cum nra Univ. indicta dieta disposuit congregare
ubi informari certitudinaliter desideravit ex quo ipse simul cum Romanorum Rege aliisque Sacri
Romani Imperii electoribus in variis dietis extra partes proprias pro unione Ecclae
reformanda personaliter fuisset aliquoties constitutus, causam tamen eandem hucusque conspiceret
indecisam, et ex ejusmodi dissidio in Xiano populo magnum scandalum et periculum
Christianorum discordiae subori⁊. An Eugenio Papae vel Concilio Basilieñ esset
potius adhaerendum. Et quia tunc praefati Epi et Praelati ad Univer. nram respectum
singulariter deflectebant Nos considerationem nostram quanto potuimus circumspectius
recolligentes, animadvertentes quod maledictus est apud Deum et homines et correptione
increpatione severissima, qui metu terrenae potestatis aut alterius cujusmodi corporalis
neglexit cum oporteret veritati testimonium perhibere Et quia pro tunc fuimus probabiliter
informati quod tempore depositionis Eugenii Papae Concilium Basiliense fuerat minime
dissolutum, et quod ex causis legitimis rite servatis servandis, Concilium rite deposuis-
set Eugenium Ideoque eo meritò deposito, electionis concorditer pro responso nemine discrepante
Quod ex quo Concilium Basilieñ fuit legitime congregatum, nec de ejus legitima dissolutione
nobis quicquam constabat ullo modo, et etiam omnes ferme Almaniae Univer. in quibus et
procul dubio viri qui in hac nra et in aliis, pro tenere veritatem limpidius speculantur
se pro Concilio resolvissent Essetque procul dubio verum et indubitatum quod quodlibet Ge-
nerale Concilium legitime Congregatum potestatem habeat immediate à Xo etiam supra
papam, in his quae ad fidem pertinent, ad extirpationem schismatum, et ad generalem
reformationem Ecclae Dei in capite et in membris Quare consultius securius et sanctius no-
bis videbatur quod supradicto Concilio Basilieñ esset obediendum, et standum dudum. In hujus
fidelem [illegible], quod etiam nobis oblata fecimus in congregatione supradicta. In hujus
rei signum singuli Magri et Doctores S. Theolae et Juridicae facultatum tunc praesentes manibus
propriis se pro adhaesione Concilii subscripserunt. Processu vero temporis informati fuimus quomodo
supradictus Dnus noster gratiosus Dux Saxoniae probabilibus argumentis et motivis fortioribus se
una cum Rege Romanorum Archiepis Epis Praelatis et Principibus et aliis Imperii electoribus se
pro Dno Nicolao V. papa per suos oratores absque tamen Univer. requisitione solenniter
declarasset eo ipsum recognoscerent Jesu Xi summum Vicarium hic in terris. Et cum consideran-
tes ponderavimus quod si Concilium Basilieñ tempore depositionis Eugenii papae ante fuisset
dissolutum non reprehendendum hujusmodi declarationem factam, quia illud nomen non existit
nec Ecclesiastici moris est quod his cum quibus Sacra Synodus fuit congregata penitus abi-
untibus remanentes quasi Concilium repraesentent, An autem tunc Concilium fuerat dissolutum
nec assensimus, neque de hac re testimonium possimus perhibere, cum nullus de Univ. nra
habuerimus ibidem tunc praesens; sed tamen illud scire dicimus quod ab aliis audivimus Et si
dedecet nimis esse credulum cum imputetur ei qui minus est credulus: tamen quia duobus lo-
citur contra unum, et attendi debeat id quod est credibilius. Ideoque credulitas talis communi-
fere omnium principum Ecclesiasticorum et saecularium potestatum; nos à temeritate excu-
pressa relaxatione habeat rationabiliter excusare, nobisque nocere non poterit, etiamsi
foret falsa cum probabile dubium excuset errantem. Facta enim per errorem probabilem
valent; diligentia tamen praemissa, quod aliàs ex certa scientia non valerent Quanquam
itaque fundator Univer. nrae Archiepi et Epi supradictam probabilitatem acceptaverunt ab his nobis
duobus recedere non licebat attendentes quod perditionem et iram Dei ex opere indignantem

meruerunt qui

qui Schisma faciunt, et suo relicto Epo alium Epum sibi constituunt, prout hoc pos-
set undique multipliciter ex Scripturis, si non allegationes super hoc Epistolae brevitas prohiberet.
Si tamen vestra Universitas opinionem etiam habeat de hac re certam et notitiam claram firmis
rationibus vel scripturarum testimoniis exploratam, quod scilicet tempore depositionis Eugenii
Basiliense Concilium non fuerat dissolutum, quod etiam in Causis legitimis et veris ubi
servatis servandis, eundem deposuerit Eugenium tunc vobis a recta fide et tramite
cognitae veritatis non licet propter quamcunque tribulationem quamlibet recedere cum
sit Salvatoris sententia Beati sunt qui propter justitiam persecutionem patiuntur. Difficile
tamen est in tali Casu ex necessitate concludens Certitudo alioquin Vrês persuadendi pro-
humaniorem viam quae semper in dubiis eligenda est consultius eligatur. Facta ni-
innocentium cor non inquinant si eorum facti veritas sit ignota. Nec quisquam
vos rationabiliter in hac re temeritatis aut praesumptionis arguere potest cum satis
parati de huius rei veritate a quibuscunque humiliter edoceri. Offerentes nos
per hoc scripta ad singula vobis grata. Scriptum Lypczk Ao Dni 1448
26 7bris Rectoratus sub sigillo.

Viennensis Univer.
ad Univer. Cracoviens.

Perpetuam in Christo Caritatem. Literas vestras amicabili sinceritate transmissas de data
Ao Dni 1448 27 Julii Egregii Prudentissimi Vrês Doctores et Magri Dni et fratres Honorandi
affectione fraterna et reverentia qua decuit recepimus super quarum literarum visitatione
et honoris exhibitione cum multa gratiarum actione vestris Caritatibus nos offerimus. Sed quia
harum tenore diligenter inspecto perspicacius intellecto, plurima puncta comprehendunt
super quibus tam celeriter in particulari nequimus respondere, tum propter rei de
qua agitur arduitatem et difficultatem tum propter inunctam nostrae determinationis
materiam. Estimamus quod vestras singulariter Vrês optimi non latere quae acta hic sunt
publice in hac re vestrae Quaestionis quae omnia gesta noscuntur in vita vestrae impari
dulcedine semper optata requiescant. Quare hortamur Caritativas Paternitates et
fraternitates vestras quatenus haec scripta benigniter velint suscipere Et si
ad singula vestra desiderata responsum ad praesens dari non potuit, minime admi-
remini affectum mente reputantes pro effectu. Speramus enim quod Universitas
nostra dum nacta fuerit convenientioris temporis opportunitatem, si qua particularius
scribenda occurrerint vobis paratis animis insinuare curabit. Datum Viennae
Ao Dni 1448 12 die Augusti

Bulla Concilii Lausanen.
Univ. Crac.

Sacrosancta generalis Synodus Lausanensis in Spiritu Sancto legitime congregata Universalem
Ecclesiam repraesentans Dilectis Ecclesiae filiis Rectori Magistris Doctoribus Universitatis
Studii Cracoviensis Salutem et Omnipotentis Dei benedictionem.
Postquam dudum literas per Nicolaum et Jacobum vestros tabellarios nobis oblatas
recepimus pro earum tunc habita expeditione per alterum ex ipsis ad vos confestim redeuntem reddimus
Alterum vero videlicet Nicolaum ultra Parisium abeuntem per nos reditum spectavimus
post cuius regressum ut vos de omnibus per dictum Nuncium faceremus certiores
nec enim Ecclesiae usque adhuc nil certi habentes cum apud nos continuo retinuimus
Rebus vero Ecclesiae quae Deo placuit ordine collatis ipsum remittimus presentes ad vos
allatum cum copiis omnium gestorum infra casus inclusis faciemus vos certiores

~~151~~ 156

de omnibus apud nos publicis rebus pro quarum integra consummatione redeunt ad Urbem
ipsorum principum quaeque intervenerunt pacis Causa aucta est. Oratores Ita jam actis rebus
non parum hactenus laboravimus. Rerum autem per ipsos Oratores in Urbe agendarum
expeditio ejusmodi generis est, ut facile post ipsos delegatum suum possimus ab
omnibus. Hortamur autem vos ipsos, ut quae pacis sunt sectantes quae aedifica-
tionum sunt custodiatis invicem. Ex Lausania 7 kalendas Maj Ao 1449

Sequitur Bulla Cessionis Papapatus Felicis Papae. Deinde Decretum Electionis
Nicolaj V. ac deinde decretum Confirmationis Concilij Lausanensis
Post hoc turbulentissima tempora et sublatum Schisma ac restitutione facta omni-
quia causa adhaesionis Concilio aliquo multum erant in integrum Nicolaj V. de-
bitis Gratiam Christiano orbi concessit.

Ita rebus inter capita summa compositis Dnus Joannes Dlugosz pro Capello Cardinalitio Romam profe-
ctus Universitatis quoque Cracoviensis ad Papam Nicolaum V. Epistolam gratulatoriam atque con obedien-
tiam mittit cujus tenor erat talis

Bme Pr Dne Colendissime

Cantamus et nos Dno Canticum novum, Cantamus mirabilia ejus in aeternum, quoniam exaudivit cla-
morem vociferantis Ecclesiae sponsae suae, et lacrymas ejus, quas super interitum filiorum suorum uberrime
et tanto tempore effudit, miserationis suae linteo detersit, dum quaesitam tot vigiliis et laboribus sibi
dignatus est unionem reddere, et exterminata divisionis, simultatumque amaritudine, dulcedine pacis
et concordiae resolidare. Ut quem omnes unum confitentur Deum: ita in terris unum venerentur Vi-
carium. Equidem in omni genere aliquod primum, quod sit mox generum primum reperiri con-
tingit, a quo totum originaliter fluit. Sic unitas in Arithmetica, punctum in Geometria, Tho-
nus in Musica, et multa alia in eundem modum. Sic et in Ecclesia Sancta, quae virgo sine ma-
cula et ruga, et sponsa Christi est unus monarcha, unumque principium, Catholica Eccle-
siae, a quo fontes influentis, et charismatum dona in corpus Ecclesiae fontina emanationis
Applicatur, a quo fontes influentis, et charismatum dona in corpus Ecclesiae per-
diffunduntur. Ut quemadmodum Deus Pater quem quia prima suae divinitatis essentia totius entis per-
fectione abunde respersa omnium entium esse per prius atque perfectius in se complecti-
tur, primum Ens philosophi dixerunt, potestatem excellentiae infudit in Christum hominem: ita a Christo
descendit in ejus Vicarium, et ab illo in singula corporis sui mystici membra. Adeo en-
affatim prophetico testimonio unguentum effusum est, super caput Aaron: ut non modo
in barbam, sed et in oram descenderet vestimenti ejus. Sane postquam dominus humanae con-
ditionis felicis recordationis Dnum Eugenium praedecessorem S. V. de medio sustulisset, provenissetque
in omnibus nostris ejusdem S. V. ad Summi Apostolatus apicem vocatio, simulque illa excelsa virtutum
exuberantia, quibus ipsam personam B. V. et natura complevit, et gratia dotavit, profusius in
cordibus nostris, quia advenisset jam miserendi tempus, promissumque esse ipsi Ecclesiae de prin-
cipe et duce pro animi robore patientia constantia et longanimitate prudentia spiritus anti-
stiti accubitali, et sanctis Petri Navicula fluctibus accommodatissimo. Cui Deus ipse Sacram
religionem, fidem perfectam et suam maxime commendaret. Et ecce non nos fefellit eiusmodi
spes nostra, postea quam sublato pestifero Schismate, quod sator divisionis in Ecclesia Dei
exortum fuit, audivimus, et certo certius cognovimus, omnes ejusdem filios dedisse sibi jam
dexteras pacis, et dispersi omnes clarere, et non esse in ipsis Schismaticos. Atque ideo lau-
damus primum, et superexaltamus nomen misericordiae Dei, et Salvatoris nostri quia
non continuit in ira sua misericordias suas. Congratulamur almae Matri nostrae Ecclesiae
Sanctae, procidimus supplices ad oscula pedum B. V. illiusque super sydera attollimus
nomen, quia pacem et unionem, quam nostris peccatis exigentibus amiseramus solerti-
dine, opera et virtute ipsius recuperavimus. Quantum autem attinet ad debitae
nostrum eidem S. V. nostro nomine persolvendum, pridem quidem Rmus in Xo Pr
Dnus nr Sbigneus tituli S. Priscae Presbyter Cardinalis et Eps Cracoviensis nostri
quoque Univs Cancellarius dignissimus onus illud venerabili dno Joanni Dlugosz

Custodi Canonico Cracoviensi Secretario suo inter alia vivae vocis actu commisit. Nos
quoque id idem literarum nostrarum et mandati vigore eidem committimus, ut quem nos hanc in
nostrarum literarum testimonio ipsam sedem quam verum et unicum Christi Vicarium et
Beati Petri Sedem et fidem tenentem recognoscimus et fatemur. Ipse nomine nostro
fateatur, Reddatque rationem pro nobis si fortasse aliquid adversum nos per quem-
piam aliter coram ipsa S.V. fuisset suggestum. Quod et si quid diebus
superioribus per nos in factis Concilii tunc Basiliensi, super quo diversi
sapientum ferebantur sensus, dictum scriptumque sit. Nihil tamen temeritate
sed sub correctione Sedis Sanctae per nos est actum. Quamobrem respiciat
quaesumus in nos oculo pietatis B.V. Et ubi fortassis in ea re deprehensi
visi sumus illa admirabili Clementia sua qua in principe plus caeteris
virtutibus nitet. Nobis et huic Congregationi nostrae dignetur ignoscere. Ac more
quoque praedecessorum suorum Romanorum Pontificum favore et munificentia Sedis
Apostolicae misericorditer confovere, quatenus huiusmodi praesidiis armati va-
leamus contra Haereticos et Schismaticos nobis cometaneos calamo et lingua
validius delatrare. Datum Cracoviae.

1449 M. Matthias de Labyszyn Supremus Academiae Crac. Scholarcha Mgr Georgio de Michnicze ob illatam iniuriam facto et verbis M. Dno Rectori pro tribunali sedenti, exauctoratur gradu Baccalaureatus in Jure, Appellat ille a Subsellio Academiae Romam verum durante tunc Schismate inter Felicem V et Nicolaum V Pontifices Maximos debuit appellationem prosequi ad Eppm Cracov. p. 4.

Amadeus Sabaudiae Dux olim Felix IIII nuncupatus resignavit Papatui, et in Nicolaum V. consensit reservata sibi pensione 15000 Scutatorum de Camera Aplica solvendorum.

Sbigneus Olesnicky olim ab Eugenio, et Felice Pontificibus nunc quoque a Nicolao V inter purpuratos Patres adscribitur. Cui Capellum se detulisse Dlugossius in sua Historia meminit.

Petricoviam Cardinalis Sbigneus in Comitia veniens occasionem habuit magnae Controversiae cum Archiepo Gnesnensi, Quinam scilicet eorum prior in Senatu locum occupare deberet. Sed haec lis Decreto Regis brevi sopita fuit, ex moderatione adhibita; ut quoties Cardinalis esset in Senatu, toties Archieps Senatu abstineret, et vice versa.

1450 M. Benedicto Hesse in Rectoratu Sublatis Habita Universitatis
Convocatione statuit ut duo stamina panni ad tabarda consuenda
per Universitatem compararentur quos qui ex Professoribus ad usum
accepissent ea intra annum solvere tenerentur.
Sellas etiam pro graduandis in Theologia et alys facultatibus
tum et ad alios actus qui in ecclesys celebrarentur comparanda
a quarum usu media mr fisco Universitatis cederet
grossi autem 16 pro custodia earundem et accomodatione servi p. 5.
toribus Universitatis
Orta quoque ~~fuit~~ controversia de prioritate loci int Joannem Dambrowka et Paulum
de Crac. S.T.P. eo quod Paulus prius promotus esset. Universitas sic decrevit
B. Boner Quia Joanni locus reservatus etiam ante Isaiam dum promoveretur in Theologia
12. 8. fuerat, ideo eiusdem reservationi standum esse censuit
Ordinaria Medicinae Collata M. Bernardo de Crac. quia vero domum
medicum inhabitare noluit constituta sunt 4 mr quas Univtas M. solvet.
28 Augusti data fuerat per Rectorem Convocatio tenoris sequentis
V. Magri et Dni Doctores estis hodie hora 20 in stuba loci Magni Collegii
adstare ad audiendam petitionem V. Viri Fris Jacobi de Bidgostia Profes
soris S.T. ac Prioris monastery SSmae Trinitatis sub poena a contradicendi
et quod deliberare bonum videbitur. Magris Theologiae Doctoribus Iuris Canonici et Collegiatis
In qua Convocatione idem V. Vir Jacobus tenor subiunxit petitionem V. et Re
verendi Almae Univtis Doctores et Professores. Quia in alys Universitatibus
nominatim in Parisiensi Coloniensi Fratres nri ad incorporationem ad:
mittuntur ita et vos ut Ordinem D. Dnici per Poloniam longe lateque diffu
sum recipere velitis oro.
Super qua postulatione et petitione Magri et DD. vicibus duabus vocati et bene
deliberati incorporationem dictorum Fratrum Praedicatorum admiserunt sub hoc modo.
1o Quod unusquisque e dicti Ordinis Fr. studens vel promoveri in Univte nunc
cupiens, aut promotus incorporari volens, praestet iuramentum consuetum Rectori
pro tpre existenti; 2 Quod quilibet promoveri volens in aliqua facultate
promoveatur sedm Statuta Illius facultatis. Magri vero in Theologia promotus in
eodem Ordine petat totam Univtem pro sua huiusmodi acceptione. Et
tunc iste Conclusionum V. Fr. Jacobus petyt se recipi et admitti p Magros in
Thea et sibi locum dari, quod et factum est postquam tn prius actum fe:
cerit solennem in Univte, quem alij Magri et Professores et Doctores aliunde et
ab alys Univtbus venientes consuetudine admittunt

Rex Casimirus scrutinium ad pellenda maleficia et
furta aliud Rugowe Prawo in Regno instituere
volebat impediverunt Mi Procures quos criminum
arguebat conscientia.
In Valachia noe Regis a Polonis p Petro contra
Stefanum infeliciter pugnatum amissaque est Molda
via possessio ob absentiam regis.

1450 Exmutatione sequenti aetati fuerunt scripta Academica Mgri Andreas de Sadomir J. V. D.

Mortuo Domino Nicolao V. Alphonsy Borgia

1451 M. Benedicto Hesse Rectore. V. Vir M. Joannes de Olgut J.V.D. domum
suam in Situm S. M. Magdalenae et Collegium Canonistarum immediate situm suo
proprio in muris erectam in fundo quidem Universitatis, a se tamen funda-
tam Almae Universitati pro domo Ordinarii in Iure Canonico libere et libera-
1·5 liter resignavit
In eadem Convocatione Univer[sitas] inviolabiliter tenendum sancivit ut pro Lectoribus
sicut antea recipiantur viri periti et ingeniosi, eloquentes et studentes diligenter
et affectum ad laborem habentes per quos facultas dicta Canonica proficiat et
exinde Univer[sitas] decorem et ornamentum referat. Quodsi quispiam per Univer[sitatem]
electus et lectori Scholis illis deputatus segnis et indiligens ac perfunctorius in
suo labore esset repertus, ita quod ex illius labore Schola praefata Canonica non
proficeret, Universitas jam dicta praemissa trina monitione canonica si se
non emendaret, habebit liberum post huiusmodi segniter laborantem et non
proficientem, salarium sibi deputatum in pecuniis, aut in sui beneficii deci-
mis arestare, et alterum idoneum utilem Universitati eligere et ad locum
suum ponere, ipsius contradictione aut contumacia sive iniuria non
obstante. Et quia Lector Ordinarius, inter huiusmodi Lectores est primus
et praecipuus placuit praefunctae Univ[ersitati], ut ceteris sit diligentior in suo ope-
re, alios ad diligentiam provocet et laborem, secundum dictamen
Statutorum legat diligenter non perfunctorie, non faciat sibi festivitates
de non festivitatibus, nec quaerat occasiones aliquas quominus legat,
quoniam sic per suam negligentiam, daret etiam aliis Lectoribus occasionem
et causam Scholas negligendi, sub poena in eodem Statuto praescripta.

1451 Com Hyberna Rectore Ioanne Dambrowka. Mgr Paulus de Praga Doctor Artium et Medi. admissus est ad iura Universitatis praestito solito iuramento.

1452 Com. Aestiua fuit electus in Rectorem Mgr Joannes de Pniow Archidiacono C.

Liceat hic ex Dlugossi historia miraculum defensae innocentiae et castigatae blasphemiae exscribere, quod hoc Anno Lublini contigisse notatur. Iwanek parentibus Schismaticis natus postquam Ritui Romano fuit unitus, nomen Stanislai assumpsit, et erat postremae conditionis homo, ita ut apud Jzek Civem Lublinens. vilis aurigae stipendia mereret. Accidit autem ut ligna curru ex Sylva ferens in villa Marczyna ad tabernam meritoriam mendicatum diverteret. In qua caedes unius inter iurgantes potatores patrata, innocenti Stanislao imputatur; captus iudicatus precio et precibus, consanguineis occisi, per suum Patremfamilias et alios quibus de virtute commendatus erat reconciliari non potuit, blasphemari [illegible] Mis. Deum si de Coelo Deus personaliter cum genitrice filii sui et [illegible] SS. descendat deprecatum pro inculpato indultum. Ductus ergo ad locum supplicii Stanislaus, Vive inquit [illegible] etiam cordium recessum Scrutator [illegible] Deus optime nosti quia caedis mihi imputatae innocens sum, positisque genibus cum lictoris iugulo ictum excipit, lictori manus stupet et nonnisi leviter cutem ensis caederet, dum eundem fortius impellit, mucro lethalis ad cervicem nimium quam languidus delabitur, furens carnifex dum sibi et ferro irascitur, omni conatu ad feriendum impellit manum, et vires, sed ferro non plus quam exiguum sanguinis eliciente, ne a populo discerperetur in proximum Coenobium Brigittarum confugit singulis spectantibus. certatim Stanislaum Missum complectentibus et in Civitatem deducentibus. Detulit quoad vixit Stanislaus tenuem plagarum rubentem in collo signum. Sacram: [illegible] obseruatum SSmi Triadis, et residuum vitae in peregrinationibus sacris et obsequiis divinis Uni Trino Maiestati gratus impendit.

159

161

1452 Com. Hyberna M. Joannes de Stupna S.T.P. Rector

Excerpta ex hist. Dlugossii Ed. Lips. T. II.
p. 116 – 119.

Constantinopolis per Turcum expugnata. Sedeque sua illic posita Turcus. Pera Genuensium Colonia, terrore nimio adacta hosti deditur, et tam Constantinopolis quam Pera muri in magna parte demoliuntur. Ex Dlugossio Anno Dñi 1453

Feria Sexta in Crastino Festi
Visitationis S. Mariae Virginis Casi-
mirus III. Poloniae Rex ex Conventio-
ne Petricoviensi discedens una cum
genitrice sua Sophia Regina Polo-
niae per Przedborz Malogoscz An-
drzeiow Wisliciam Proszewice. Fe-
ria 2da ante Festum S. Margarethae
quae fuit nona Mensis July Craco-
viam intravit, ubi per omnes dies
consilia habita sunt de rebus
occurrentibus Rege Casimiro illic
commorante. Molestissimo novitas
litteris et nunciis Alexandri Wo-
iewodae Moldaviae allata est.
Constantinopolim Graecorum.

160
164

Metropolim per Imperatorem Turcorum captam esse. Prædictus siquidem Turcorum Imperator Anno proxime passato, congregata sui Imperii potentia ad strictum maris, quod brachium Georgij appellatur, devenit. Duas Turres miræ fortitudinis et muro erexit, itemque omnibus mercatoribus in Græciam et ex Græcia euntibus aditum interclusit, periculum sibi ingens parari Urbs Constantinopolis intelligens, solicitavit variis Nunciis Nicolaum Papam V. Alphonsum Regem Siciliæ et Aragonum, regem Ianuenses cæterosque Reges et Principes Christianitatis ut auxilium ferre et periculum super impendens acceptare dignarentur, futurum ut evenit, vali Urbem Constantinopolim, nisi turres instructæ erectæ demolirentur, in potestatem Turcorum devenirent. Sed Rex Aragonum, omnesque communitates

Italici propriis bellis in-
tendendo publico malo occurre-
re non poterant. Turcus itaq
innumeris coactis reliquè copiis
mirabili apparatu, formidoloso
cum impetu, curriculis lateribus,
fossis altissimis actis, aggere la-
tè edito, parte quâ Peran
oppidum versus mare muros
alluit, urbis longitudinis ad
duo millia passuum raptim
extructo, turribus ligneis eoq
erectis ut muros urbis qui
altissimi essent excederent.
Machinamentorum tormentorumquè
multiplicium adhibito genere:
contra inita foedera, contra ius
iurandum liberius et à mari
et à continenti Constantinopolim ob-
sidione vexabat. Et videns
Patriarcha Constantinopolitanus
ciuitatem in arcto esse, iuit so-
lus quamuis iam Centenarius
esset, Romam et Napuliam.

ad solicitandum et Papam et
Regem Aragonum de subvenien-
do ostendens in quanto esset urbs
Constantinopolitana. Interea dum
tarchus omnia administrantur. Neg
enim Summus Pontifex, neque Re-
ges Orbis poterant concipere au-
dorem pro defensione Graeciae,
attento quod post multos sum-
ptus et labores pro unione fidei
habitos. Graeci vicibus quinque
unione suscepta in pluribus
Concilijs ad id institutis et di-
versis temporibus Latinos quin-
quies fefellerant. Turcus spe
potiundae urbis multos conatus
pro eius inquisitione impendit
impendit, bombardisque et aricti-
bus tam nocte quam interdiu
quassare muros non destitit.
Itaque cum muros et turres al-
tas et munia Civitatis stravis-
set, et solo aequasset, fossasque
civitatis replevisset, urbem

fortem et nobilissimam tam
situ quàm munitione quod in
universo mundo secundam non
habuit 29 Maij post quartum
et quinquagesimum diem, postquam
illam oppugnare coepit, summa
vi et extrema pugna coepit, quam
Pausanias Primus condidit,
Constantinus Magnus restauravit,
et in aemulationem antiquae
Romae amplificavit et magnifi-
cavit in ea Graecorum Impera-
tor, et ipse Constantinus nomine
Tomas de Obidzino pro Libraria nova exstruenda sexaginta florenis collatis cum tunc suo capite alios ad opus aggrediendum et perficiendum effectum cum Procurator Universitatis nimium quam esset diligens et gnavus atque ingressus Domini augusti feria 6 ante Palmas 14 mensis Maij hora 16 Muratores coeperunt ponere seu jacere fundamentum novi hanc versus his dod antequam quidquam coepissent operis Dei implorato est auxilium. Missa igitur solemnia sacra celebrata sunt de S. Spiritu altera de Sancto Stanislao tertium de S. Anna pro bono tempore et bona fortuna incipiendi positionem boni fundamenti

p. 50 C. Vrat.

B.

Fundamenta nova Bibliothecae ponuntur.

Sewkowski Cl.

Decima Universitatis in Crzemierzow a plebano in Zyslomia petita difensa W. pro Commissarios Exercitij Apostolici in Buda manentis

1517 Con. Jlssima Rector.

Lectore Stanislao Biel ad Curiam Romanam correctio Calendarij a Nachno de Illcusz facta transmittitur Qui juvarunt eundem Doctorem in calculationes Magistri Thomas Bidermano et Septimanalium impendebatur fl. 15. et Stanislao Skrifsta

Calendarii reformatio Romam mittitur

Reperio in Rntis Procuratoris Universitatis eodem Celebrem fuisse in Sede Virginea Circuli causam pro quo ad latus Universitatis confessum sunt Beati edificaverunt. Dicti evangelii pro degradatione Predicatoris Schetla Monachi de S. Francisco, quidam commiserit et cur in facie totius Universitatis et a quo degradatus fuerit conjecturam non habeo. Forte hussitis convictus a Doctoribus tanquam Inquisitoribus Haereticae pravitatis Examinatus, et judicatus est.

A° 1518 Vastata Civitate per incendium ad intercessionem utriusque Nationis Conradi Cuidam Studio Roizio
Con. Aestiva Reginalis Maiestatis Cancellariae Notario in Collegio Iuristarum in habitatione D. de Erkieszow
Rectore Matthia ad 4 menses et prorogat sub cautela et onere legendi. Rectore Miechovio. 7 Augusti
Miechowita In Septembri petiit Nicolaus de Wieliczka Respondere in Medicina: remittit ad facultatem Medicam: quod dum nil agit Rector cum Decanis examinat Conradus. p. 50
De Copnyewnica Revocatur mercipium ex officio Depositis. fit Canc. Cap.
7 Iunii Sabbatho ante Margarethae Samson Murator cum paulo adiutore suo, in loco Librariae novae invenerunt clenodia aurea quae in se diviserunt, rumore
B. M inventis pecuniis perrepente ad aures Doctoris Nicolai de Copnyewnica instituta eius diligentia 165 aurei recuperati sunt reliqui per inventores consumpti aurei venditi per tres fratres produxerunt summam 198 florenorum qui in aedificium eiusdem Librariae et consumationi reservant

1518
Con Hyberna Idem rector Matthias de Miechowia

Redit Matthias de Miechow consequenter secundo anno et ultimo

519 Com. Aestivi dicti termini rectoris Matthias de Miechow Inscripsit in catalogum et Matriculam Universitatis Stanislaum Udalrici Cifigulus de Cracovia Hosium dictum qui 1543 primo in Epum Culmensem ~~non~~ in Varmiensem est electus deinde Cardinalis tituli Sancti Clementis ac Summus Romanus Ecclesiae Poenitentiarius mallous [illegible] audyt. Hosius in scriptis Albo

519 Com. Hyberna Jacobus de Ewiesziow D.D. electus in Rectorem tribus Com. mutationibus Magistratum continuavit

A° 1521. | Mensa 4 Byrs. | Cum Mgri | Tertio ad instar aliorum Contuberniorum in Canonistarum Constituit Rectore Stanislao Area et Ductus primo domini ullis esse Communis.

nus Electus in Rectorem Joannes Sarny S.T.P. C.C.

1521 Mensa Communis in Contubernio. Commutatione Semestri Rectoratum gessit Stanislaus Biel S.T.P. C.C. Eo rectore Mensa Communis in Contubernio Pauperum Canonistarum ad instar aliorum Contuberniorum instituitur

Priuilegium Erectionis Professionis Medicae per Matthiam de Miechow M. D. C. C. Declaratum et Interpretatum
In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Joannes Konarski Episcopus Cracoviensis. Ad
Onus pastorale diuina fauente clementia vocati curis angimur assiduis ex debito officii
nobis commissi cultus diuinus augeatur et studia litterarum necessariarum quorum hic mundus
salubre prouectum in Universitate Cracoviensi crescat et nostro auxilio quatenus possibile est
ordinate procedant vigeantque cum incremento studentium. Proinde Nos Joannes Episcopus
memoriae Uniuersis et singulis praesentibus et futuris, quorum interest vel in futurum
quomodolibet interesse poterit tenore praesentium scire. Quomodo Venerabilis Vir D. Mat-
thias de Miechow Artium et Med. Doctor C. C. pro remedio animae suae in remissionem
suorum peccaminum, sed in primis ad gloriam et laudem Dei ac pro incremento studii
Cracoviensis censum annuum, viginti marcarum numeri et monetae Polonicalis ac
pud famatos viros Dominos Consules Cracovienses in prouentibus ad praetorium Cracoviense quomo-
dolibet spectantibus et pertinentibus pro summa sexingentorum florenorum in auro m2
Ungaricalium dudum ante superioribus annis emerat et eundem censum 20 mr
sic per ipsum D. Doctorem emptum pro Doctore qui in Medicinis in dicta
Uniuersitate continuo legeret, et fundanda ac erigenda Collegiatura in
Medicinis deputauerat et assignauerat. desuperque litteras Erectionis
Confirmationis et Ordinationis a nobis impetrauerat et obtinuerat. Quia
tamen praefatis litteris nostris, et ordinationes in eis contentas mentem et
voluntatem ipsius D. Doctoris non satis plene et perfecte exprimere et de-
clarare videbantur contingebatque ipsum D. Doctorem, eiusdem Collegiaturae
fundatorem, se viuente per se suam fundatam, et doctores ad eandem Colle-
giaturam praesentatos et positos, menti et intentioni ipsius fundatoris non
sine iactura quorumque studiosorum in Medicinis contrauenisse. Timens
idem D. Doctor fundator, ne postea cum ipsum mori contingeret, contrariae
menti suae consuetudines et ordinationes indurarentur, vel maiores
negligentiae per ipsos doctores, ad ipsam Collegiaturam per ipsum fundatam
pro tempore praesentatos et praesentandos indurarentur et committerentur cum maiori
iactura et dispendio studiosorum in medicinis, in eadem Uniuersitate Cracoviensi
degentium debita cum instantia a nobis petiit, quatenus pro debito nostri Officii
et ob fauorem erga studiosos in dicta Uniuersitate Cracoviensi summum
sequendo aliam ordinationem et meliorem ac maturam voluntatem eiusdem
Domini Doctoris Matthiae, cassatis prioribus litteris super ea dudum a
nobis editis, in explectione oneris eiusdem Collegiaturae per ipsum funda-
tae faceremus et factum approbaremus et confirmaremus una cum censu
20 mr. Super quo quidem D. Doctor litteras sanas saluas et
omni suspicione carentes sub sigillo Dominorum Consulum Cracoviensium coram nobis
reproduxit. Quorum tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis ut
habes in opposita mediana pagina.

32

In nomine Domini Amen. Ne ea, quae aguntur in
tempore decrescente hominum memoria temporis fluxu
evanescant et pereant, dignum est scripturae testimonio
et ad posteros perveniant perennari. Proinde nos Jo-
annes Doner pro tunc Proconsul, Joannes Aleter, Sebasti-
anus Betman, Joannes Regel Artium et medicinae Doctor,
Adam Droz, Joannes Lesinger, Petrus Morsten et Mat-
thias Felix Consules Civitatis Cracoviensis praesidentes. Re-
cognoscimus publice per praesentes universis et singulis prae-
sentibus et futuris harum notitiam habituris. Quia
de honestate et commodo Reipublicae nostrae, prout tenemur, tractan-
tes ut bene et debito ordine singula regantur, dispo-
nantur et gubernentur, feliciaque capiant incrementum,
Attendentes quod Vener: et Egregius D. Mathias de
Miechow Artium et Medicinae Doctor pro tunc Rector Almae
Universitatis Cracovien. zelo devotionis accensus, animo suo
habiti intendens providere ad Universitatem et Civitatem dict.
Cracovien., in quibus etiam ab Annis iuventutis suae crevit
promotusque extitit, singularem gerens affectionem et bene-
volentiam, certum annuum censum pecun. pro erectione
dotatione et fundatione collegiaturae in medicinis in ~~Civi~~
~~dicta~~ Universitate Crac. et pro Doctore in medicinis, qui sin-
gulis hebdomadis legibilibus diebus lectiones in medicinis in
Collegio faceret et legeret, et studentes in medicinis doceret,
pro certa pecuniarum summa emere et comparare, dictumque Cen-

223 ~~220~~

dum pro erectione et fundatione Collegiature in Medicinis in ea...
eta Universitate Crac. dare, donare et incorporare vult ...
intendit. Etsi nobis in fectis, propter pro Reipub. nra ag...
rem magna et pregnans incumberet necessitas, magis tamen ...
Dni Principis et Doctoris affectum et benevolentiam, quam...
erga almam hanc Universitatem et Civitatem nram gerit ...
perspicientes, habito super his frequenti ac maturo cum ...
ribus nris Senioribus consilio ac matura deliberatione, ...
graviter eo respectu fecimus, quod Civitas nra Crac. medicum
a specialem possit habere, et quod in dicta Universitate, ad quam Studen-
tes de longinquis et diversis mundi partibus gratia in magna multi-
tudine cum bonis eorum confluunt et concurrunt, unde Civitati et
Reipub. nre. notabilis et continua accrescit fama et commodum
Insuper quod una duntaxat in Medicinis Collegiatura exist...
Medicusque et lector eam possidens pro tam magno et numeroso popul...
spiritualium et secularium utriusque sexus personarum sufficere non pos-
sit, eoque respectu ac premissis et aliis de causis permoti summam
pecuniariam viginti Marcarum Census annui ad Pretorium Civitat...
Crac. pertinen. monete et numeri Polonici in terra Crac. communi-
ter curren. 48 gr. in qualibet marca computan. prefato D. Do-
ctori Mathie pro septingentis aureis Hungaricis veri et iusti
ponderis, quos tunc ab ipso in toto et integraliter pro erectione,
dotatione et fundatione Collegiature prefate omnium Seniorum
nostrorum voluntate et assensu ad id specialiter accedente, tulimus,
levavimus et percepimus, quemquidem Censum 20 marc. prefati
vendidimus et tenore presentium vendimus, iusto et vero Reem-
ptionis titulo, alias Widerkoff, quando nobis aut nris Successoribus
prefate Civitat. Consulibus pro tempore existentibus videbitur et placuerit
Ut autem ipse D. Doctor prenominatus aut alter post eum ad eam Colleg...

aturam per nos constituendis, in Lectione et officio ipsius Collegiaturae non
negligat et lectiones suas possit debite continuare. Promittimusque nos et praefatis Succes-
soribus Consulibus eundem censum non eximere, nec a solutione huiusmodi Census 20
marcarum cessare tamdiu, donec in aliquo bono tuto et securo loco similem censum 20
marcarum pro sexingentis aureis ungaricalibus, prout invenerimus. Et cum eundem
comparaverimus, tunc et deinceps a solutione huiusmodi census erimus et de-
bebimus esse liberi, et absoluti. Insuper nos volumus, ut huiusmodi capitale floren-
orum ubicunque deposita aut census pro eadem empti fuerint, semper debebimus
et debemus de voluntate ipsius D. Doctoris praenominati esse Tutores Domini et
Patroni. Et proinde ut sine aliqua negligentia ipse census praefatus solvatur.
Et sive in praetorio sive alibi tales Census empti fuerint, semper per ma-
nus nostras et successorum nostrorum Consulum, tanquam Patronorum Medico no-
stro praefato pro tempore existenti census ipsa ad quodlibet anni quatuor tempora
dari et solvi debebit. Quem quidem Censum 20 marcarum una cum summa
capitali praenotata ipsi D. Doctori Mathiae praenotato, aut ipsius Collegiaturae
praefatae successori per nos instituendo reformamus, inscribimus et obli-
gamus in et super emolumentis Praetorii ut signanter super pensa
nostra maiore et domo Pellificum, et censibus nobis exinde dari et solvi solitis.
Eundemque Censum XX. marcarum de praetorio nostro ut promittitur verbo nostro
consulari sub bona fide promittimus et nos praesentibus obligamus, signan-
ter ad quodlibet ~~quat~~ quatuor tempora Anni per quinque marcas nostri et mon-
praedictae nunc a quatuor temporibus S. Luciae proxime venturis primam in-
cipien solutionem et sic consequenter ad quodlibet quatuor anni tempora se pro-
xime et immediate sequentia, per quinque marcas, nullo modo aut aliqua
causa secuturas. Et si quod absit nos aut successores nostri Consules, in
solvendo dicto Censu in toto, vel in parte essemus, aut forent negli-
gentes, Tunc Rector et Universitas Studii Crac. nos et Successores nostros
Consules coram quocunque Iudice pro ipso Censu movere, et eundem Censum
pro Doctore praefato exigere potent donec eundem in toto et integraliter
solverimus. Salvo etiam iure nostro et successorum nostrorum Consulum
Medicum idoneum locandi et ad ipsam Collegiaturam instituendi.
dum et quoties nobis et successoribus nostris Consulibus videbitur. Ita quod sit
Medicus vir idoneus sufficiens pro Cathedra ad legendum in Collegio
ad dandum Consilia omnibus eum requirentibus paratus. Et ut praedicta
sufficienter consequi valeat debet esse Artium Liberalium Magister et Doctor
Medicinae ultimae promotus et Universitati Stud. incorporatus. Insuper

224 221

ne circa laborem suum sit negligens, aut quod absit in aliquo enormiter
excedat sit manuat, et institutus duntaxat ad arbitrium nrum vel ex
causa ultima possit removeri. Et alius quotiens pretoportunum visum fuerit
Insuper ipse Medicus tenebitur singulis diebus legibilibus lectiones
in Medicinis legere super cuius lectionibus, et diligentia Rector et
Universitas debebit attendere et negligentias per arestationem salarii
punire secundum Statutum Universitatis praedictae. Tenebitur etiam ipse
Medicus iuxta ordinationem ipsius D. Doctoris Mathiae praenominati qualibet septi-
mana unum Pauperem petentem expedire, et eidem super aegritu-
dine, vel aegritudinibus gratis consulare. In testimonium et evidentiam
tiam omnium praedictorum praesentes literas nostras sigilli nostri subappen-
sione iussimus communiri. Actum et datum fer. 4 post festum
Omn. 4 [illegible]. Anno Dominicae Incarnationis 1505

Nos quod quidem praeinsertas litteras praenominati quondam Dr Matthias Doctor et cc. ac funda-
tor ipsius Collegiaturae in Medicinis, ut novam Ordinationem et promissum est una mecum
fundationis pro Doctore praefatae Collegiaturae, pro tempore possessore sustentandum et in illis exprimen-
dum faceremus magna cum instantia institit. Nos vero Joannes Epus memoratus, ne ali-
cui inordinationi et innovationi nostrae huiusmodi praeiudicium facere videamur, Credi-
toribus omnibus sua quomodolibet interesse putantes, ante omnia decrevimus dandum et promul-
gandum. In quarum termino, in contumaciam Citatorum non comparentium nec aliquid
in contrarium facientium, aut dicentium, et de expresso consensu DD Consulum Crac. tan-
quam Patronorum praefatum Censum 20 marcarum modo praemisso emptum, approbamus ratificamus
ac confirmamus. ac Ecclesiasticae libertati adscribimus in Dei nomine per praesentes. Et nihi-
lominus Collegiaturam in Medicinis, in dicta Universitate Crac. pro Doctore in Medicinis in
aliqua Universitate per rigorem examinis, et alias legittime promoto et Universitati Crac. tam
in artibus liberalibus quam in Medicinis incorporato, qui omni hebdomada singulis
diebus legibilibus, nisi festum in eisdem occurrat, aut tempus vacantiarum consuetarum fuerit
per se et non per alium, infirmitate aut legittime non impeditus studentibus legere debebit
etiam casu quo quod absit Universitas dissolveretur. super Summa 20 marcarum praedicti
census annui ad honorem omnipotentis Dei et S. Stanislai, ac pro incremento et uti-
litate Universitatis et Civitatis Crac in Dei nomine erigimus et fundamus. Praedictamque Sum-
mam 20 marcarum annui census, dictae Collegiaturae perpetuo incorporamus appropriamus
inviscerimus sub modis et conditionibus infrascriptis. Inprimis declaramus et de vo-
luntate ac consensu dicti Dni Matthiae Doctoris fundatoris decrevimus priorem ordi-
nationem et nostras desuper litteras emanatas cassando, quas illas cassamus et an-
nullamus volentes ut deinceps nunquam huic praesenti in aliquo praeiudicare possit
et valeat. Et insuper statuimus quod postquam et quoties dictam Collegiaturam
de caetero vacare contigerit Dni Consules Civit Crac. quibus Jus patronatus eiusdem
dem Collegiaturae reservamus. Doctorem in Medicinis, per rigorem examinis
in aliqua Universitate promotum Et Universitati Crac. tam in artibus liberalibus quam
in Medicinis praemissa de more Rusione incorporatum bene doctum, et practi-
cam iam habentem praesentabunt. Item declaramus et decrevimus quod doctor prae-
dictam Collegiaturam pro tempore obtinens lectiones in medicinis, diligenter et non cursori-
e legat, super cuius diligentia Rector Univ bonam faciat advertentiam
Casu vero quo praefatus doctor in Medicinis dictam Collegiaturam obtinens in legen-
dis Lectionibus negligens aut remissus fuerit, ex tunc post primam insinuatio-
nem et admonitionem per Rectorem Univ pro huiusmodi negligentia Dnus Rec-
tor cum ~~Doctoribus~~ Univ Consulibus praedictis ad puniendum eum poena pecuniaria
de Summa Salarii sui iuxta Statuta Univ contra ipsum procedant, et si se
reformare non curaverit et temerarius in suis negligentiis fuerit et permanserit
aut quod absit aliquid turpe fecerit. dicti Dni Consules absque mora alium
praesentare debebunt
Praeterea declaramus et decernimus, quod praefatus Doctor dictam Collegiaturam obti-
nens, temporibus ad legendum lectiones aptis, de Cracovia recedere non debet sine
venia et licentia Dni Rectoris Univ pro tempore existentis et DD Consulum Cracov.
Quod si ex causa legittima et ardua recedere voluerit, licentia obtenta substi-
tuto in locum suum posito idoneo tamen qui pro eo legat de licentia Dni Re-
ctoris, ad quindenam duntaxat, id facere poterit. Item volumus et ordi-
namus sub privationis poena ipso facto incurrenda decrevimus. quod praefatus
Doctor praedictam Collegiaturam pro tempore obtinens in unaquaque hebdomada unum
pauperem infirmum ad medicinas impendi non valentem postquam fuerit pe-
titus et requisitus gratiose et sine pretio expedire et sibi ac suae aegritudi-
nis fideliter consulere ac receptam in scriptis dare, et hoc idem quod ve-
ad hoc teneatur et sit paratus Schedulis post suam ad Collegiaturam assum-
ptionem in valvis Collegii Maioris et S. Mariae in Circulo Crac. affigendis
publicare tenebitur et erit adstrictus sub praefatis poenis. Item declara-
mus et decrevimus quod DD Consules Crac. summam 20 marcarum pro

225 221

pro censu annuo singulis annis pro quolibet quartali per 5 [illegible] p[redi]
cto Doctori Medico eandem Collegiaturam pro tempore tenenti et possidenti
solvere tenebuntur et erunt adstricti realiter et cum effectu absque recusatione indilate solvere
et absque quocunque colore sine alicuius excusationis praetextu per Rectorem
Universitatis aut Universitatem poterunt conveniri coram quocunque Iudi
ce sive spirituali sive seculari, prout illis videbitur melius expedire tan
diu contra eos procedendo et ab eis exigendo, donec praefati Censum ex toto et inte
gre ipsi Medico solverint. Praeterea etiam determinamus quod praefato doctori
et Collegiaturae eiusdem possessori singulis annis et quartalibus fieri debeat
per manus praefatorum DD. Consulum Lips[iensium] sive ipsi dni Consules praefatam summam
Sexingentorum aureorum habuerint in bonis sui praetorii sive alibi censum emerint
in loco tuto et securo. Insuper ut ex intentione praefati dni Matthiae
Doctoris Scholastici in Universitate Lipsiensi degentium utilitati consulatur, et negligen
tiis quas plerumque per Lectores in hac Universitate oboriri solent salubriter
occurratur, declaramus et determinamus quatenus ipse Lector ad istam collegiatu
ram per Dnos Consules iuxta praescriptas ordinationes praesentatus et per Universitatem
susceptus sit manualis, et dum ex praescriptis conditionibus aliquid explere
non curaverit amovibilis statim per Dnos Consules alius sufficiens
ciendus. Et ubi DD Consules alium idoneum praesentare, occurrente ali
qua negligentia vel incuria ipsius doctoris neglexerint ex tunc liberum
erit nobis et nostris successoribus tanquam Cancellariis Universitatis et
Studii Lips[iensis], alium idoneum ad praemissum praesentare, ammoto inde
priore quomodo negligenti et incurabili. In quorum omnium et singulorum
fidem et testimonium praemissorum praesentes fieri et per Notarium nostrum
coram nobis Scribam infrascriptum scribi subscribi et publicari Sigillique
nostri appensione iussimus et fecimus communiri Actum et Datum Lips[iae]
die 8 Februarij A° D. M. D. XXII Leone X. Pont[ifice] [illegible]

[illegible] 6j

1522 Cum Mgr [illegible] Rector [illegible] Rector [illegible] Stanisla[us] [illegible] Biel [illegible] Rectore apud Epm [illegible] Medi[illegible] [illegible] Mieccho[via] [illegible] [illegible] habes.

† M. Matthias Miechovius pro Theologia Sigm Libraria offert 200 f Astrologi in Cursu in Colloquio fundat. Collegij Maioris. 4 Sacra impetrat ab Universitate sub die Mandati celebranda. Rectore Martino de Ilcusa. Ruthenorum Collegium J.C. ruinosum reaedificat. De Conservatione et Universitatis Pontificis Regiae privilegio. Bosczyna antiquitus data J. Acad. Substitutus a quo[d] in possessione Theologis Baccalaurei se substituere, nisi Sententiarum et doctores Theologis se neglexerint permittuntur in 2 processit

Conclusio de 20 fl. pro promovendis dandis Universitati Collegio, et Convivium antiqua vestimenta et Sumptus paginas Leges Facultati Civium promotores Theologicos et J.C.

Leges Rectorio

p. 52

p. 54

1522
Communitas Hyberna Electio in Rectorem Martini de Ilkusz. Eo rectore Matthias Miechovius vide supra Signum †

Pono Leonis X aeterna memoria digni privilegium beneficentiae in Academicum monumentum duplicem quo post intestatos Professores Jus haereditarium in bona defunctorum adserit

103

notandum tamen Papam Leonem X anno priori e vita discessisse. Privilegium vero mentione sua superioris datum fuisse. Ego hocce Privilegium sive Diploma Academiae hic non reperi, quod certe erit de Anno 1514. — videnda superiora gesta hujus anni

40

1523 Commutatione Aestiua Decl. Martini de Ilenze in Rectorem electus est

Leone X mortuo Hadrianus VI Florentii filius Traiectensis Belga Preceptor Caroli V absens electus Coronatus pridie kalendas 7bris obiit XVIII kalendas 8bris 1523 sepultus ad S. Mariam de anima

1523 Commutatione Hybernâ Decl. Magistratum eundem gessit collatis sibi per reelectionem ad festum Galli

ossa Iulii Medices cognomento
Mortuo Hadriano Papa Creatur Clemens VII XIII kalend decembris
Petrus Thoming concedente Summo Pontifice Paschasio et cum tenuit Episcopum hoc anno 6 Aprilis a Clemente
Papa hanc confirmationem est acceptum. Ita tamen Praecessoris sui voluit cum Vide[?]
continuare libera Privilegium Liberationis a Contributionibus magistri et ipsius et ipsi propria ...
taxatione

1524 Commutatione Aestiuali ad Rectoratum electus est quintus Iacobus de Groesbeck

1524 Commutatione Hyberna idem

1525 Com[munio]ne Aestivali In primo Rectoratus sui officio sexta tenuit Magri Dñi Petrus de Obornicki Artium et Medicinae Doctor ad hoc ipsum officium canonice electus

Joannes Conarski Eps 3 Nonas Aprilis obiit

Peste obiyt

Petro Thomicio Cathedram reliquit quam ille memoriae ante nonnum [illegible]

~~Elisabeth Casimiri regis uxor tot regni tui extremum~~ [Primum] ~~[illegible]~~ Claustra

1525 Com[munio]ne Hybernā Functus est eodem Officio Rectoratus idem Clarissimus Vir ad quod reelectus erat die S. Galli

1526 Com[munio]ne Aestivali electus est in Rectorem Rmus Pr Joannes Amicinus V.J.D. Eps Laodicensis Suffraganeus Crac. Vicecancellarius ac Subconservator Jurium Studii almae Universitatis Crac. habes in adversa facie huius ipsius Chartae sub signo ⊕

42

Aº 1526. Com. Hybernae electus in Rectorem Lucas Koskowsky 25

Remisit impensas Facultati Medicae ~~pro Rectore Medico Luca Koskowski~~ p. 57

iisdem promotione 3m Doctoris in eadem facultate 1527 Primus Celebrari consueverunt p. 58

Lectio Canonistarum ad pulsum campanae in Mariae Magdalenae in mane, à prandijs

Lubranciensis ad pulsum campanae S. Mariae in Circulo Cum Vesperis. Reaedificare Collegio p. 59

Jur. II. 28. inchoarent. Bursa Canonistarum et insolentias

clausa est

Amicinus mortuus (✝)

xvij 8bris in Crastino Galli hora 23 ~~[illegible]~~ Rmus Joannes Amicinus Decretorum Doctor Rector Ex veteri

Vicecancellarius ac Viceconservator Universitatis Suffraganus licet ~~qui~~ morte recteratui si mutari

mul resignavit et cum bona vita in Collegio domus ad S. Nicolai fundavit Capellaniam

Reminiscens penes eadem Ecclesia S. Annae et altaris Custodiam [illegible] 4to

Cum mina ex Archidiaconum [illegible] legavit

1527 Com Aestiva Mgr Martinus de Olkusz S.T.P. Post mortem Rmi Amicini assecutus est Beneficium pro Universitatem D. Nicolai ob pietatis fructum laboris in elucubranda correctione Calendarij Honorem et Supremum Magistratum in Academia Rectoratus

1527 Com Hybernae assecutus est Rectoratum Bernardus de Cracovia S.T.P. Decanus Ecclesiae S. Floriani Successor Conservator Juriumque ac Privilegiorum Universitatis continuavit eundem tribus Commutationibus.

1529 Nicolaus de Kozmyn...
sicus. Nro

1529 Com Aestivali Nicolaus de Koprzywnica D.D. Can. Crac. postquam annis Procuratoris duodecim annis laudabilissime obijt, quidquid enim splendoris in nova cathedra Bibliotheca et alijs aedificijs adhuc resides, hoc illo Mro Bae Annae et D. Stanislao atque ob Sanctis adsidens perfecit Seniorem Bursae Canonistarum Sclavinae, auxit sed et onere legendi ac prerogativa dum adhuc Doctoris erat Consulem egit lingua [illegible] Viscalis matrimonialis ad Capitulum Polonum et Cathedram Crac. Eccle. evolavit

1529 Com Hyberna magistratum continuavit

f. 68

1527 Bursa Canonistarum ob insolentias ad tempus clausa. Epus erat Joannes Choienski J.V.D.

1528 Rectore Luca Koskowski de Koskow M.D. et eiusdem Ordinary Professoris

9\. Regij Physici Prima ab erectione Universitatis Promotio Doctorum Medicinae — Primae Doctoratus Medicinae stante Universitate promotio

Ista spectant ad anteriorem huiem paginas — celebrata est, et eundem M. Rectorem qui 3 Doctores simul Medicinae

publice creavit in Collegio Maiori die 28 Februarij. Cui Doctorali

Promotioni fere omnes Episcopi Doctores omnis facultatis adfuerunt. Ex

veteris Formularis p. 27

~~1529~~ Illmus ac Ro Dicata Virgo Sophia Illmi olim Joannis Amor de Tarnow

filia Ordinis tertiae Regulae S. Francisci funciavit et dotavit Collegiatam — Collegiata Mansionariorum apud S. Nicolaum erigitur per Sophiam de Tarnow.

Mansionariorum in Ecclesia Parochiali S. Nicolaj instante et cooperante Mgro

Martino de Ilcusz S.T. Professore pro tunc Rectore et Plebano Eccle

S. Nicolaj. Ex tunc titulus Rectoris seu Plebani est extinctus et loco

illius Praepositus Creatus est et creditur ut in litteris erectionis Illmi

Petri Tomicki Epi Crac. penultima Martij 1530 anno continetur.

1530 Cum Academia Fautores Academiae polati et peluti sunt M. Martino — Martinus de Ilcusz primus ibidem Praepositus.

de Ilcusz S. Th. Professori Ecclesiae S. Nicolaj Primo Praeposito. Illo

enim extat Ecclesiae praesidio Illmus et Ro Dicata ad Altar Sepulchri

228

~~225~~

… electo et … Sigismundi Augusti …

44

1530 ab Unita Capitulo donatur domus Servii Capti[r] Captum Jus Patronatus in Zielonki Inde
Com. Hybernum Professor Kokonis meliorem conditionem eham nactus est. Item in Collo
Eodem Rectore gium Majus translatus liberumque illi est, aut in Philosophia aut in Theologia
legere. Omnia Privilegium quod illi datum est Tenetur Altare S. Ale
xii in Summo Cracoviensi nec contemnenda est ista Professio, si spe
ctet Censum. Verum in eo facta est gravior quod a Professore factus
NB sit Curatus Zielonkensis, qui animarum curae simul attendere et Cathedrae
debet, ovium autem pluribus intentus forte ad singula non suffi
cit Deus.

1531 Com. Aestivali electus est ad Sceptrum Academicum Stanislaus Biel
S. T. P. Cl. Vicecancellarius Universitatis et tota Commutatione illa
administravit

1532 Com. Hyberna septimo ad Rectorale gubernandum assumptus est Jacobus
de Erciszow D. D. Canonicus et Generalis Officialis Cracoviensis

1533 Commutatione Aestiva per reelectionem continuatur eundem Magi
stratum ex hac vita migravit. Cuius vices ad finem Commuta
tionis supplevit voluntate Universitatis Senior Pater e Collegio
maiori Stanislaus Biel S. T. Professor

Erciszew[ski] ... alias Erciszewski ...tus, uti videre est apud Starowolscium et ...

~~1532.~~

~~1533.~~ Domus Melschiecka alias Bursa Hungarorum convenitur [illegible] in Gremio Urbis. Regente Cikisowski

1533 Aniversarium Lucae Koskowski et Duodecim M. Consulibus. et [illegible] Altaris S. Lucae [illegible]

Com Hyberna in Circulo B. [illegible]

Nicolao Wielicka M. D. Regente Canonico Vultuniensi pro tunc domus ~~[illegible]~~ S.C. restaurator ~~per [illegible] Canonicale~~

~~[illegible] decimae sunt adeptae~~

X Februarij R.mus D. Thomas Praepositus Miechoviensis ad sumptus Deo moventium [illegible] sui Conventus faciendos fundationem in certis villis suae Praeposituralis facit

1534 Com Aestiva idem Nicolaus de Wielicka praeerat Universitati [illegible] 2a die July extitit inundatio [illegible] grandis ex pluvia [illegible] dies et [illegible] noctium perdurantium continua, superavit atque pontem Magnum qui Casimiriam jungit Studentis [illegible] [illegible] Casimiriam Studentium et loca adiacentia cum maxima hominum et aedificiorum jactura Pro ponte reparando contributionem solvit Universitas ex suis domibus [illegible] Areae in Swierzynice pro [illegible] ad usum Collegiorum et contuberniorum lignis — Academicae place na [illegible] nynie [illegible]

Clemente VII kalendis [illegible] humanis eximitur [illegible] Alexander Farnesius Cardinalis [illegible] 3 Dij 8bris [illegible] creatur et Paulus III nominatur [illegible] Concilii [illegible] Martis, mox [illegible] demum Tridenti indixit, [illegible] nomen Caesarum, [illegible] et [illegible] [illegible] Inquisitionis tribunal instituit, simultates [illegible] Caesarem et [illegible] Concilium Tridento Bononiam transfertur

1534 Com Hyberna Septembri in [illegible] Rectoratus [illegible] devenit ad [illegible] Virum Magistrum Martinum de Olrusz S. T. Professorem [illegible] S. Nicolai Praepositum qui tribus commutationibus continuavit in [illegible] multa perfecit et obtinuit.

Reverendus in Christo D. Michael de Turobin vulgo cognominatus Lublin — Michael de Turobin moritur.

[illegible] Canonicus [illegible] [illegible] religuit [illegible] Pontifici [illegible] Canonicus [illegible] testamento religuit [illegible] [illegible] ultimae suae voluntatis et bonorum sibi a Deo [illegible] [illegible] omnimodam authoritatem [illegible] et [illegible] Collegij Maioris quibus [illegible] Canonicorum et Vicariorum in Ecclesia [illegible] et de novo erigendi Ecclesiam Collegiatam [illegible] quinque millia et sexaginta florenorum — Lublinian D. Annae in Collegiatam erigit

[illegible] S. Annae pro qua legavit [illegible] bona [illegible] et intra Cracoviam census. Quam summam super varia bona [illegible] et [illegible] Collegium [illegible] in vim tamen [illegible] [illegible] et 7 Vicarijs [illegible] anno [illegible] florenorum fere Cederet Canonicis et 7 Vicarijs sequenti anno [illegible] florenos fere Cederet Canonicis suppresso Plebanali titulo et [illegible] erigitur Collegiata Ecclesia suppresso Plebanali titulo Idem fundator pro aedificanda Domo pro Vicarijs mille florenos relegavit pro quibus empta est area vicina domui Plebanali S. Annae

Clemente VII vita functo Paulus III Romanus Electus Romanus [illegible] IIII Idus 8bris Coronatus III Nonas [illegible]

1534 x Februarij R. D. D. Thomas Sprosky Miechoviensis ad sumptus emptionis sal. sunt pro ma-
nus donationis et Provisoris Bursae Jerusalem 31 m. In villa Grzywna 8 m. Gaie Be-
sczyna 8 m. Item ibidem in villa Mysłenice Pruchnik Crispiera
Eodem anno etiam a Domino Capitulo solvit Universitati, et pro ponte contribuit. salua area
et exponendis lignis

Inundatio Vistulae extitit grandis ima die Julii et sequentib. ex pluuia triu[m] dierum et noctiu[m] precedentiu[m] con-
tinua, ruperant aquae ponte[m] magnu[m], qui Casmiriam iungit Stradomiae, repleuerantq[ue] totam fermè Casmiriam,
Stradomiam, et loca adiacentia cum magna rerum iactura.

1535 Cum Ill[ustrissi]ma Sedem D. Martinus de Ilcuz reclegitur hui Servy
Rex vocatu de se tota Alma Universitate motu proprio Vety Pri-
vilegium Nobilitatis o[mn]ib[us] Collegii Doctoribus et Mgris Universitatis a
Div[o] liberavit. ab auo suo primo Vladislao Jagiellono cum Sceptis
et insignat. concessum et renovatu[m] Bielsaij, renovatu[m] tradit Lon-
ge etiam maiores prerogativas Professoribus concederet. Cuius Privilegij
rescriptum hic pono.

Sigismundus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae
Masoviaeq[ue] etc. Dominus et Haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit Uni-
versis. Quia grata habentes Universitatis scholae nostrae Cracoviensis merita, quibus Regnum
nostrum in dies magis ac magis illustratur, cum honestis litterarum studijs ab eiusq[ue]
gymnasij ac ipsi doctoribus iuventus erudita, tam ad pacis quam ad belli mature-
scit consilium, indeq[ue] prodeunt cultus Divini et Reipub[licae] huius acerrimi
defensores et propugnatores ac populus nostro regimini a maiestate divina
subiectus ad laudem Dei Omnipotentis Ecclesiae incrementum Patriae Cla-
rissimae decus et gloriam sublata de medio ignorantiae caecitate in omni do-
ctrina et scientia eruditus cernitur. Ut tanta haec scholae huius erga
nos Regnumq[ue] nostrum merita non remaneant inremunerata. Serenissimi Vla-
dislai Jagellonis Avi et antecessoris nostri Regis Gloriosissimi vestigijs
inhaerentes. Omnes Doctores studii praefati Sacram Theologiam, Jus Ca-
nonicum, Medicinam, Leges aliasq[ue] honestas scientias et artes Liberales
profitentes novis favoribus et gratiis augere volumus quo eos ad ulte-
rius de nobis Regnoq[ue] nostro benemerendi studium tali benevolentiae nostrae
testificatione accendamus. Proprio itaq[ue] motu nostro praefata merita attenden-
tes quae unicuiq[ue] secundum iustitiam pari gratia retribuere debemus de
Praelatorum Baronumq[ue] nostrorum consilio et assensu praesenti hoc nostro diplomate
statuimus perpetuis deinceps temporibus et in aevum ab omnibus cuiuscunq[ue]
status et conditionis hominibus inviolabiliter observandum. Ut Docto-
res praefati et professores actu legentes etiam si non ex Nobilibus Regni Polo-
niae indigenis parentibus progeniti fuerint ad quasvis in Regno dominiisq[ue]
nostris dignitates tanquam emeriti valeant accedere nullisq[ue] omnino dignitatis
muneris vel officii tam Spiritualis quam saecularis Senatoriae et Equestris exis-
tant inhabiles. Satius enim est gestis propriis florere quam maiorum opinione
Ubi se maior nobilitas est ea quae propriis virtutibus comparatur. Bona quae-
vis Terrestria valeant acquirere et possidere ac omnibus libertatibus honoribusq[ue]
et Privilegijs quibus nobiles Regni nostri indigenae gaudent ipsiq[ue] gaude-
ant et fruantur. Quod etiam ad eos omnes extendimus qui scholae praefatae
Rectoris generalis ordinatione ad Ecclesias vel in alijs locis quibusvis in
Regno scientias profiteantur aut easdem quovis alio modo exerceant et tra-
ctant. Et quoniam Romani Imperii legibus statutum est Doctores per
Viginti Annos publicae lectioni in Universitatibus operam dantes ius nobili-
tatis non solum in personam suam acquirere verum etiam ad successores suos le-

230
227

gittimos in perpetuum transfundere laudabilem hanc legem nos quoque scholae Cracoviensi
in Regno Dominiisque nostris in perpetuum concedimus et ex Regia munificentia nostra
largimur. Statuimusque ut omnes Doctores et professores qui in nostro hoc Regio Gy-
mnasio per viginti annos continue lectioni publicae operam dederint ad pro-
lem quoque suam ex legitimo matrimonio conceptam omne ius praerogativae et di-
gnitatis nobilitaris transfundant. Sitque dicta proles cum suis legitimis de-
scendentibus utriusque sexus capax in aevum in Regno Dominiisque nostris omnium
Dignitatum Libertatum et praerogativarum tam spiritualium quam tempo-
ralium statum Equestrem concernentium valeantque accedere ad quosvis Regni
nostri honores munia et officia, bona quaevis terrestria possint acquirere et
acquisita sine quavis Angaria quocunque vocabulo censeatur possidere. Sive in
eadem schola in loco Patrum suorum permanserint sive alio semet trans-
tulerint more aliorum Regni nostri Nobilium viventes. Expeditionem ta-
men bellicam una cum aliis Nobilibus Regni nostri si professores actu
legentes non fuerint ex possessionibus suis obire tenebuntur more aliorum
militum servientes iuxta Regni nostri statuta. Quae quidem omnia et sin-
gula de plenitudine Regiae nostrae potestatis praefatae scholae nostrae
Cracoviensi eiusque Doctoribus et professoribus damus donamus et con-
cedimus perpetuo et in aevum quod omni meliori modo esse volumus
ac defectus omnes si qui in eadem donatione statutoque nostro fuerint
authoritate nostra Regia supplemus non obstantibus quibuscunque in contrarium
praefatorum quibus hisce nostris ac si eisdem inserta essent pro hac par-
te derogamus. Per hanc autem donationem nostram et statutum non
intendimus derogare quidquam antiquis praedecessorum nostrorum Re-
gum Poloniae et nostris eidem Universitati concessis quomodocunque privi-
legiis imo eadem omnibus ac si hisce inserta essent approbamus ratifica-
mus et innovamus. Nulli ergo omnino hominum cuiuscunque status gradus
et conditionis fuerit liceat unquam pati nostrae Donationis Statutique
Decreto et Privilegio in aliquo contravenire vel de eodem in contrarium
iudicare quod si attentatum id fuerit totum inane ac irritum esse
declaramus. Pro Serenissimis autem successoribus nostris Poloniae Regibus
promittimus quod ipsi hoc privilegium nostrum in omnibus et singulis
punctis manu tenebunt nec unquam eidem publice et privatim con-
travenire permittent quin imo serio in eiusmodi contravenientes
animadvertent et contraventiones eiusmodi [illegible] iniustas et iniquas

cassabunt et annihilabunt. In quorum omnium et singulorum fidem robur ac testimo:
nium presentibus manu nostra subscripsimus ac easdem sigillo nostro communiri man:
davimus. Datum Cracoviae Feria Quarta in Crastino festi Sancti Laurentii
Martyris Anno Domini Millesimo Quingentesimo Tricesimo Quinto
Regni Nostri Anno Vigesimo Nono.

Privilegium hospitalis de
Kuteschow cuius
originale est apud
quondam D. D. de quo
ad R. D. Jacobi
Mastkowicz
Canonici et Officialis
Castellanensis p. i.

50

51

Collegiatis ~~Fundatio~~ Statuta per Executores Michaelis de Lublin alias Parchanski V.I.D. pro Collegas Maiores in quo cavetur ne ullo modo vel praetextu ne Doctores aut Magistri ad laborandum et legendum obligati distraherentur, aut quovis modo impedirentur. in edicto vel dispositionibus [illegible] et hoc vel pro processiones vel alia mandata Ordinarius quod sunt ad bene [illegible] Rectore Martino de Ilkus — et collegium plenarie consentiente Abbate Mogilensi Erasmo de Cracovia p. 68 l. 2

Item cum plures non conclusisset cum statutum de absentibus cum pluralitas elegisset in Seniorem Bursae [illegible] absentem Josephum de [illegible]. Seniorem Sandomiriensem Cameralia Bursae Canonistarum pro Seniorem eliguntur reddenda Procuratori inde [illegible] separatim et ipsum. Contulerunt.

Bursam Ungarorum quam et primam libere voluerunt eandem, sunt cum sita capta pecunia Universitatis, et pars illius donatione, venit a P. Victorino Mesthiensis Universitati domus quae penes bursam Ungarorum potius locanda Magistris et Doctoribus. quam Laicis. Statuitur. p. 69 l. 2.

xx Octobris Medicae facultatis Statuta approbata per Rectorem Felix Choinowski quae eadem Magistris [illegible] promovet ut sit [illegible] Canonicatus Premysliensis p. 69 l. 2.

Non doctor. Fuit Canonicus Premysliensis Matthias de Boleslawiec Collega [illegible] p. 70. l. [illegible]

Ibidem [illegible]. Electus doctor [illegible] [illegible] [illegible] Privilegium. [illegible] Stephano Doctori Magistri Statuta [illegible] Facultatis 4. 1536. reassumpta. in Canonicum Premysliensem cum onere praedicandi

Petrus Tomicki Episcopus Cracoviensis 1536 hoc anno Vir magni ingenii doctrinae consilii ac memoriae eloquentiae quoque singularis moritur e [illegible] feria 6ta in [illegible] Simonis et Judae [illegible] et sepultus in Capella Sancti Thomae Cantuariensis quam ipse notabiliter magnifice extruxit et magnificis [illegible] ornamentis adornavit in Ecclesia Cathedrali [illegible].

Cui successit Joannes Latalscius

~~Feria 4 in [illegible] Festi S. [illegible] [illegible] Privilegium [illegible] [illegible] cuius tenor talis est.~~

232

~~225~~

A° 52 1536 Com Alsma [illegible] x Junij Rectori Martino Belze J.V.D. Epg. Joannes Latalski cum Cancellarius [illegible] anathematizavit Wenceslaum Cedrowski Consulem Crac. q Laniorum ante bursas vendentium mensas et tecta deiecit. Sacra R. Mtas quod Civitas debeat Academiae reddit [illegible] litteris ut ea [illegible] reparent quae demoliti sunt Zakowinum Academiae suum interponens Vilnae 29 July 1536. Cum Senatus se submisit audientiae suae mittens se invito hoc factum esse et quae ostendebant [illegible] Universitate intentatam fuisse actionem. Tres vero [illegible] missi q [illegible] deraki nomine Rectoris et Universitatis [illegible] libertatum et Privilegiorum intentatum esse actionem. Demum res composita est et 4 florenis reciperet Universitas suo damnorum et in parte [illegible] suorum [illegible] Doctori Parisiensis [illegible] concessa Rosio in [illegible] facultate. p 73

Joannes post. Ep. Cracoviensis Rector fuit 29 Maij Exceptus est [illegible] sua ad episcopum ingressu Rmus Joannes Latalski per [illegible] et Rectorem Martinum de Cracovia Belzes nuncupatum. Eo rectore x Juny [illegible]

1536 Com Alsma [illegible] idem fuit Rector 17. 8bris noctis sequentis diem S. Lucae, hora 10. Arx Cracoviensis arsit, aedificiis novis duobus ad turrim usque Lubranska dictam, exustis; parte quoque una veteris structurae, quam pars ambiens palatium et nova aedificia igne labefactata accidit, et 30. fermè hoies interfecit.

[15]37 | 45 fl. 4 8bris Regente [Academiam] Martino Belze. D. Matthias Lachj dat Licentiam absentiae ad 2 annos propter servitium Andreae Archiepiscopi Gnesnensis
7 8bris Fratres Ordinis Cistercienses in Bursa Jerusalem ... Sed nisi legere p. 74 62.

Joanne Latalscio translato ad sedem Metropolitanam Joannes Chojenski Episcopus Cracoviensis adeptus est

1537 Com[muni] Hyberna Electus fuit in Rectorem Gregorius de Szamotuly Archidiaconus Posnaniensis Varsaviensis Prepositus Collega D. M. 16 8bris

233

230

54/1538.
Commissio

cuius scripta administrare Univ[ersita]tis. Gregorius Samotulius doctor Conservator Abbas Tinecensis non solum perturbare Rectoris iurisdictionem verum etiam enervare nitebatur asserens suam iuris dictionem aequalem Rectoris. Contra hanc insolentiam unanimi corde Universitas censuit contra Conservatorem defendere Rectoris iurisdictionem eo quod Rector esset primus et supremus in Universitate. Conservator vero subsidiarius. Item quia a fundata Academia nunquam a Rectore appellatum est ad Conservatorem. Quare deputatis duobus doctoribus qui monerent Abbatem ne turbaret sed sit contentus intra limites suae iurisdictionis conservatoris, decrevit et si ipse pergeret insolescere contra Privilegia Univ[ersita]tis, deinde ad S. R. M[aiesta]tem ne pateretur contra iurisdictionem Rectoris et suos consiliarios dictum Conservatorem quidquam attentare. Similiter petendum a Sua M[aiesta]te ne moleste ferat quod Ruski Mikolaj velit locare pro alter reparandus, vivus assignatis Dunaicz gratis studiosus in Bursa nova mansiones ad tempus.

Rectore de Stawischin Gregorio 3 commutationem duraine

1534 Con[stitutio]
Ordinationes ex veteri formulari p. 1
De Bibliopolis et Chalcographis excutien[dis] litera, Congressio Rectoris in eos iurisdictionem de iure extendendo. Est edictum Petri Epi Crac. d. 1539. 27 Aprilis quo inhibetur illis impressio nisi habita censura a Rectore. Est simile Regium edictum in Libro Privilegiorum folio 53. Eodem Rectore.

Cum etiam nonnulli sediti essent studiosorum in Ath. huius principales erant habitatores in Bursa, via pro locationis Cistercienses tum, quod post seniorem locum asserunt primum in Universitate contra Rectorem, propter non pauca beneficia posita Universitati. ab[solu]te et ipsum inde non vult ut sederet in eodem contubernio Religiosus Pro vel Prior, pronunciavit: ad studiosos in Rectore, ad consiliarios, ab his ad totam Universitatem. Qui eadem statuit sententiam primis si quis sciret studiosi poena exclusionis a contubernio assignato decrevit.

Statutum ut Examinis tempore Examinatores legant. Quod si non deferat decanus Rectori non legentes puniat. Sed non doctores Theologiae senio aut imbecillam valetudine a lectione liberans eidem infirmitas annorum excusat eos ut non legant per se. Sed possunt per alios ne fiat scandalum iunioribus et posteritati. et pinguia habeant beneficia ut aliis legentibus per se solvere possint. Sintque liberi a contributionibus Ecclesiasticis propter labores. Deinde consuetudo laudabilis non patitur eos esse liberos a labore lectionum quandoquidem quicunque erant in Maiori vel Minori Collegio infirmi et quocunque morbo laborarent, tales per alios legebant. Sed nec Privilegium illorum illos retinet si quidem intelligis quod non legant per se sed per alium.

Vicarius Joannes Cholinio X May
Petrus Gamratus promotione Regia successit in Episcopatu Cracoviensi

Hic a M[aiesta]te Regia obtinuit renovationem Erectionis huius Privilegii Regis Vladislai Jagellonis quod quidem multis ex causis et visum est Universitati videbatur indiguisse renovatione. Primum quidem propter aliquam foramina quae habuit illud privilegium, partim ex antiquitate temporis et partim vitio materiae et pergameni malitia et corruptione ac denique scripturae in eodem privilegio extensione.
Secundo quia in eodem privilegio erant quaedam vocula et dictiones obsoletae quarum usus dicendi iam esset abolitus una cum re, utpote Stationarios et scriptores qui successerunt Bibliopolae et impressores. Praemissa igitur consultatione Universitatis prefatus Rector cum doctoribus S. R. M. accessit et impetravit ac obtinuit non solum renovationem dicti privilegii verumetiam interpretationem supradictarum vocularum quae quidem interpretatio in litteris renovati Privilegii est subiuncta memorabiliter et notabiliter.

Privilegia Jagellonis renovantur
quo Censura stabilitum

Post renovationem huius Privilegii fuerunt vocati in Collegium Maius sub tempore Convocationis Univ[ersita]tis omnes Bibliopolae et Chalcographi Cracovienses quibus publicatum est ex praedicto aliisque expositio Privilegii per S. R. M. in his clausulis quae ad illos pertinere videbantur. Ad huius expeditionem in eadem Convocatione ex vi huius privilegii Iurisdictioni Univ[ersita]tis sese subdiderunt. Et ibidem scriptum est in illos bonum.

Ex formulari regiam ultima

Convenerunt inter ipsos Bibliopolae et Impressores motu. Una cum aliis astrologiis statim totius aut Bibliopolae et Chalcographi submiserunt se quotannis solituram ad 10 marcas eadem monetae polonicalis pro Solario Astrologi et Astronomi, quos debet reponere in manus Rectoris et sui officii Rector aut per se vel per illos quibus commiserit remissionem supradictis Iudicii anni ab astrologo faciet et hic cum maiori debita gratia et honestate prodeant in lucem almanach etc. Dicta autem pecunia dividetur ita quod 6 floreni dentur per Rectorem in astrologum et Astronomum in Astrologum et astronomo.

B.
Idem Rector obtinuit binas litteras in pergameno pro bono Univ[ersita]tis quae olim erant datae in papiro et ex vetustate et fragilitate materiae papiri exstitere corruptae. Primas eiusdem quibus mandat Rex ut absentes collegiatos debere puniri beneficiis Universitatis. Alteras vero contra Lutheranos quibus arcet possessionem ne libri Lutheranorum adducantur Cracoviam et in Poloniam sub poena amissionis librorum et bonorum. Praeterea in eisdem litteris quibus est et mandatum a S. R. M. ut quotiescunque Bibliopolae aliqui Libri forenses et ex partibus exteris Cracoviam adducerentur ut nullo modo venderent nisi prius Rector Univ[ersita]tis vel ab eo delegati huiusmodi libros revideret.
Idem Rector ex unanimi consensu Univ[ersita]tis decrevit et elegit duos qui revidere et conscriberent omnem supellectilem Ecclesiasticam universorum altarium et beneficiorum Univ[ersita]tis et quod eam signaturi in supradicto libro scriptam fieret remisso per se vel per alium subdelegatum ab unoquoque Rectore post electionem. Praeterea quotiescunque novus beneficiatus acciperet possessionem ut diligenter acciperet supellectilem sui beneficii eam quam litteris descripta in Libro eiusdem Univ[ersita]tis. Sed hanc ipsam ordinationem factam impediit Rectore sua infirmitate non potuit ad umbilicum deducere.

Jacobo de Miskupice concedit Rusco. Beneficia o[mni]a et proventa Sibi reddentur et conferibunt. Vacultas Romam abeundi dat[ur] Bartholomeo Regiomontano per intercessionem Ep[iscop]i Crac[oviensis] et Camenecensis.

26 Aprilis Petrus Ep[iscop]us Crac[oviensis] Con[tra] Chalcographos et Bibliopolas edictum sub mulctas ne quispiam libr[os] in dioecesi sua imprimat vel aliunde inuectos distrahere audeat, libros nisi tales libri remissi fuerint per Venerabiles ac egregios D[omi]nos Rectorem, Doctores et M[a]g[ist]ros Vniversitatis Studij Crac[oviensis] et per nos deputatos fuerint reuisi et reuersi.

Simile Regis edictum habetur in Privilegiorum Libro f. 53 vel 13.

Con[tra] Negligentiam Lectorum et con[tra] absentantes sese Remedium inuenit Juramentum. Quiuis enim obtento beneficio aut Collegiatura Tale Juramentum praestabat: Ego N.N. bene deliberato et consulto a. conditae visis et lectis Statutis Vniversitatis Crac[oviensis] de Personali residentia in officio Collegiatus annexo beneficio Juro Corporali Juramento ad S[ancta] D[e]i Evangelia me residere et per se legere lectionem debitam nec per mercenarium, nullas promotiones dispensationes, nec commutationes facere sive quomodolibet subordinare in contrarium q[uo]d absit, beneficio de commutte.

Eodem Anno Specialiter Simile Juramentum Statuit Sibi deuenidi Collegium Maius Cum negligentia multorum, qui ad officium legendi publice sunt vocati, beneficijsque officijsque ac rebus quaesitis fuerint a mediocris occasio labefactandi Vniversitatem, cuius laus velut Deo [illegible] diligenti et accurato studio augetur. Ita eorum neglecto labore honor et fructus minuitur, quorum quidam ubi legendi munus susceperint, sui officij et Vniversitatis commodi cuiusque bonum promouere iurauerunt obliti hinc inde, sui quaestus gratia facultate abeundi aut a Regia M[aies]tate aut a Cancellario Academiae quoquomodo obtenta, vagari ac per alios officium legendi obire. Nonnulli, alijs professionibus aut Jurisprudentiae aut Medicinae, ceterisque aliarumque artium studio posthabito, diligentem operam dare consueuerunt, ac dum seipsos titulis Doctoralibus ornari cupiunt, utilitati Studiosorum quorum ingenia ingenuis disciplinis excolere debuerunt plurimum detrahunt. Volentes igitur et honori Gymnasij, et commodo Studiosorum consulere statuimus ut quilibet M[a]g[ist]rorum ad Collegium minus vocandorum tempore suae vocationis in praesentia Praepositi Decani et Consiliariorum sese obliget et Juramento Corporali promittat sua praesentia in Collegio manere per se et non per substitutos lectiones publicas legere, ac ubi dictis professionibus voluerit incumbere, mox de Collegio ac officio cedere Collegiaturamque resignare sub hac forma Juramenti quae descripta est ab Vniversitate

Jacobo de Miskupice ... ex Rusco

[right margin:] p. 79. B. Censura Libr[orum] edita

Juramentum corporale Professorum Vniversitatis

56

1540 Com. Hlli va... Joannes a Sanok

Lapides ... pro ... Ecclae S. Adalberti in pomerio extra ... porta ... Cives nollent ... emere

Fundationi ... Hospitali ... sub arce ... applicent ... ad altare S. Thome ... fundaverat Thomas ... Collega ... Cracov. ... Joannes ... Epus Crac.

Eod. anno In Collegio minori ... 83. ... alios ... loqui.

Feria 2da Paschae quidam Sacerdos Joannes à Oczim Vir Vitâ inculpatâ et eruditione non Vulgari, agens in Eccla S. Joannis, cum Introitus summi Sacrificii inchoari deberet, cathedram concionatoriam in Arce Cracoviensi, Rege cum sua tota aula in templo praesentibus, conscendit, habitu suo et Voce clarâ dixit. Audite haec dicit Dns. cumque progredi in narratione Voluisset, magna hominum, qui tunc aderant, admiratione prohibitus est, atque ex cathedra detractus; examinatus tandem à Praelatis Eccliae compositione ... rationis, et quâ audaciâ suggestum ascendisset, prudenter respondit: se ut id faceret in somnis admonitum, atque ut omnibus nunciaret, Deus omnipotens ~~...~~ hoc mundum gravissimè affligendum propter scelera, ac incepturum ab Ecclesia, datus ergo ei postea concionandi locus

die 7 erat Dnica una post Conductum Paschae, Ubi in magna hominum frequentia, quam maiorem locus capere non potuit, assistente Utroque Principe, in hominum scelera invectus est liberrimè, nec Clericis, nec Saecularibus, nec Praelatis, nec Principibus parcens: hortatus est ad poenitentiam, praedicens diem iudicii non procul abesse et aduentum Antichristi praedicens, summam hominum, pestem gravissimam, incendia, diluvia, et alia horrenda, si Vitam homines summi, mediocres, et infimi non emendaverint. Haec omnia diebat cuidam sacerdoti (sed ipsum autem intellexit) divinitus per somnum revelata, et Visiones nocturnas. Exordium recitato Evangelio Ego sum pastor bonus hoc sumpserat: Sacramentum Regis abscondere bonum est. opera autem Dei revelare et confiteri. Tobiae penultimo.

1540 Com. Hyberna ... Joannes a Sanok ... et ... Doctor ... Cracoviam est reditus,

57

1541 Idem fuit Rector Joannes a Sanok
Comm. Alexi

Mgr Andreas Dambrowski Altarista altaris SS. Crucis in Arce Crac. dum onere et solennitate concionandi compelleretur per Rectorem ad respondendum et concionandum

1541 Cum Illyberna [illegible] [illegible] Clari Rei literariae [illegible] gubernando Mgr Erasmus de Cracovia [illegible] etiam Abbas [illegible] [illegible] D.D. ac eadem Suffraganeus [illegible]

235

~~232~~

1541 Rectore 3a vice Joanne a Sancto Andrea Dambrowski Altarista S. Crucis in arce quae cum compellitur ad residendum et concionandum

1542 Commutatione Aestivali idem ad eundem reelectus est
Hyemali Commutatione Regnum Unius in album inscripsit studiosos
eaque posteriore Album Michaelis Vedrogowski postea Professorem insignem
virum disertum disputatorem vehementissimum qui carmine scripsit
Catechismum et Rhetoricae epitomen. Nec multo post Jacobum
Joannis Gorski ex districtu Livensi in Professorem Artium Eloquentiae
et multis scriptis. in Ecclesia vero Archidiaconatum Gnesnensem Cracoviensem
et Ploscensi Canonicatum Clarum.
nec non Joannem Matthiae de Pawczyn qui in Collegio maiori sacrae Theo
logiae professionem resignavit. Concionatorem Serenissimi Sigismundi Augusti
egit Lublinique sub Comitiis de Unione Lithuaniae cum Regno 1569
defunctus est

Michael Vedrogowski — Posta Gorski — Pawczynski

1542. Inundatio Vistulae similis superiori accidit, Die 29. Junii, ex pluvia continua dierum aliquot praecedentium.

1542 Commutatione Hyemali ad Regimen Universitatis electus est Nicolaus a Wie
liczka Artium et Medicinae Doctor continuavit Magistratum
duobus consequenter Commutationibus quod illius Magistratum accidere non
habet in observatu fuisse

60

1543 Com Aest. 44 pestis gra[ssatur] Nicolao à Wielicka & Miechouien[sis] turbant v[ni]u[ersi]t[ate]m[?] Intitulatio[n]e ad Burs[a]m Ster[?] v[ni]u[ersitatis] habita[?] [illegible] velut hereditate possidere volebant v[niuersitatis] depositione. Pestis grassatione[?] [illegible] et nonnisi
Joanne à Piotrkow S.T.D. rectore XII [Octo]bris revocat absentes ad residentia[m] p[ro] d[omi]nica 2 Adventus. p. 80
Ordinarij Medicis & Universitatem[?] [illegible] XXI Januarij in Ordinariu[m] Medicine Lectore[m] post mortem Petri de Oborniki eligit Ad[a]m de Brzeziny
Petrus Myskowski Can[onicus] Crac[oviensis] Baccalaureus Theologie accipit altare ex collatione Unis ad S. Nicolau[m]
Duas Lectiones [illegible] Regij Professores [illegible] Sed hoc sublatu[m] et exercitia legunt semel
XXVII [Octo]bris in [illegible] conclusum Ne quis audeat promoveri in Doctorem ex his incorpo
ratis Universitati Crac[oviensi] in alia Un[iversita]te, p[rae]sertim ex his q[ui]b[us] das licentia abeundi in Italia[m], et
q[uo]d Universitas nulli det licentia[m] nisi illi q[ui] sit promotus vel q[ui] redeundo promoveat in n[ost]ra Univ[ersita]te p. 80

43. 4ta die Maij Elizabeth filia Ferdinandi Regis Bohemia iuncta e[st] matrimonio Serenis[si]mo Augusto Po-
loniae, Cracoviam ingressa e[st] post hora[m] 20. cu[m] magno Polonoru[m] apparatu obviam exeuntiu[m], inter quos Severi-
nus Boner et post eu[m] Ar[chi]ep[iscopu]s Archieg. Gnesnensis copia auri et argenti et vestiu[m] splendore alios omnes supe-
rare visi sunt; cu[m] quas venerant duo Ep[iscop]i Vratisl. et Olomucens. et quidem Ungari et Boemi satis pulchre
instructi. Samuel Maciejowski Ep[iscopu]s Plocen. cu[m] Palatino Plocen. à Rege n[ost]ro Olomuciu[m] usq[ue] obviam missi,
Cracoviam usq[ue] deducebant. Mortua e[st] Vilnae 1545. Hoc ipso anno pestis magna fuit.

1543 Com Hyberna delapsus est Rectoratus ad Egregium Virum Joannem
à Piotrkow S.T.D. Canonicu[m] S. Floriani continuavit eunde[m]
tribus consequenter Commutationibus.
Ac primum 12 [Octo]bris dispersos Professores propter grassantem pe-
stem mandato revocat ad Cathedras pro D[omi]nica 2 Adventus
Petrus de Oborniki moritur. Ordinaria vacante Professione Medicinae post mortem Petri de
Oborniki in Convocatione Unis defertur Adamo de Brzeziny
Medicinae Doctori. In eadem Convocatione Petrus Myskowski
S.T. Baccalaureus Canonicus Cracovien[sis] accipit altare ex collatione
Unis ad S. Nicolaum

Com Aestiva idem fuit Rector

1544

Com Hyberna idem. 27 Octobris statuit gravissimas poenas
1544 ne quis audeat promoveri in Doctorem cuiuscunq[ue] facultatis ex iis
qui sunt incorporati Universitati Cracoviensi, in alia Universitate
praesertim ex his quibus datur licentia abeundi in exteras nationes
sanitum est, ne ulli Universitas det licentiam peregrinandi nisi
illi qui sit promotus vel qui post reditum promoveri possit in
nra Universitate

1545 Andreas Nembor [illegible] Canonistarum Bursae mortuo Rectore Joanne a Sanok post mortem eius quo duo [illegible] ad Senioratum [illegible] Bursae. Junior autem laborans et Senior quod intermiserat, ita [illegible] Junior [illegible] Rectore dare Seniorem in Beneficiis, expostulata consentiente Seniore, sed hic bonus vir Philippus Aher, nomine Joannis [illegible] et Antonio a Rzepcze(?) Rectore Josephus Konarewski(?) Senioratum suscipit, [illegible] a Sanok [illegible] iure suo et concedente Dno Thurobinio, Lectoris institutione, sicut illi ante concessum est. r. 90

Petrus Gamratus Archiep. Gnesn. et Epus Crac. excessit è Vivis, Apostemate maximo in dorso habito, quod Medici Carbunculum vocant, Die 27. Aug. hora 15. Ei successit Samuel Maciejowski in Epatu Crac. et Cancellariatu Andreas [illegible]

1545 Com. Hyberna Idem Joannes a Sanok [illegible] S. [illegible] rector

62

1546 Joannes a Sanok Rector vero memoratus dominus qui disposuit obligat successores ad Universa...

Com. Aestiua Exercitia sub privatione censurae Regijs legere mandat p. 92 et 92

Per Rector

1546 Electus est in Rectorem Sigismundus a Sternyca D. D. Praepositus Sandecensis C. C.

Com. Hyemali

1547 Com. Aestiua idem fuit electus

1547 Com. Hyberna idem

1548 Com. Aestiuali Electus est pri.. in rectorem Nicolaus Zwcopiades a Sradek Decanus S. Floriani Crannuaria ... commutavit. ... Rectoratu ... est et ... Sigismundus pro Colonia ... palam ... infra

1548

26 July Celebratae sunt exequiae [?] Sigismundi Primi R.R. hoc ordine memorabili. 17 hora convenerunt ad Mtem Regiam in arcem Senatores Regni, atque ii missi qui Principes et Oratores externorum Principum in arcem deducerent, quos Mtas Regia in Stuba ante eam cameram in qua Corpus repositum fuerat expectabat. Ies vero [?] Cameras Pannis [?] Cardinalis [?] cum Reginali vero Mtas cum filiabus et Matronis in Camera ex adverso ejus in qua Corpus situm sedebant. Quibus [?] Archiepiscopus cum Epis et Abbatibus infulatis Canonicisque Ecclesiae Cathedralis quos Corpus capere poterant convenerunt in eam cameram ubi Corpus depositum erat atque ibi Archiepiscopo incipiente Vigilias et Lectiones ac Laudes cantabant.

Feretra triginta pannis aureis operta sub porticibus Castelli stabant. In area Castelli ab ea parte ubi [?] est equi 30 Stragulis [?] tecti, qui singuli singulos ductores habebant eodemque loco 31 vexilliferi armati equis panno nigro contectis insidentes consistebant. Reliquam aream Cupis [?] nigris induti et cereos ardentes gestantes occupaverant.

Dum cantabant Vigilias Processiones quae in Plateam Canonicorum convenerant hoc ordine procedebant. Primi omnium ibant omnium Scholarum Scholastici, eos sequebantur Monachi omnium ordinum qui sunt in Civitate et Suburbiis, postea Sacerdotes omnium Ecclesiarum superpelliceis induti, deinde Vicarii [?] Collegiatarum quarum Cathedralis Ecclesia [?] Canonici Collegiatarum Ecclesiarum Post [?] S. Georgii et S. Michaelis [?]. Eos sequebantur Cathedralis Ecclesiae Canonici, sequebantur Magistri et Doctores Universitatis. Immediate [?] Abbates et Epi [?] ipsos sequuti sunt Abbates Canonici [?] post eos 4 [?] Abbates et Epi [?] inter duos [?] Archieps. inter duos [?] alter cum Cruce [?] Archiepi. et Epi [?] alter cum pedo alter cum Cruce D. Archiepi. deducti [?] illi duobus altero cum pedo altero cum Cruce [?]. Ordine sequuta sunt duo millia pauperum nigro panno vestitorum cum [?] cereis.

Ibant deinde vexilliferi eo ordine: 1. Zatoriense 2 Osvizimense 3 Chelmense 4 Sanocense 5 Haliciense 6 Przemisliense 7 Dobrzynense 8 Vielunense 9 Ravense 10 Mazoviae 11 Plocense 12 Belzense 13 Lublinense 14 Podoliae 15 Leopoliense 16 Cujaviae 17 Lanciciense 18 Siradiense 19 Calisiense 20 Sandomiriense 21 Posnaniense 22 Crac. 23 Terrarum Prussiae. 24 Homagiale Stolpen 25. Homagiale [?] 26 Homagiale Prussiae. 27 Magni Ducatus Lituaniae [?] 28 [?] 29 Ducatus Lituaniae 30 Regni Poloniae.

[?] Regni [?]. Postremus velato nigro tectus erat. Mox equi 30 Stragulis tecti ducebantur deinde 30 feretra, quae sequebatur Eques totus armatus equo [?] ferebatur [?] gladium nudatum ad terram acie obversa gerens. [?] armiger cum scuto armis regiis insigni hastaque ferro in terram demisso cum bandelio [?] in quo ab altera Regni, Magni Ducatus ab altera parte aquila [?] arma erant. Postremo [?] veste Regia nigra indutus vehebatur hunc pedes sequebantur Consiliarii Regni. Post eos ibant [?] Palatini Gladifer Regni Ensem. [?] Palatinus [?] Posnaniensis [?] Palatini insignia regni deportabant [?] Coronam [?] Sceptrum [?] Castellani [?] in Castellanis in feretro [?] Portabatur deinde Corpus Regium in Castellanis [?] ornatis armis regiis ab [?] Coloniensi [?] deinde panno insuper [?]. [?] Aulici ferebant [?] praecedentibus. Circum feretrum Centum faces aulici ferebant.

[?] feretrum secuta est S.R. M. inter Caesareum et Regis Romanorum [?] Oratores. Post eam Infantes regiae deducta [?] principibus. Deinde Reginalis Mtas a duobus principibus deducta Post eam Gynaeceum Reginale singulae inter duas Matronas primarias et reliqua turba quae adfuit [?]. Postremo Magistratus Urbis [?] In Ecclesiam [?] Canonicos Abbates et Epos ingredi [?] [?] insigniaque Regni [?] ea in feretro in quo Corpus [?] in Ecclesiam [?] Senatusque toto [?] erat collocabant.

Mtas Regia in stallo [?] Principes et Legatos [?]
Reginalis Mtas cum filiabus sinistram partem tenebat [?] ad sepulcrum demittebatur Regia Mtas [?] Corpus dum Corpus [?] Quo in testudinem demisso Regia Mtas cum Senatu [?] tenebat
in arcem rediit.

Ex veteri Diurnali

In summa tabella hanc habet inscriptionem. Sigismundus [?] Rex Pol. Supremus Dux Litu. Rus. Pruss. Mas. et [?], Regum specimen, virtutum norma, pietate, religione, sanctimonia, armis fecundus, multis victoriis clarus [?] [?] Christianissimus Regum [?]

1548 [?] Sigismundus [?] Regis [?] Julii [?] Sepultus [?]

Postridie ex eijusdem die Veneris convenerunt ad ordinationem omnes Missarum hora 8 residentes sunt prodire extra castrum venientes Regia Maiestas ac Reginalis cum Episcopis et sua ac Prin
cipibus Legatis cleroque in Ecclesia Processiones eo ipso ordine quo superius complexum est ex Arce
ad Divum Sm Ecclesiam prodibant apud omnes Ecclesias Campanis sonantibus quousque in arcem rediturus fuerat
et feretrum in quo Corpus elatum fuerat quod inter viarum portabatur quatuor Castellani
et Castellani patenas pecunia refertas ferebant quas in singulis Ecclesiis ad quas ibatur
in altare effunderent. quibus unus atque alter cum sacris pecuniis adstabant, quibus vacuas
patenas implebant. Apud Ecclesiam Divi Sm Dominus Episcopus Camenecensis missam cantavit
quod ita instituta erat. ut portam Chori Musicis intrantibus Kyrieleison inciperent
quod et in alijs Ecclesijs observatum est. In Ecclesia Divi Sm nihil praeter feretrum
nisi illatum neque ex processionibus praeter Canonicos Abbates et Episcopos ulli ingressi
Pauperes cum Cereis tortis. Vexilliferi. equique singulis tecti cum equo cataphracto
ac eo qui Regia veste indutus fuerat suo ordine in Platea foris stabant. item hi
qui hic eos ad Divum Sm Divi terminabatur ad altare accedit. oblationem fecit
Maiestas Regia mox et ingressa Ecclesiam fuerant redeunt post eos Episcopi Senatores
cum Reginalis Maiestas cum infantibus secuta. Deinde Principes Legati post eos
reliqui suo loco manentibus. Item sedentibus coeptum Offertorium Parata autem in omnibus Ecclesiis
ad quas ibatur erant suggesta instar Sedis nigro panno contecta supra
quae feretrum nigrum statuebatur ad cuius cornua 4 Castellani, cum patenis pecunia re
fertis adstabant et Agnus Dei cantari coepto, ad altare procedentes, pecuniam omnem ex pa
tenis in illud effundebant. In feretro autem dum missa cantabat Consiliarij regni insi
gnia locabant. Missa apud omnes Ecclesias finita eodem ordine ad S. Francisci Ecclesiam processum
est ubi Dominus Episcopus Chelmensis sacris operabatur. Diaconi eodem ordine sicuti dictum fuerant
ad divam Annam deinde eodem itum est ubi processiones in et circa Collegium
consisterant. Cerei torti, in platea cum equis et vexilliferis feretrum nigrum sublima
vite Crucifixi ... Missam cantavit
Inde ad S. Stephani processum est Missam cantavit Episcopus ...
A S. Stephano ad D. Virginis ibatur Cerei torti, equi vexilliferi ferebant in foro. ...
Episcopus Posnaniensis missam cantavit. Ultimo ad S. ... Venit Episcopus Vladislaviensis
sacris operabatur Redijt tandem in arcem eo ipso ordine pompa ac omnes suo loco con
sistentibus. Maiestas Regia in castrum invecta est. A prandio eiusdem diei Vigilias apud
omnes Ecclesias cantabant campanaeque sonabant. In Ecclesia Maiori Chorus uterque atque pavi
mentum panno nigro strati erant. Altare maius ... nigro in quo crux ex
panno aureo parata affabre erat. Arma regia in parietibus templi affixa per
totum erant. Supra sedem inter sedium candelis affixis ... apposita fuerant
in circuitu Chori candelis in argenteis candelabris disponebantur vario eo ordi
ne et modo omnes processiones et singula enumerata sicut feria sexta die Sabbathi
convenerunt. Ad summum altare erant omnes Episcopi Abbates Canonici Archidiaconi sacris operaturi
Ingresso Rege Chorum singulisque in locis suis pro cuiusvis dignitate constitutis. Circa Ky
rieleison Rex ad offertorium Caeteri deinde ordine suo processerunt. Cantato Evangelio
Concionem habuit Episcopus ... qua finita ad offertorium ... cum vero ...
cantari coepit eques Cataphractus equo insidens cum puero templum ingressus est usque
ad Cancellos interiores gladio quem ille distinctum gerebat, galea scuto, et haste
cerei parvi accensi affigebantur. Ibantque Regni Senatores, praeter eos qui regni
insignia portabant, ac primus quidem galeam alter scutum, tertius gladium quartus
hastam acceperant atque ea ... Regis et Principibus necessarijs et Legatis qui
aderant reddiderunt. Intereaque et qui insignia Regni gestabant ea ex feretro acce
perunt atque Agnus Dei cantari coepto. hoc ordine ad altare procedebant. Primus
ibat Gladifer cum gladio cum seculis est et pomum, post eum qui sceptrum mox qui loco
... ferebat Hos secuta Regia Maiestas galeam gestans deinde. deinde ibat
qui scutum post eum qui gladium post eum qui hastam portabat. Quo tempore armatus
in equo chorum ingressus apud feretrum cum impetu concidit. Qui vero insignia
portabant ea in altari deposuerunt Galeam autem Maiestas regia, scutum et gla
dium alij ante altare ... Postremus hastam qua ... potuit vi fregit
cuius eam partem ad quam Banderium affixum erat Regia Maiestas corripuit atque in altare
... tradidit primo ex Senatoribus Regni. Accedebant postea Cancellarij Vicecancellarius Regni
atque Marschalci omnes pro more faciebant illi sigilla isti baculos confringebant
hoc est Anno Domini 1549 die 14 Maij facta est ... et despensa
Universitatis ... ... et
Primo Rectorem Jacobi a Sczadek ...
Cum ... electus in Rectorem Jacobus a Clepars ... Vicecancellarius
Academia continuavit tribus Commutationibus ab eo ...

... Jacobus ... 1549

VI

De caede Scholarium in Schola Sanctorum omnium Cracoviae ~~facta~~ per Czarnkowsky facta

Anno domini 1549. die 14 Maij. facta est caedes Cracoviae in Schola Omnium Sanctorum per Andream Czarnkowski Sacerdotem, Praepositum Eccl[es]iae Cathedralis Cracoviensis: qui idem erat tum praepositus Ecc[lesi]ae Collegiatae Sanctorum Omnium: Regisque Sigismundi secundi Augusti Secretarius. Cunus, ut ait ille, teterrima belli causa fuit. Quale autem id scortum fuerit, cuius gratia Sacerdos iste, tam nefandum facinus patravit, operae pretium est scorti huius genus et nequitias pernoscere.

Juliana Cyanowska, ex pago Cracoviae vicino, femina forma ac facie liberali: nobili quidem orta genere, verum impudicae ~~[illegible]~~ vitae, turpem generi suo notam inussit. Haec cum non satis amplum sibi patrimonium videret, nec ulla casta venere pruriginem suam restingui posse sentiret: vitam meretriciam amplexa, pudoris atque opum meretricio quaestu partarum, prodiga nimium fuit. / quae postquam per vagos concubitus, et stuprorum sordes, permultos exegisset annos, forte fortuna in iuvenem aetate ac forma praestantem Martinum Casper Beer Consularis viri filium incidit. Qui scorti amore captus, non parvam paternarum facultatum clam raptarum, dum eam toto quadriennio fovet profudit. Tanto arsit meretricis amore, ut eam sibi uxorem summo studio desponsari contendisset. cuius fervori, dum parentes obstarent, et scelus hoc in familia sua, quae clara semper ac honesta fuit non ferrent, eo desperationis prolapsus est, ut dum ea illi uxor negatur, toto prorsus animo ab ea uxoria aversus, in Apostasiam se Lutheranismum praecipitaret. Ex homine pecus mutum factus.

Hac methamorphosi, parentes et consanguinei adolescentis tametsi gravi animi angore conficerentur: aequiore tamen animo monachum eum, quam impudicae uxoris maritum passi sunt. Juliana vero scortum illud putidum, simile vitae genus amplexa, in ~~[illegible]~~ quartam grandem Bernardinarum feminarum regulam, se etiam ex pacto et promisso conicit. ~~Nam hoc illo, dum sic distraherentur in ultimo [illegible], [illegible] ultimum [illegible]~~ utrique ut in ~~Monasterio~~ Monachismo, faecem aetatis Deo offerrent.

Abeunte itaque ~~[illegible]~~ amatore ad Monasterium, femina haec ante quam habitum Monachalem induisset: per integros sex menses, quo se libidine satiaret, assiduis stupris continuo vacavit. Die tandem 27 Julij: qui fuit

dicte Anne sacer. anno dni 1530: sumpto monasterio habitu,
regularem sedem publice professa est. Verum ex Juliano
non potuit esse Egiptiaca. que mox, abiecto velo, uti canis
ad vomitum, a Monachismo ad Priapismum reversa est.
Hec tandem etate in occiduum vergente, non intermittens assuetas
immunditias, scortum simul et lenam egit, cum aliorum multorum,
tum vero Bonarorum patris et filiorum eius: exoratorum hominum, precipue
autem Petri Opalenczki Sigismundi secundi Augusti regis Polonie
Magistri Curie, uxorem suam aspernantis, hominis immundi, et deum
non credentis. Ea, cum [illegible] adducere "aliquas illis" non posset, ipsa se libidini eorum
subiiciebat. Hoc eodem scelere cum tribus fratribus de Czarnkow
laborabat, qui iidem fuerunt nepotes ex sorore Opalenicij. quorum
unus erat Andreas Sacerdos prepositus: cuius initio mentio facta est.
Hi omnes, veluti canes, sine pudore, sine dei et hominum timore,
ea interdum Lena, interdum scorto abutebantur, plerumque vero ~~gregatim~~
simul atque gregatim. Cum autem hec flagitia tam manifesta
Maciejowski Eps Crac: ferret, ~~deinde~~ ferre ea deus amplius
noluit. igitur domos eorum, vix tribus cum scortis effugientibus
exussit. Sodome quasi atque Gomorre incendium illud vulgo passim dicebatur.
Quamobrem ipse Czarnkovius prepositus, ad aliam domum alterius prepositure
Sanctorum omnium sese transferens, nihil hac dei monitione
emendatus, in hisdem flagitiis veluti sus in volutabro volutabatur.
Quare Deus cecitate mentis in eo puniens, novo ac horrendo
cedis ac homicidii scelere cumulari permisit. ~~et in profundum peccatorum~~
~~[illegible] contemnere~~. Cedem enim, scorti huius causa, in schola
sue dicionis, ~~fieri fecit~~ servis immissis fieri fecit.
Cum enim scortum hoc putidum, primo noctis crepusculo, ad
ipsum Czarnkovium ~~[illegible]~~ ad libidinem duceretur, sibi adolescentuli
scholares aliquot foeditatem illam occurrentes, dixerunt, munusculum
hunc ad sacrificium nocturnum duci, in quo prepositus suus, holocaustum
diabolo gratum, facturus esset. Mox deductores illi, ad scorti irati
clamorem ultionem poscentis, facto impetu scolares illos pueros
in tergum vapulatos ~~fugere ad Scholam coegerunt~~.
fugientes in scolam usque persecuti sunt. Ad eum tumultum,
ceteri scolares maiores, invasorum vim, vi ~~[illegible]~~ represserunt.
Scortum ad Czarnkovium veniens, querela illum et fletu mendacio
incendit. qui collectis mox ~~atque armatis~~ famulis suis omnibus
~~[illegible]~~ et gladiis, lanceis, ~~[illegible]~~ Clipeis, hastis, ex armamentario
suo depromptis, egregie armatis, duce Rissekowski, immisit eos

in scholam ipsam. qui irrumpentes veluti ferae rabidae
scolarem unum nobilem [Georgium Gunnir a] Laurea transfixum necarunt, et alios
consauciarunt: digitos ac manus praeciderunt, plurimos
per fenestras deiectos, manibus ac pedibus refregerunt.
Eorum aliquot ~~qui nondum~~ mortuos nocte repertos, in Cloacam
abiecerunt, aliquos ~~fu~~ fimo equino coopertos, in Vistulam eiecerunt.
Caede hac peracta, Czarnkowius domo sua exiens, ~~abiit~~ ad
Joannem Coplik, Cracoviensem ac Lublinensem Archidiaconum
cinnalem et ~~[illegible]~~ congerronem suum. qui in pignore habitabat. abiit
ubi apparata caena, cum scorto illo putido, de rebus schola-
ribus triumphavit.

Hoc facto, commota est atrocitate facti universa civitas
Rex item, et aula, atque nobilitas universa dolentissime id
tulerunt. Rector cum doctoribus ac Magistris, totaque Academia
Cracoviensis, Czarnkowium, apud Samuelem Maciejowski Episcopum
Cracoviensem, regni Cancellarium, homicidii, violatae Academiae
accusarunt. Verum Episcopus in Czarnkowium clericum et praepositum Eccle-
siae, non modo non animadvertit, (erat is sector apud eum
ad admirationem usque gratiosus) sed etiam scholares tam rebus illis
quam reliquos omnes culpavit, reosque ac iusta passos esse dixit,
simul et Rectorem Magistrosque ac doctores Academiae, a causa
ut desisterent perterruit. eo quod in numero illo doctorum Magi-
~~Scholares itaque~~ strorumque, non erant viri rerum Mundi periti,
neque nobiles, quibus fortitudo indita est a natura atque magnanimitas
~~Scholares~~ Destituti itaque ductu consilioque doctorum ac maiorum suorum ~~destituti~~ scholares
soli adiuncta sibi ~~multa~~ Aulae regiae iuventute, ad regem venientes
Czarnkowium magna oratione contentione, homicidii in innocentes pueros
patrati, sacrosancti loci, pacis, iurisque publici violati accu-
sarunt. Accusarunt et Episcopum, quod eos criminarit atque illuserit.
Postulantes ut de homicidiis ~~[illegible]~~ autoreque caedis, iustum supplicium
sumeretur. Rex et totus fere Senatus caede hac, et nunquam
antea audito, scelere commotus, Czarnkowium, et Episcopum, sceleris
patronum odisse coepit, et responso scholaribus dato promisit
iustitiam se de homicidiis ministraturum. Negabat Czarn-
kowius iussu id suo factum, cum tamen vox eius, in illa caede
servitores ~~incendens~~ ~~[illegible]~~
audita fuerit ab his qui in Coemiterium convenerant.

[Margin notes:]
Pieniak Vilnensis necatus in sepulcro 1548 a Joanne a Schodet inscriptus
Et Academiae
lege: Clericum Praepositum Ecclesiae
res illa [illegible]

res a rege: Epo facta ~~contemneranta~~

Verum cum negligi ~~videretur a rege~~, per ~~[illegible]~~ facta ~~exclamationem~~ ~~[illegible]~~ videretur: scholares illi omnes si corpus illud exanime feretro ~~impositum~~ imponentes, ~~elatum~~ ~~in forum~~, sub pretorio ~~primum~~, postea in quatuor cornibus fori, in max^o totius Civitatis concursu, constitutum, atque ad exacuendam iram, odiumque incitandum in Czarnkowium ~~et [illegible]~~, per publicam proclamationem, de homicidio ipsum ~~et [illegible]~~ ~~[illegible] publico [illegible]~~, inculpari curarunt. Unde ad tumulum delatum cum sepulcrali pompa, ad Omnes Sanctos sepelierunt.

per forum circumtulerunt: et primum

Postridie ad regem iterum venerunt. iusticiam poscunt. Hic Maciejowski Epus, ut erat ad simulandum a natura factus, cognitionem ac iudicium de clerico suo ad se proprie pertinere dicens, rem committi sibi a rege deposcit. ~~[illegible]~~

in facie

~~[illegible] Czarnkowium~~

~~[illegible] Turrim Castrensem ire iubet, prius tamen de vita ac salute assecuratos, ut veluti specie ac forma quadam animadversionis ostensa, animos Academicorum mitigaret, quod quod factum tamen ut sicophanticum omnes riserunt ac detestati sunt.~~

atque inquirere simulatim in Czarnkowium orsus est. Nam praetermissis hiis quibus res nota erat civibus et secularibus viris, solos duntaxat Ceplicium Archidiaconum, ~~et alios Canonicos [illegible] presbyteros~~ ceterosque Czarnkowii asseclas ~~ac~~ commensales citavit, quos sciunt, ac iussit pro eo testimonium dicturos. Qui non verentes periurium in eo examine deposuerunt Czarnkowium, die cedis, domi suae non fuisse, sed ab hora meridiei, ad mediam usque noctem apud Ceplicium prandisse, cenasse, mansisse. Interea fratres Czarnkowii, et ipsi per se, et per alios, civibus illis vicinis qui ut res gesta sit viderant, et vocem ipsi servos incitantis ~~[illegible]~~ audierunt, minas, cedem, mortes, intenserunt, ne in fratris perniciem dicere aut hiscere auderent.

Sic Czarnkowius Maciejowio iudice, absolutus est. Servos tamen quibus ~~illos~~ carnifices illos in Turrim Castrensem ire iubet, prius tamen de vita atque salute assecuratos sit: ut ne capillus quidem de capite eorum casurus fuerit. Ut veluti specie quadam animadversionis ostensa, animos ~~academicorum~~ Scolarium irritatos

mitiga~~to redderet~~ ret. Quod factum tamen sicophanticum
omnes irriserunt ac detestati sunt.
Iubet deinde Rectorem Achademię, scolares omnes in
edem sancti Francisci convocare. eo se ipse, cum Mag(nifi)co
Joanne de Tarnow Castello Crac(oviensi) confert: Excusat Czarnkowium
causa in eo homicidii, culpamque ex testimoniis non invenisse.
mira arte dantur his verba. eoque omnis tendebat oratio.
Ut impune facinus transiisset.
Scholares, pubes illa generosa, videntes se esse ludibrio
accusata [in faciem] Episcopi iniquitate, et regis negligentia, templo egressi,
ac facto inter se consilio, unanimiter constituerunt, omnes
Achademiam [Crac.] urbemque relinquere, et ad Germanica gymnasia
se conferre. Postridie itaque mane, congregati omnes
in edem sancti Floriani, cantata per eos missa, cecinerunt
illachrimantes Responsorium illud Divisionis Apostolorum:
Ite in orbem universum: in maximo hominum concursu quibus
forum plateeque omnes, ~~ad novum genus spectaculi~~, complete
fuerunt: valedicentes sibi ipsis mutuo, populoque
universo, piis eos lachrimis prosequenti, dimisi in vi[as]
suas abierunt. ut vel hoc facto, scelus Czarnkowii,
simulque Episcopi iniquitas, et negligentia regis, omnibus
regnis Christianis nota fieret.
Adnixus est eos Rex digredientes, ~~revocare~~ per Aulicum
~~suum~~ ad eos missum revocare. Verum hi se ludibriis satis
aeque indignos se esse dixerunt. atque abierunt
Sic Academia: sic urbs Cracoviensis, sic scole omnes
deserte facte sunt, ~~ut non esset qui lectiones~~ sic lec: sic studia
gymnasii interiisse: sic cantus in Ecclesiis multo tempore siluit.
ut Episcopus ipse presbiteros gratialistas ad canendum in Ecclesia sua
Cathedrali coactus fuerit, [pretio] conducere. Similiter et reliquarum
Parochiarum Plebani, consulesque Crac. conducebant ad
canendum in templis nunc hos, nunc illos partim presbiteros,
partim Laicos literatos. Tristis erat civitas ornamento illo

70

iuuentutib viduata. Regi maledicere omnes, q uim atq cedem factam: q pacem publicam, q ius ciue, q scolam violatam, q pueros innocentes necatos non vindicarit, nec homicidas non authorem cedis merito supplicio affici curarit.

In Epm fremere omnes, Nam ad vetus illud odium, quod, ob matrimonium regis cum Lituana Barbara, a se promotum incurrerat, nouo hoc accedente, ingens in eum odium coortum fuit, quo adeo deflagrauit, vt ad extremum vsq vite sue diem, apud vniuersos regni ordines despectibilis fuerit: cum tamen apud eosd gratiosissimus antea fuerit. Tanti constitit ei inconsulta illa in homines nequam beneuolentia. Quem etiam ad summos Epatus regni, ac ad officium Cancellariatus, omni humana arte attollere nitebatur. Stromata preterea, poemata, rithmi, scripture, picture, cantilene ~~uile~~ famose in Epm et Czarnkowium scribebantur, iactabantur, canebantur, que ne ~~fierent~~ edictis quidem regiis seuerissimis inhiberi potuerunt.

Quantus autem ardor vindicte ~~[illegible]~~ in ipsum Czarnkowium fuerit, vel ex eo facile perspici potest, q pueri scholares mendicantes, quorum adhuc tum nonnulle reliquie in vrbe substiterant, quibus ~~[illegible]~~ arma illis atq vires deessent, animus tamen vlciscendi hostem suum non defuit: qui correptis lapidibus, et qua poterant vi ~~[illegible]~~ coniectis, in domum eius impetum cum clamore fecerunt: et fenestris, tectis ornamentis perfractis: domum eius deturparunt. Hunc eundem paucis post diebus, ex suburbano redeuntem per forum conspirati, tantum in eum impetum fecerunt, vt fugere per totum forum cum suis cogeretur, quem, cum lapides illis deessent atq arma, ollis cibis plenis a tergo atq a lateribus cum clamore atq cursu coniectis, fugientem contuderunt, fedaruntq, vt spectaculum ridendum hominibus exhibens, in domum vidue Carlowa aperta irrumpens, clauso mox ostio, tueri se ab impetu illo puerorum, coactus fuerit. Et si qua vim illis afferre tentasset: erant parati e plebe. qui pro pueris contra illum dimicarent.

Ceterum homicidae illi, non modo non puniti, sed etiam liberi salvique ut eis fuit promissum, e carcere dimissi sunt. Quorum antesignanum, qui manu sua scholarem ~~[illegible]~~ interfecit, Rzeczkoskium nomine, collaudatum, Czarnkowius sacri praepositus, pro mercede homicidii, Altari in Ecclesia Cathedrali Cracoviensi; insuper et Canonicatu Posnaniensi donavit. Quum etiam et Czarnkowski ipse hac ~~fi~~ fide promeruit, ut fieret, prout brevi post factus est, Episcopus Posnaniensis. Proinde. Si vis esse aliquid: Aude magnum aliquid et grandibus Giaris dignum.

Ad extremum vero, Episcopus Maciowski, vocato ocius ~~[illegible]~~ innocentis iuvenis patre, pecunia ei pro occiso numerata, sycophantiis solitis, illum ab impetitione Czarnkowii deterruit. Sic Moestus pater, videns leges non valere, neque in rege spem esse, neque supplicium nefariorum hominum fieri, a causa destitit, flensque atque moerens abiit.

At non passus est Deus iustus Judex, diuturna hanc esse Maciowio letitia, suscitavit subito odium in illum cunctorum hominum, mox hydropem immisit, post foeda morte sustulit, ut non dimidiaret dies suos in terra.

Czarnkowius vero vivus quidem adhuc podagra, chiragra Franczosa ~~[illegible]~~, ex stupris contracta, male hic torquetur in terra: caecitate mentis percussus, non officio pastorali fungitur, non Ecclesiam ab hereticis tuetur, non it ad templum, non Missas, non divina officia audit, non solvit debita, eleemosinam non dat ~~[illegible]~~. familiarium non habet: famem patitur, subditos Ecclesiae spoliat, pecunia avare colligit. Deum non credit. Mox mancipium Diaboli futurus. quem Dei iustitia punire hic coepit in terra, ut ~~infini~~ magna faciendis poenis ‡ puniat post mortem in aeternum.

‡ damnatum apud Inferos

Varia Opuscula

Tomus iiii [illegible]

Scholastica [illegible]

4

Anno domini 1549. hec mandata
regia publicata sunt omnibus, cum stu-
diosi paulo inquietiores facti sunt, pro-
pter homicidium perpetratum in schola
omnium sanctorum. per familiarem D. Czarn-
kowsky, prepositi omnium sanctorum Cracov.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Ma-
gnus Dux Lithuaniae Russiae Mazoviae Samo-
gitiae Dominus et Haeres. Hanc historiam descripsit Bielsky
in vita Sigismundi Augusti [illegible] non multum

Universis et singulis Rectori, Docto[illegible] Magi-
stris, Baccalaureis, Studentibus, Caeterisque Universi-
tatis Cracoviensis membris, notum esse volumus, quod cum
hodierno die ad nos Venerabilis Rector cum Doctoribus
et Magistris Universitatis Cracoviensis venisset a no-
bis magna contentione peteret, ut iustitiam de vi o-
mnium Sanctorum Scholae facta administrari manda-
remus. Atque ipsi etiam administraremus, et vos vio-
lata per consulatum Cracoviensem capitis quibusdam
Scholasticis privilegia vestra in pristinam integritatem

Audientia fuit in templo S. Fran-
cisci, aderant senatores regni, et o-
nil ferre. arma regia putabant homini

2

restitueremus: ac in violatores eorum animadverte-
remus. Nos etsi de vi ~~ante~~ arbore Rmo in Chro pri
Epo Cracovien iudicium detuleramus animo quie-
scimus cum videre Sclam Legitimum ordinem contra
inculpatum actionem instituisse, tamen volentes ut
omnibus celerior iustitia administraretur, et ut privi-
legia vra Scta et integrata maneant hodie ad
decimam nonam horam tempus vobis designamus, Ut
in Curia Veteri Episcopali coram Consiliariis
nris quos ad id designavimus, omnes et singuli
nullo animi deposito compareatis Ubi et iustitia
de [illegible]ministretur dabunt operam Consiliarii no-
stri. Quod ut facerent Sertio eis praecepimus,
et iidem quid de violatis privilegiis vestris ac
aliis iniuriis facere velimus exponent Et senten-
tiam nram ac Voluntate omnibus denuntiabunt.
Quod ne aliter faciatis sub gravi animadversione
~~nra~~ mandamus Dat Cracovie iii Ju-
nii Anno Domini M° D° XL° IX° Re-
gni vero nri XX°

Mandatum sacrae Re-
giae Mtis proprium.

#

Aliud mandatum S. M.tis Regiæ publicatur, ut infra.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithwaniæ Russiæ Prussiæ Mazoviæ etc. Dominus et Hæres.

Universis et singulis notum testatumque esse volumus. Quod cum esset ad nos perlatum effrenata quorundam insolentia tu[illegible]tate iam Crac. incitari [illegible], Sacra Dei immortalis deseri, turbari pacem publicam, contemni legitima imperia: non posse exagitata multitudine Idolastricorum à suis protestis contineri: ad nostrum officium pertinere iudicavimus: ut eam nos alienis (uti putamus) furoribus incitatam, nostra authoritate compescamus.

In primis denuntiamus Universis, hocque edictum

publicamus, quod eos in fidem et protectionem no:
stram Regiam accipimus: quin et Liberalita:
te munificentiaque Regia prolixe prosequimur: qui:
cunque ad nos detulerint authores et duces huius
tumultus: qui hic in absentia nostra sunt excitati.
Sub pretextu quasi honesto (uti apparet) sed re-
vera turpi odio et seditione plena, ac eventu
periculoso: quod scilicet de violentia loco religioso
illata iustitiam non administrari putent, quam nos se:
cundum iuris legitimum processum fieri iussimus, et
ex [illegible] agi contra eum qui nominis infamata:
tus est ordine iuris necessario sinimus. Porro
aut quicunque delati et deprehensi fuerint qui
alios incitent: a studiis literarum: a Sacris, ab
hac denique urbe abducant, qui pacem publicam
turbant, in eos pena capitis sumus animadversuri.
Praeterea quod non excitata Magistratus sui legitti:
mi sententia: sursum ac deorsum miscendo omnia:
obedientiam temere excutiunt, turbant pacem, impe:

dunt studia litterarum, sacra propagant.

Eos vero qui pacis: honestatis: litterarū studiosi sunt: manere hic et expectare iudicij sententiā volunt in fidem et protectionem nram Regiam accipimus, et salvo conductu nro corū saluti et incolumitati cavemus quos hic pro expres: sis habere volumus: ut salui et incolumes ab oī vi ac insidijs hoc nro salvo conductu esse possint: sub pena in violatores salui conductus in: stituta.

Nec minus eos oēs qui de vi locis religio: sis illata, ac de iniuria sua suorumue queri volent aut antea sūt questi: qui nec conuenticu: la aliqua libertatum ac privilegiorū commur: sitatis conservandorū causa cogebant, manereq et ipsi hic volent: et contra quoslibet vt suos vt locorū religiosorū violatores actionem instituē: re: et causam instruere in animo habebunt eos salvo conductu nro tutos et securos esse volumꝰ.

6

in fide et protectione nra futuros.

Pollicemur autem verbo fideque nra Regia nos ad omnia quorum interest iustitia mandata dicturos: vt iustitia de vi celeriter administretur et causa istarum turbarum precidatur Harum testimonio lrarum quibus Sigillum nostrum est appressum Datae Cracoviae iij Junij Anno Domini 1549. Regni vero nri xx°

Ad Mandatum S. R. Mtis proprium

Tertium mandatum, quod appositum erat ad fores templi, in aede Beatissimae Virginis in Circo, manu adscriptum ...

Sigismundus Augustus Dei gratia, Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiae dominus et haeres.

\+

Vniversis et Singulis quorum interest teno-
re presentiū significamus intellexisse nos cer-
torum hominū delatione superesse in hac urbe
nonnullos Scholasticos, adolescentes quietos et
mansuetos, qui vesana illa temerariae multitu-
dinis conspiratione contempta in bonarū lrarum
Studio manendum hic sibi potius, quam in turbis et
tumultibus concitandis insaniendum putaverint,
non posse tñ eos, ut hac ipsa Studia, quorū
causa hic constiterunt, prosequi ut ceremonias,
religiones, cantus in templis exercere [illegible] quo-
rundā eos plurimū minis, plurimū persuasionibus ab
officio abducentiū improbitatem. Itaque per hoc
nrum publicū edictum denuntiare nos: ita
ut denuntiamus, quod tam hos qui hic super-
sunt ad Collegia, Bursas, Scholas, seu alia
quevis loca habitant, Studiaque sua prosequi et
cantus et alias ceremonias in eclīs exercere volunt,
quam omnes artium professores quorumque nomine

vocentur, ac Ludi Mgros, Cantoresq[ue] in protectionē
ac defensionem n[ost]ram Regiā accipimus. Saluum
conductū publicum illis concedentes. illos vero qui
istos vt terrore minis vt vllis disuasionibus ab
instituto abducere comperientur. Justis pœnis in
violatores salui conductus ac sacrilegos religio:
num prophanatores constitutis, prosecuturos nos pol:
licemur quicunq[ue] illi fuerint etc ex n[ost]ris cha:
rissimis vt nos authoritatem et dignitatem ædi:
storū nostrorū posse omnes retinere intelligant.
Harum quibus Sigillum n[ost]rum est impressum
testimonio l[itte]rarum. Datæ Cracoviæ XV Iu
nij Anno D[omi]ni 1549. Regni n[ost]ri XX°

Sigismundus Augu:
Scus R[e]x s[ub]s[crip]s[it]

Ad mandatum S[acrae] R[egiae]
M[aies]t[at]is p[ro]p[ri]um.

Mandatum Regium contra apostatam ministrum ordi:
nis S. Francisci Cracoviae In Iunio oblatum

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae magnus
Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiaeque etc.
dominus et haeres. Universis et singulis Capi:
taneis, subditisque nostris cuiuscunque status aut conditionis
existentibus, sincere et fidelibus dilectis gratiam nostram
Regiam. S. et F. Albertus Lismaninus Corcyraeus ordinis
conventualium S. Francisci antea minister, nunc
vero ob eius ordinis ~~apostasiam~~ apostata haereticis sa:
cramentariorum erroribus infectus nuper in re:
gnum nostrum venit, cum autem huius labis contagio mul:
ta gravia civitatibus ac rebus publicis incommo:
da afferre soleat, utque alia bella et gravissimos mo:
tus aut mutationes in rebus publicis excitare, id quod
externarum rerum publicarum nullis exemplis proxi:
mis in quibus gravissimae hoc tempore graves mutatio:
nes extiterunt, unde fore ab eo malo praeser:
vent, in aliquibus vero nuper constitutis veluti peste
quadam extinctis summo studio atque diligentia ex:
terminatur. Itaque iisdem nos magis obviam
ire cupientes ac pro legibus Romanorum ac divinarum
institutis hunc ipsum Lismaninum Corcyraeum apo:
statam et haereticum ho[minem] toto regno nostro pro:
scripsimus, ac bannivimus, proscribimus et ban:
nimus, perditis bonis, dimovemusque ac mandamusque
S. et F. vestris ut quibuscunque in domibus pagis civita:
tibus suis recipiat, neve ullo in loco, qui vi:

10

eo contra fecerint in eos tanquam maiestatis nostrae legumque ac tranquillitatis publicae violatores animadvertere faciemus, Capitaneis vero, praeconsulibus et aliis Magistratibus Regni nostri mandamus ut praesentem praescriptionem ac [illegible] ubique in institutionibus suis publicent, et si post hanc publicationem [illegible] Lismanninus [illegible] in Regno dominiisque nostris versari ausus fuerit eo capiant [illegible] ac tanquam inviolatorem Maiestatis nostrae et edicti nobis ad animadvertendum, secus pro gratia nostra facere non ausuri Datum in [illegible] 13 Maij anno domini 1556

Sigismundus Augustus Rex [illegible]

Ad mandatum S. M. Regiae proprium

+

Copia l[itte]rarum, quas misit Paulus Molanus vir apprime doctus professor studij vitembergen: ad Ducem Mauritium Saxoniæ in anno dom[ini] 1552 cum tumultus contra Carolum quintum, Cæsare augustiss: excitati fuerunt in Germania

Quamvis de occultis principum coeptis nihil sciam, nec etiam quicquam scire cupiam, officij tamen mei ~~esse~~ esse puto, quod ex aliis magno cum dolore ~~[illegible]~~ cognovi celsitudini vestrae ea prae:scribo, quatenus eidem obsequenti fideli animo, quae ad me ex provinciis externis sunt rela:ta insinuata esse volo. Iam vide a biennio Principes consilia communicasse et praeterea nuper cum Franciae Rege, coronatoque ab eo accepisse, et alias etiam in partes suas pertraxerunt, atque illud imprimis praescripserunt, ut Episcoporum ditiones et Episcopatus inter se di:videre velint, atque ex iis quidam imperium

248

dixit nec dum quidem in vase suo cervisiā
esse, sed brevi iam inibi fore, iactant se
etiam expeditum celsitudinē vestram in hanc
factionem detractam iri.
Ego quidem nihil dubito, quin conspiratio ista
Celsitudini vestrae probe sit cognita, ut Cel: vra
per se ipsam quid facto opus sit, ac deliberata
statuet, ipsi sedulo Deum oro, ut Cel: vrae
consilia clementer regat atque gubernet.
Tacere aut non possum quin Cel: vra solli-
citas admodū cogitationes meas, a fido pror-
sus et fideli animo profectas, declarem, debe-
ret sane aequitate postulante Caesar Celsi-
tudini vrae praestare quod ei de Landgra-
vio se facturum recepit, Etiā ut atque ebrias
deliberandum venit satis ne sit causae, quam-
obrem una cum certis atque inaequalibus homi-
nibus, bellum tam periculosum, quam pestila-
tem toti Germanico imperio afferre possit
a Celsi: vra moveri debeat. Primum quan-
tum ad incertas istas practicas attinet,
Experientia docet, Galliae Reges, Principes
Germanos saepenumero cōtra ordinariā potesta-
tem suam concitasse, sed eos deinde in me-
dio periculo deseruisse, Ego in brevi haec

vita mea plerisque memini exemplorum
palatinorum ad Rhenum, Wirtenbergensium ducibus,
Lunebergensium, Luberi, (additum reperitur
Principibus Ichtasserum) tum ad compertum
mihi est Franciscum Galliae Regem, Caesa:
leas Joannis Friderici Saxoniae ducis, et Land:
gravib, de conspiratione grandia edictas expe:
sentasse. Sentio gravissimum illud esse de Gal:
liae Rege quod Turcas sibi coniunxit, Item magna
consideranda esse conspiratorum istorum hominum
magnalitas, conversionem atque innovationem
rerum sperantium, Horum si illud est ceptum, et
consilium, ut Caesarem (sic enim isti loquun:
tur) debilitent. Et Episcopatus inter se
dispertiant, non dubie copijs suis partes Celsi:
Vrae adiuvabunt, imbuebunt eum laudibus, quam
primum eorum aliquem comperiet cui magis
sint, quam Cel: Vra: aut numerum istorum
dominorum alieni, aut etiam captivo ipso
duo, si illum Caesar vincentis solutum cum Cel:
Vram libertate donavit. Item si
Item quam primum Gallus animadverterit
Hominum istorum in Germania consilium
esse, ut ordinem Episcopalem opprimat

et extinguerent, dubium non est quin Pontifex Ro-
manus, Caesar, et ipse Gallus, ad concordiam
sint redituri, Gallus namque ferre onera
nequit, et Episcoporum sanctitudo pessum-
detur.   Interim Deum istorum con-
tus Episcopatus partes et profanare, et Re-
gnum novum instituere volentium, certus et
apertus est tumultus seditio et vis iniquissima,
cui Deus non confert successum iuxta regu-
lam illam, qui gladium sumit gladio peribit;
periculosum itaque est et iniquum hominibus eius-
modi sese adiungere, ac tametsi ab initio
incepto tali successus aliquis esset, solent
tamen illi et non minus celsitudo vestra novit,
ut eos evertat qui res novas contra potestatem
moliuntur, qualia exempla in Germania
quoque imperio nostro extitere. Manifestum prae-
terea est, quam saepe universae Europae
vires et opes Romani Pontificis, Franciae,
Venetorum, Hispanorum etiam ex parte qui-
dam Germanorum conatae sint Caesarem
istum opprimere, verum frustra fuere omnia.
Sed Deus illi victoriam triumphosque concessit,
Porro quod audenti dicam quod in mundo ille
esse, ut in omnibus meas inveniat per ex-

agnitionem Concilij, non esse satis ut rex ad bellum
atque tumultus excitandos, sed regulam illam
servare convenit Date que Dei sunt Deo, et
que Caesaris sunt Caesari. Item non sunt faci-
enda mala ut eveniant bona, verum hac
prudentia opus est. Ante plures annos audi-
vi, et nuper quoque de quodam audivi, sed
ea non sunt prudentie, sed potius temeritatis,
et aperte repugnat regule de vocatione. Postre-
mo Cel: vestram et Principes electores lau-
datissimos per immortalem Deum oro cogitent
ea, quod sit ordinaria potestas et bene per ele-
ctores atque Principes et ordines constituta
imperij in confessionem et veritatem cogere et
ita omnia miscere, et stragis eiusmodi nemo fi-
nem aliquem cernere queat.
Celsitudo vestra perpendet quanta rerum confu-
sio subsequuta fuerat si in primo tumultu
Caesar succubuisset, et heredes illi domini ma-
gis inter sese certare debuissent, sive utique
fuissent factiones quas Principes novae co-
niurationes, secte, et dissidia in religione
consequuta fuisset, quod profecto nunc quoque
evenisset. Verum id a Cel: vestra et princip

250
247

Tanta et huius rei magnitudo, tanti eius
periculum, ut nemo hominum in corde suo
detrimentum et cladem eam considerare que-
at, quae inde provenisset, si incendii exstin-
cti flamma excitaretur, scriptum est in vetu-
sto a scandalis, translatio ipso perfecto di-
gna non est. Dominus noster Jesus Christus digne-
tur benigne Coel: regnum gubernare atque tueri.

Caesari Ottoni primo, sex magni princi-
pes adversarii fuere. Henricus frater
eius natu grandior, Dux bavarius. Lu-
dolphus primogenitus filius eius, Dux
Sueviae (utrique in gratiam et captivitatem
Caesaris pervenerunt) Arnoldus dux Nori-
garum, Ebergardus Palatinus (qui in
conflictu confossus est) Giselbertus Dux
Lotharingiae (qui fugiens in Rheno sub-
mersus est) Fridericus Episcopus Mo-
guntinensis (qui ab Ottone captus et po-
stea libere dimissus est) habuerunt hi opes
et subsidia ex Francia.

Judicium Astronomi praecipui Vitenbergen.

Audio certum locum esse diffinitum in quo
dominus considerati cum suis copijs convenient,
ut Imperatorem Carolum armata manu
aggrediantur, et ex imperio eiiciant, sed de
evento quod de futuris contingentibus non sit
determinata veritas nihil certi statuere
possumus, si ex copijs iudicare volumus,
certe dimicatio sperabitur, adeo cum Cesar qui-
dem existimet, Imo Principes instruent sua
ut nemo illis resistere possit. Si vero astra
in dere consulant, certum est quod Imperatorij
magis quam illis faveant. Cumque plus si-
gnificationibus astrorum quam magnis copijs
tribuam. Non possum non Caroli victoriam
promittere, etiamsi fere omnes etiam ex ijs qui
sapientes videri volunt contrarium sentiant,
non enim robore militum sed Deus exercituum
exitum proeliorum gubernat, qui Coelum ideo
stellis ornavit, ut eruditi exposita causa
de eventibus tum iudicent, quatenus humana
ratio assequi potest.

Copia literarum Regiarum ad Rectorem Universitatis Cracoviensis super Cometa visa. 1556

Venerabili nostro domino Mathiae Laszki Rectori acade-
miae Cracoviensis fideli nobis dilecto.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae etc.
Venerabilis devote nobis dilecte. Cum inde ab ini-
tio mensis Martii appareat hic stella comata
pernox, quam istic etiam aspici arbitramur, et ab
astrologis diligenter observatam esse arbitramur,
cumque huiusmodi stellae, miseriam aliquam portend-
ere soleant, scire nos desideramus sane,
quid haec modo portendat, utrumque quod natu-
rae esse sciuntur celestium corporum effectibus,
vel vel divino arcano, et mitigari declinarique
ita ut humana industria, ac ope divi-
na possint, Iniungimus igitur [illegible] tibi, ut
requiras astrologos qui istic sunt ut situm
et motum, et [illegible] [illegible] cum ipsius tempo-
re accurate investigatam describant, indicentque
simul quid ea quibusve, et unde, et quid his
portendat, distincte ac dilucide adiungant,
atque haec [illegible] fidei tuae [illegible] sine mora nobis
transmittat. Pro gratia nostra. Datum Vilnae
iiij Aprilis anno domini 1556
Regni nostri XXVII

Ad mandatum sacrae Regiae Maiestatis proprium

Inceperunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Martii hora sex [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Cracoviae Andrea Zebridowski absente [illegible]
integrum [illegible]

Noua quae missa sunt de Vienna
Anno dni 1556 die 22 Julij Cracoviae
eo tenore verborum descripta sunt
Missa ex Vienna 26 Junij anno 1556

Noua Romanorum, Hungariae, et Boemiae
Regiae Mti Ferdinando ab eius legato suo ex Con-
stantinopoli missa: 15 Maij anno 1556.

De Cometa, qui nuper mense Martij hic vi-
sus est plura scribere non opus esse putaui, cum
etiam in Austria illum visum fuisse audiuimus.
Habuit ille cometa septentrionem caudam longissi-
mam et durauit 12 dies.

Mense aprili proximo dilatatus est in grande Rosia-
na Ciuitati Asyriae nouae, triginta aut quadra-
ginta milliaribus hinc, magnus et terribilis
terrae motus, quo fere tota illa Ciuitas subuer-
sa fuit, multi homines perierunt, sed de his satis.

Tempore 10 ~~die~~ dierum mensis Maij hora prima
vel secunda ante auroram dilatabatur hic Constan-
tinopoli tantus terribilis terrae motus, quod pa-
rum abfuit, quin dicta Ciuitas aliquid ~~multitudi-~~
~~ni~~ magni damni accepisset, corruerunt enim
turres, et edificia infinita, hominesque multi ruina

interfecti sunt. Necnon hospicium quod [illegible] sanctissim[illegible]
vix quin aliquid magni incommodi intellexisset [illegible]
patriarcha abfuit, qui tecto et rebus omnibus praeterissem[illegible]
[illegible] cum [illegible] et habitationibus iam ruinam mi-
nabatur. Eodem terrae motu, templum divae [illegible]
Sophiae magnum damnum passum est, quod [illegible]
Thurcarum plerumque visitare solet. Necnon pal[illegible]
Adrianopolitanum, et magna murorum pars collapsa
quod Thurcis maximum timorem incussit: Ita quod Im-
perator, et isti magni domini quasi iam in campis
et hortibus suis vivant. Nos autem misericordia Dei
nos quod Stambulae residentibus, in nostro hospitio
partim lacerato et ruinoso: manere debemus. [illegible]
terrae motus eadem durarunt, tertia vero die, post[illegible]
[illegible] fuit [illegible] mensis, apparuit quidam planeta mi-
rabilis splendore, qui lunae ita coniunctus fuit
ut ei inhaerere videbatur. Datum Constanti-
nopoli [illegible] Calamo: 15 die Maij anno
1556.

Vestrae Maiestatis Regiae

F: [illegible]
[illegible]

253
150

75

SIGISMVNDVS AVGVSTVS

Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæq, &c &c. Dominus et Hæres Significamus præsentibus literis quorum interest Vniuersis. Cum non maiore cura & sollicitudine prospicere Reges oporteat, vt Regnum ab externis hostibus tutum sit, quam vt domi iuuentus rectè instituatur, quæ & militum & Senatus est seminarium prudenter maiores nostri Regno huic consuluerunt, qui in Ciuitate hac Cracouien primaria Regni nostri Academiam instituerunt, in eamq, Viros non doctrina magis, quàm vitæ integritate conspicuos induxerunt, a quibus iuuentus non literas modo disceret sed et omnium aliarum virtutum studijs instituerêtur quæ in initijs suis ita effloruerat vt frequentia cum omnibus Europæ Academijs certaret: varietate vero doctrinarum nulli cederet: quo factum est: vt permulti ex ea viri prodierint, qui Reipublicæ gubernaculis admoti magno vsui & ornamento tàm illi quam Regibus fuerunt, Sed iniquitate temporum accidit, vt paulatim decreuerit, Professoresq, quibus olim summus honos debebatur contemni frigereq, omnia studia ac remitti cepta sint. ita vt homines nostri magno sumptu quærere ea apud externos ceperint, quæ domi paruo impendio assequi potuerunt. Posteaquam autem in Solio Regni huius per Dei misericordiam consedimus, imitandos nobis maiores nostros quorum virtutum etiam nunc vestigia in Regno hoc cernuntur, proposuerimus: & inter cætera Academiam Cracouien a situ et squallore vindicandam esse nobis putauimus. Cum præsertim ad eam rem nos quidem currentes Reueren in Chro Pater Dominus Samuel Macieiowski Episcopus Cracouien & Regni nostri Cancellarius hortari et monere non desistat. Et cum in initiis istis Regni nostri, nondum se nobis occasio obtulerit nostræ voluntatis exequendæ; vt tamen habeat Academia ipsa nostræ in se gratiæ testimonium Studijq, nostri in augenda illa & ornanda pignus, dedimus illi et incorporauimus damusq & incorporamus Ius patronatus & præsentandi ad Ecclesias Parochiales iurispatronatus nostri in Oppido Prosschouice & villis Przemykow et Korczyn in præfectura Nouæ Ciuitatis temporibus perpetuis.

254.
2 51

76.

Adimen' nobis & Succeſſoribus noſtris, ius omne præſentandi ad Eccleſias prædictas: illudq totum in Academiam Cracouien' transferen' ita q quotiescunq Eccleſiæ prædictæ per ceſsum vel deceſsum primo quoq tempore vacauerint: non obſtantibus quibuslibet donationibus iurispatronatus vel alys quibuscunq conceſsionibus, si quæ per nos aut per Prædeceſſores noſtros quocunq modo datæ aut conceſſæ ſunt: quibus derogari volumus publicæ vtilitatis cauſa, quam priuatis cuiusuis rationibus proponendam duximus proponimusq. Rector Vniuerſitatis Cracouien' cum Doctoribus omnium facultatum Vniuerſitati ſubiectis ac Magiſtris quos vocant salariatis, hominem doctum & probum ſiue ex Doctoribus ſiue ex Magiſtris Maioris aut Minoris domus profiten' et legentibus, ad eas et ad earum quamlibet præsentare ex pluralitate votorum poſſint. Quam præſentationem eorum a Reueren' in Chro Patre Domino Episcopo Cracouien' pro tempore exiſten' ſeu eius in Spiritualibus Vicario suscipi quemadmodum noſtra semper suscipitur. Præſentatumq eiusmodi & præſentatos quotiescunq præſentabuntur ad eas ipſas Eccleſias inſtitui & inueſtiri volumus; vt autem eius noſtri donationis fructus ad plures perueniat: Volumus vt Reueren' in Chro Pater Dominus Eppus Cracouien' cum Rectore Conſiliariisq Vniuerſitatis ac Decanis Facultatum, conſilio communicato authoritate ordinaria certa parte prouentuum Eccleſiarum prædictarum Plebano et Miniſtris illarum, si prouiſi non ſint relictis reliquos omnes prouentus diſmembratos Vniuerſitati vniat et incorporet. Ex quibus quidem prouentibus diſmembratis Rector cum Conſiliariis Decanis & Senioribus Patribus Vniuerſitatis Stipendia Profeſſoribus qui maxime idonei inſtituendæ iuuentuti fuerint augeat, non ita tamen ea alliget vt augeri, minui mutariuè pro diligentia vel negligentia Profeſſorum non poſſint. Ac eiusmodi ordinatione sacra at quæ maxime illi ad agendam Academiam excitandaq hominum Studia ad literas bonas pertinere ex conſilio superius scriptorum videbitur. Ad quam rem noſtram etiam authoritatem Regiam quatenus ad nos ea res pertinet illi impartimur. Promittimus autem verbo noſtro Regio & præsentibus, nos Succeſſoresq noſtros Reges Poloniæ obligamus. Quod ab omnibus qui Academiæ Cracouien' occaſione Eccleſiarum prædictarum exhiben' negotium voluerint tueri eam & vindicare volumus: in eos vero qui impetrationibus Romanis aliisq Cortiſanicis iuribus vexare ſiue Academiam ſiue priuatas perſonas. Poſſeſſoresue earum Eccleſiarum auſi fuerint. Quandoquidem

noſtri in=

nostri iurispatronatus semper fuerunt, pœnis proscriptionis, bannitionis bonorumq confiscationis Statutis Regni contra Cortizanos æditis animaduertemus. Mandamusq Capitaneo Cracouien pro tempore existen, vt contra eiusmodi ad pœnas superius scriptas quoties opus fuerit procedat. Vniuersitatemq & personas quascunq priuatas quibus propter Ecclesias prædictas negotium facesseretur tueatur et defendat. In cuius rei fidem et firmius testimonium subscripsimq & sigillum nostrum appendi iussimus. Actum et datum Piotrcouiæ in conuentione Regni generali feria quarta infra octauas Corporis Christi proxima Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo. Regni vero nostri Anno vigesimo primo. :: &

Sigismundus Augustus Rex.

Postea subsecuta est Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo Die Mercurij quatuordecima Mensis January Confirmatio Loci ordinary super donatione Iurispatronatus istius a Ioanne Przerembski Sede vacante Episcopatus Cracouien Administratore. quæ authentice asseruatur in Capsula duodecima

Nouissime autem a Philippo Padniewski Archidiacono et Petro Myszkowski Scholastico uti Iudicibus Commissarijs, a Reuerendissimo Domino Andrea Zebrzydowski, Episcopo Cracouien Deputatis (qui iuxta diploma Regium Parochis & Vniuersitati dismembrationem Prouentuum ex incorporatis ea hisce Plebanatibus fecerant) subsecuta est talis Ordinatio

In Nomine Domini Amen. Per hoc præsens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter et sit notum. Quomodo Anno a Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo quarto. Indictione duodecima Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Iulij diuina prouidentia Papæ tertij Anno tertio Die vero vigesima nona Mensis Ianuarij. In mei Notary publici & Testium infra Scriptor ad hoc vocatorum specialiter & rogatorum præsentia personalr constituti Rndi & Venerabiles Viri domini Antonius a Napachanie Decanus Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Floriani in Kleparz & in antiqua Korczyn Plebanus ac Almæ Vniuersitatis Studij generalis Cracouien Rector Nicolaq a Schadek Canonicus Cracouien. Michael a Vislica Sancti Floriani in Kleparz Custos. Benedictus a Cosmin Archidiaconus Sandomirien & Canonicus Sancti Floriani in Kleparz Sacræ Th. D. Adamus Mathlia in Luborzyca

Antonius a Napachanie

255
252

78

ca Plebanus Martinus Crohier Luceorien Canonicus. Iurm Martinus a Crosno Medicinæ Doctores. Nycolaus a Budzissow & Joannes Leopolien Artium Magistri praefati domini Rectoris Consiliarij & Facultatum Decani recognouerunt & publice fassi sunt se anno proxime praeterito Die vigesima octaua Mensis Augusti vna cum Rndo Dno Joanne Przerembski Ecclesiae Cathedralis Cracouien Praepto & Regni Poloniae Vicecancellario tanquam per Rndmum in Chro Prem & D. Dominum Andream Dei gratia Eppum Cracouien in locum suum surrogato ad deliberan & consultan ac statuendum de dismembratione decimarum & aliorum prouentuum ad Ecclas Parroles in antiqua Korczyn & Prosowice inter Lectores & Vniuersitat Maioris & Minoris Collegij Studij generalis Cracouie & dictar Ecclar Plebanos iuxta literas donationis dictarum Ecclas Parrolium Vniuersitati Study Cracouien per Scram Regiam Mtem perpetuo fact Sigillo suae Mtis communitar & manu propria subscriptas per ipsum Reuerendmum Dominum Eppum Cracouien & Rectorem cum Consiliarijs suis ac Decanis Facultatum fuisse congregar. In qua quidem congregatione consultatione & deliberatione dismembraoum dictarum decimar & prouentuum praefati Ecclesiarum in hunc qui sequitur modum deliberauerunt & statuerunt. Ita videl quod decimas manipulares ex agris villar Laka & Szedzislawicze excrescen & ad praefatam Ecclam in antiqua Korczyn spectan Lectoribus Maioris & Minoris Collegij Study generalis Cracouien perpetuo ascripserunt & appropriauerunt. Pbno vero in in antiqua Korczyn pro tpe existen decimas manipulares ex agris Villarum Korczyn & Zukowicze cum praedio tabernatoribus Cmethonibus Hortulan Fluuio & Lutbowe in noua Ciuitate Korczyn reseruaueri Ratione quarum decimarum & Prouentuum ipse Plebanus in Korczyn pro tempore exns duobus Vicarijs per vnam sexagenam & Ministro Ecclae in Korczyn praefatt per mediam Marcam singulis quartualibus perpetuo soluere ac curam animar perpetuo habere tenebit & erit adstrictus. Et quia aedificia Ecclae domusq Plebanalis domorum Vicarioru & Scholae in praefat Korczyni sunt attrita & deteriorata ideo ipsi domini Lectores ex suis decimis praefatis & Dominus etiam Plebanus ex suis Prouentibus Annorum proxime praeteriti praesentis & proxime futuri singuli per decem Marcas pec pro aedificijs Ecclesiae domus plebanalis & domorum Vicarioru ac Scholae praefatt contribuere & componere debebunt, eritq summa Sexaginta Marc In posterum vero ipse dominus

dominus pro tempore exns predicta ædificia ædificare & reparare iuxta dispositionem
iuris communis semper tenebitur & erit adstrictus In Proszowice vero Plebano pro
tempore extnti pro prædio agrum, seu hortum, pratum, Decimas manipulares ex a
gris prædialibus villarum Gniazdowicze & Szczytniki prouenien & Censum ex
quatuor domibus in Proszowicze, perpetuo ex huiusmodi dismembratione reserua
uerunt; Decimas vero ex agris Ciuitatis Proszowien, & ex curia Regali, ac mo
lendino Gorny dicto excrescen, & ad dictam Ecclam in Proszowicze spectan,
ipse Plebanus & Rector Vniuersitatis Study generalis Cracouien pro tempore exi
stens manu coniuncta vendent, & pecunia huiusmodi inter ipsum Pleban
& Lectores æqualr diuidetur. Pensionis vero annuæ viginti quinq; Marcar
qua huiusmodi Eccla in Proszowicze est onerata Plebanus medietatem & V
niuersitas Studij gnalis Cracouien, alteram medietatem illi cui de iure de
bebitur, soluet. Præterea ipse Plebanus & Vniuersitas Study gnalis Craco
uien domum Plebanalem ibidem in Proszowicze ex prouentibus solum anni
præteriti ædificabunt. De cætero vero ipse Plebanus suis sumptibus proprijs
dictam domum ædificabit & reparabit. Super quibus omnibus omnibus &
singulis præmissis dictus Rndus D. Rector, Doctores & Magistri Consilia
rij & Decani petierunt & requisiuerunt a me Notario publico infrato sibi
fieri confici & tradi vnum duo aut plura publcum seu publica Instrumen
tum seu Instrumenta Acta sunt hæc Crac in Collegio Maiori DD
Theologorum in habitatione præfati domini Rectoris. Anno Indictione
Pontificatu die & Mense quibus supra Præsentibus tum ibidem discretis
Viris Alberto a Schamotuli Bedello Study Crac: Chrosero Storzyck de
Cracouia & Georgio Gorzkowski testibus ad præmissa vocatis specia
liter & rogatis Nos itaq; Philippus Padniewski Archidiaconus & Petrus
Myszkowski Scholasticus Iudices Commissary memorati instante Magi
stro Konarzowski Venerabilium DD. Doctorum & Magistrorum ac Study
generalis Procuratore prædictam dismembrationem Prouentuu appro
bauimus confirmauimus ratificauimus roburq; authoritatis ordi
nariæ pariter & decretum apposuimus prout approbamus confir
mamus ratificamus roburq; authoritatis ordinariæ desuper appo
nimus. In quorum omnium & singulorum fidem etc.
Et quia Gaspar Iacobi de noua Smigrod Notarius etc.

[Marginal note:] Nota Collegium maius non est DD Theologorum sed Artistarum, inter quos sunt omnes Artistæ sed non omnes Theologi Imo non essent in Collegio Theologi, nisi primus essent Artistæ

1549 Reuocant oẽs absentes ad Academiam et professiones promissis de iure usq ad principem ho nefacio Rectore Jacobo a Ilepar

Sequenti anno Commutone in qua incepit annus 1550. Exercitii Regalium sic constituunt ut bini ... designati. et 1º duo Juniores 1. die alteri bini 2. alij bini 3. 4 aut ... ordo ad primos ... Tradmouirent ad ... Ludwico ... in ordine et locos ... Sed hoc anno 1550. 9 Julij ... p. 93. 94

Simile superiori incendium in Arce Cracouiensi exortum, aedificia oĩa circa Ecclam S. Michaëlis et Georgii absumpsit.

L. ... Sublato Paulo III Julius III Aretinus Papa factus vii Idus Februarij Coronatus viii kalendas Martij anno sequenti quo et Jubilaeum celebrauit. Ab initio Pontificatus autore Carolo V. Imperatore Concilium Tridentinum ... veri inguientibus in Rhetos et Vindelicos ... et Oeniponte castro Concilium ... dimittitur ...

1550. Die 7. 10bris qua fuit dies Solis Barbara Radziwilia Uxor Regis Augusti ducta ab illo Vidua cum magno parentum dolore et totius Regni tristitia Coronata ẽ in Reginã Poloniae p Archiep. Gnesnensẽ Nicolaum Dziergowski.

Samuel Maciejowski Epus ... die 16 8bris ... esse desijt. ... in munere successit, Andreas Zebrzydowski

1551 Joannes a Sanok Gymnasiarcha Artis p. V. D. Cromerum Can. Crac. impetrat licentiam
Com Assumpt. M. Gelasino Leopol. Collegii Minori secum abeundi et manendi p. duos annos

1551 Apud Rectorem Consiliarios et Universitatem Seniori ... p. conspectui adiudicatus duo per
tiones vel una equivaleret duas. Poena cum ... exclusionis ... Sed et ad instantiam Senatus et Capitanei Crac. Universitas servandum posuit
1° Ut Statuta Universitatis Contubernii a D. Visitatore et Seniori diligenter serventur
transgressores illorum iuxta poenas ... in Statutis descriptas irremissibiliter puniantur
2° Ut quilibet Studens in Contubernio manere volens sub poena exclusionis Praeceptorem privatum domum habeat. qui studia illius dirigat, conversationem inspiciat, ... et ...
non permittat, pecuniam servet ac dispenset, aliaque quae ad re adolescentis iudicaverit curet
3° Ne quisquam in Contubernium nisi a tali privato ... recipiat
4° Ut quivis Contubernium ingrediens arma Seniori Contubernii ad servandum committat. Sed
et hoc additum ac ... deferat Studiosis conveniens quo discerni possit ab aulicis et opificibus
Missis ... ad Senatum ... 5m ut si qui Studens apud
illum de suis iniuriis querimoniam deponeret sine procrastinatione iustitiam administraret
Cives ... ne ad hospitia Studiosos reciperent ad manendum nisi ... Rectoris
opificum alumnis ne quovis modo Studiosis molesti sint. Si 25 ... Studiosorum quod ...
in aliquo facinore deprehendat ea de re ... Rectorem redderent et illi
inculpatum praesentarent aut absolvendum aut puniendum ... Privilegia ...

1551. Mortua est praedicta Regina Barbara die Maii 8. hora 18. miserè et graviter statim ab ipso Coronationis
Com Assumpt. tempore morbo super alvo excrescente, et ... saeviente correpta.
Rectore eodem Joanne a Sanok Iuris Pontificii Doctore et ... D. Nicolai ...
Tertia pars Matriculae inclytae Universitatis Studii Crac. post fundationem a
Serenissimo et Invictissimo Principe Vladislao Jagellone factam Commutatione hac
nunc annotari coepit quo Anno ... Principe ac Dno Sigismundo Augusto Rege Poloniae
Sigismundi ... filio ... in Chro ... D. Andreas Zebrzydowski Epi
Crac. invalescente hac periculosissima haeresi Lutheranorum fidem Catholicam fortiter
religionis Chri custodes et Pastores propugnabant. Professores ... per
... ... antiquae ... dogmata et stylo et lingua per
... ... errores ...
... ... in ... Christiano ...

1552 Com Assumpt. ... Electus in Rectorem Mgr Joannes a Sanok.

83

ANDREAS Dei gratia Episcopus Cracovien, Necnō Almæ vniuersitatis Cracovien Cancellarius,
Venerabili ac Egregio dn̄o Joanni à Sanok Juris pontificij Doctori, ecclesiæ diui Nicolai extra muros Cracovien
Præposito, ac studij Cracovien generalis Rectori, Salutem in dn̄o, Vt Magistratui cui nunc praees, recte & iuste
consultum sit, peticioni tuæ, quā iustam & consonam nobis porrexisti, annuimus, Ac præsidium auctoritatis
adhibemus. quo ipsa Alma vniuersitas studij Cracovien generalis, ad omnipotentis Dei honorē, fidei augmē
tum, & reipublicæ literariæ incrementum, augescat & pullulet. Deq; legalitate et peritia tuis, plenariam in dn̄o
habentes fiduciam. quatenus liberius et salubrius eidem Rectoratus offitio intendere valeas. personas quascūq;
et cuiuscunq; Status, Sexus, gradus, conditionis et præeminentiæ existen, ac dictæ vniuersitatis subditos
ad tui præsentiam citari, & euocari, ac testes necessarios recipere, et examinare, necnon causas coram tractare,
iudicare, & de illis cognoscere, sententias et decreta ferre & promulgare, censurasq; ecclesiasticas emittere, &
fulminare et eisdem beneficium absolutionis, cum petierint simpliciter uel ad cautellam, Necnon inobedien
rebelles, pertinaces, et quoscunq; delinquentes iuxta Statuta et Priuilegia per sedem Apostolicam approbata
coercere, punire, & mulctare possis. Tibi nempe dn̄o Rectori in supplementū iurium & priuilegiorum dictæ
vniuersitatis accumulando, Autoritatemq; nrām et facultatem, vt est nostri debiti & offitij concedimus et
tribuimus graciose, Quodq; literis cittacionū, et processibus excomunicationū cuiuscunq; tenoris per te decern
& fulminan ubilibet locorū sub excommunicationis pœna obediant, & in effectu intendant, tenore præsentiū
mediante decernimus, Datū Cracoviæ die Lunæ Decimanona Octobris, Anno Domini Millesimo Quin-
gentesimo, Quinquagesimo, primo, Nostro sub Sigillo,

Andreas Epus qui supra
ss

258

~~255~~

Rectori Vestri ab Epo
ni facultas mediante
[illegible] libri libertos. &
[illegible] erat excommuni=
candi –

1552 Com. Hyberna Antonio de Zd. A Nepachanio Rectore Albertus Posnaniensis Confessor Regis in Medicos et Lectura domus peractis dignitatibus et Collegium M. [illegible] Iohannis vestituit et Collegium [illegible] ordinarie Lectura. P. 97

1553 Com. Aestivali Rector 2° devenit idem

1553 Com. Hyberna idem tertium commutabiliora magistratu explevit

1554 Com. Aestivali 4° Electus in Rectorem Sigismundus Sterzyca D.D. Prepositus Sandecensis Can. Cracoviensis

Sub hoc tempore resuscitata est vetus Colonia Academica Culmensis per Rmum Joannem Lubodziewski Eppum Culmensem postquam varias vicissitudines sub Cruciferis rex publica esset perpessa. Prominatus Epus Collegium istud Juris Studentis Oratoriis et Poeticis Professoribus ornavit. Primo Rectori remque dedit M. Joannem Stoppium qui circa instaurationem Gymnasij in Oratione ab se recitata Laudavit Gubernatores quibus et Cetos et Scholam conservatio cordi esset in caetera Rectore addit. Inter quos cum optimus et pientissimus Consul Regis D. Joannes huius Dioecesis Epus intelligeret eam et quoque pertinere curam excitandam ac conservandam Scholam pro sua auctoritate et pietate prudentissimus huius Civitatis Senatum admonuit et hortatus est ad instaurandum vetus gymnasium quod in hac urbe bonis quondam Teutonicorum Magistrorum auspicijs constitutum est, fundatum et confirmatum fuit unde plerique meminerant superioribus annis valde floruisse, in hoc loco litterarum studia et frequentia discentium in hac tota ora Baltici sinus hanc urbem celebrem et claram fuisse. Nec diu post illa fundatio duravit nam rursus sub Rmo Konopacki studia tanquam de novo inchoata sunt, duraveruntque quoad Konopacius vixit. Ultimo tandem a° videlicet 1624 Consule Petro Kostka viro Academica e[illegible] Culmenses Musae reviverunt submissis eo ex Colonia Lubransciana hisce Professoribus qui ibi docerent. Extat Carmen in laudem veteris Gymnasij Culmensis conscriptum a M. Bartholomeo Cutnelio Zytoniensi dedicatum Epo prominato Petro Kostka. Sic principes vitam et spiritum dant litteris si ipsi sint litterarum amantes vel tollunt si sint aversi.

1554 Com. Hyberna idem fuit Rector

1555 Com. Aestiva idem
Obiit Julius III x kalendas Aprilis Marcellus eligitur Coronatur dein obijt kalend. Maij
eligitur Paulus IV x kalendas Junij

1555 Com. Hyberna Electus in Rectorem Eximius vir M. Matthias Zaucki V.J.D. Archidiaconus Gnesnensis Scholasticus Vladislaviensis decanus [illegible]niciensis etc. S.R. Mtis Secretarius

Eius Rectorat
Gestis

259

~~255~~

1556 Con. Aestiva — 25 Junij Matthias Lanchj Artium Gnesnensi Scholastico Vladisl. decano Lonicensi Rectore. Omnes absentes sive [illegible] domi [illegible] in Regno [illegible] Italia ad 6 menses sub poena [illegible] Collegiaturae post pestem [illegible] nonnisi [illegible] dimembrationes [illegible] ante [illegible] et [illegible] in [illegible] [illegible]. [illegible] D. M. Joanni a Tarczyn decano Facultatis [illegible] p. 99 [illegible] ibidem decreti Doctore nonnisi esse debere [illegible] Cuiuslibet [illegible] Et distributio [illegible] plebanatu [illegible] tota Universitate [illegible] pestis [illegible] vive.

M. Joannes a Tarczyn non Tanczyn vide Libri consilii Almae Univ. f. 99.

Die Saturni 2. Maij hora 20. quae fuit Vigilia Inventionis S. Crucis ignis in Regio ponte ex domo cuiusdam dolatoris prodiit, exussitque totam illam plateam Stradomiam nuncupatam, templum et Conventum S. Agnetis, omnia circa Ecclesiam S. Bernardini aedificia, ipsa tamen Ecclesia illaesa. Templum quoque et hospitale S. Hedwigis consumpsit. tandem pontem quoque per Vistulam transiliens (ipso ponte defenso) totam ferme Casimiriam devoravit. Templum S. Catharinae atque Divi Jacobi, Campanile Ecclesiae Corporis Christi, Ecclesiam tamen ipsam et Conventum Judaei domus manu conservaverunt, non ex pietate, sed ne ad eorum vicum tempestas ignis perveniret. Manserant n. integrae et Christianorum aliqua domicilia. Suffocati erant in sacrario S. Catharinae aliquot Monachi. D. Sebastianus civis dives in sua testudine cum viris tribus ibidem extinctus est.

1556 Con. Hyemali idem M. d Rector Reelectus est tertio

1557 Con. Aestivo Rector obijt Reverendus Nicolaus Schadek S.T.D. etc.

1557 Con. Hybernali Idem per reelectionem

ACADEMIAE CRACOVIENSI STANISLAUS ORICHOVIUS ROXOLANUS S. P.

Anno 1557. Die 23. Augusti.

Quandoquidem o Gymnasiarcha vos, Collegae scriptum in lege
Dei scitis illud esse. Si res aliqua difficilis apud te in iudicio nata fuerit inter
sanguinem et sanguinem etc. Vererint verba in portis tuis in discordiam: Sur-
ges, et ascendes in locu quem elegerit Dns Deus tuus: Veniesque ad Sacerdotes Leviti
ci generis etc. illique indicabunt tibi verbum Iudicii. Quum haec, inquam, et caetera quae
sequuntur scripta in lege Dei sciatis esse: debetis velle ea cognoscere quae ad vos ab
ambientibus referuntur. Nec enim arbitror Collegium vrum eo loco, et honore in Poloni
a esse, propter aliud institutum: nisi ut pro publica professione, et labia vra custodi
ant scientiam, et caeteri mortales in Polonia omnes legem ex ore vro requirant. Huc
ergo nomen professionis, et auctoritatis vrae ratio spectat: ut vos in Polonia Re-
gno sitis veluti lucerna quaedam ardentes, quo hominibus aut aberrantibus a vero,
aut ambientibus de illo, intelligentiae vrae lumen praeferatis. Quod cum ita sit: multis
multorum quaestionib. exagitatus, multis etiam controversiis implicatus, ad vos venio, a vo-
bis aut confirmandus aut omni errore solvendus. Quid illud est, illud nimirum quod hu-
manam continet vitam, et quod inter homines amicitiam veritate: societate fide: propin-
quitatem autem pietate tutatur. Matrimonium nempe ipsum, in quo uno omnia insunt ad
sobrie, iuste, itaque pie vivendum, divina atque humana iura.
Hoc ego Sacramentum esse magnum cum Paulo Apostolo confessus, illud cum mea uxo
re Magdalena Sacerdos contraxi, cum qua me partim voluntas mea congregavit: par-
tim vero fortuna coniunxit. Negant multi id mihi ius, fasque factum fuisse: multi co-
ntra pro meo facto, omnibus contendunt, ac pugnat legibus, quib. illi efficiunt, ut
ees qui illo Pauli Apostoli edicto Honorabile Connubium in omnib.; omne genus
hominum complectuntur et probe, et sequor. Itaque horum argumentis confiteor captum
esse me; ut tam licitum mihi fuisse putem uxorem ducere, quam licuit mihi nasci, quamque vivere.

Sed ne diutius

Sed ne diutius tenear: mitto ad Vos Quaestionem hanc, et totam rationem, quam in ducenda
Uxore sum secutus: ordine descriptam ad Vos refero, ut Vos illam diiudicetis, quod eo liben-
tius facietis, quanto ipsum quoque Rndssmum Gnesnen Archiepiscopum, cum omnibus Coepi-
scopis Poloniae Provinciae, in eodem discrimine versari videatis. Nam nisi is Sacerdo-
ti Matrimonium ius esse putasset, nunquam me de sententia omnium Coepiscoporum suorum
Annis abhinc sex ob ductam Uxorem, a Premislien Episcopo excommunicatum, Petricoviae
in Comitiis publice, tanta auctoritate absoluisset. quod Vos ex illis absolutionibus quas
mitto cognoscetis. Sed videte quam ille Archiepiscopus Rndssmus, cum suis Coepiscopis
omnibus in utramque partem anceps, et dubius fuerit. Nam qui Annis, ut dixi abhinc sex
excommunicatum me absolverat, ne latum quidem unguem a me segregata Uxore mea: idem
nunc me, ob eandem Uxorem, tertio iam autumno filio in priores censuras quasi in Cloacam
la denuo coniecit. quod profecto vir tantus, ac tanti nominis Archiepiscopus
in coetu Episcoporum sedens, frequenti doctissimorum virorum cinctus corona, ac tot
bus hominibus nobilissimis praesentibus nunquam fecisset, nisi iudicasset contro-
versiam hanc in utramque partem verisimile et probabile esse. Quamobrem quum
hac de re non solum nos qui plebs sumus: sed etiam summos Ecclesiae Dei Antisti-
tes ambigere videatis. Vos qui divinorum Oraculorum Interpretes et legum
Auctores estis vera cognitione, nos hoc errore, ambiguo levare debetis.
Sed quoniam humanus error cognosci, et corrigi nequit: nisi is aut ad morem, aut
ad legem, aut ad rationem expendatur: non prius me Sacerdotem duxisse Uxorem
statuetis errorem esse, quam planum Vobis fuerit factum, mihi nullo modo con-
trarium eius ducendae ius fuisse. Sed si mos cum lege, lex vero cum ratione contendat
cedat in diiudicatione huius causae apud Vos, mos legi, lex vero rationi. Pla-
na enim prava quotidie fiunt moribus. Leges etiam quod hominum sunt placita
νομοι a Graecis, opiniones a Latinis appellantur, quod iis saepe multa
tur falsa, cum haud dubia diiudicandi nota. At illa Domina rerum
omnium ratio: solo quid verum, quid falsum, quid aequum, quid iniquum, qualisque
in re sit videt. hanc Sapientes Graeci λογον id est modum, et formam rerum
perspiciendarum dixerunt, quam etiam privato suo commodo Architecti, totiusque generis
fabrile κανονα, hoc est Regulam, et illud ipsum perpendiculum appella-
runt, quod illis quid pravum in aedificio, quid contra directum sit
Horum ad exemplum Dei rationes suas quibus suam erga Deum pietatem,
tatem,

rate, religione ponderat κανονας appellauit, id autem est, regulas certas, et fir-
mas et nullo humano more positas: ita nullo hominum placito mobiles. Quas
Canones inquã qui mutant aut violant, aperte in Spiritũ S. peccant, cuius initu
et qũ sacri Canones sunt editi, atq; cum homine simul in Paradiso creati vna
cum illo inde in hunc modũ sunt emissi: et Canon si quis definiat aliud non
sit, quã rão certa Deũ colendi in ipsa pietate humana a Deo ipso penitus de-
fixa. Pro talium Canonũ ratione antiqui Patres, et ipsi dixerunt, et ea quæ scri-
pserunt nobis tradiderunt, scriptaq; sua Canonicas Scripturas appellauerunt, quasi
illud quod scriptũ ab illis fuit, non aliter nobis esset ratũ, quam id scriptum et de-
cursũ ad Canone ab illis esse videretur. Ita etiã Chri, et Apostoli eandẽ retinentes
pietatis regulã, non alia re auctoritatẽ doctrinæ, scriptisq; suis attribuerunt, qm
Canone illo ipso colendi Deũ retustv. Jam Concilia ipsa Oecumenica, impul-
su atq; ductu Spiritus S. habita Nicææ, Constantinopoli, Ephesi, et illa multo iis
vetustiora Gangren, Neocæsarien, et iis consimilia, ab ipsis quæ modo posui poste-
riorib. Conciliis approbata, nullos nouos Canones condebant. neq; enĩ licuit, neq;
omnino fas illis fuit, sed veteres Canones exponebant, hominibusq; ad bene beateq;
viuendũ illas intemeratæ veritatis regulas proponebant. Ergo si quis in vestro
Consilio contra causam meã aliquo more, aut lege Canoni aduersa nititur, dici-
to illi ineptus homo impudens, mos, et lex certi habent nihil. Nã et mos
lege, sic et lex sæpe tollitur more.

Stanislaus autẽ Orzechowski hõ in Ecclã Dei non fluxã neque dubiæ
fidei, quia vxorem duxit, liberos procreauit, planeadamussim suam sacerdotalẽ
Domum condi voluit. Vult ædificium suum à vobis Architectis ad Canonem hoc ẽ ad per-
pendiculum Ecclicum erigi. Et võ Pres Ande ita repellendus erit à vobis, quisquis
inter vos morem non tollit qui Canon ẽ; sed alicuiq pertis qui ... id ẽ Decre-
talis ẽ Eccle ad examinandam causam hanc meam vobis proponat.

Quod si quis eẽ Decretales Toletanos et Clementinas Barbaras, quas mul-
ti eruditi viri dixerunt, eẽ leges Gothicas, vobis in diiudicanda cã hac obiiciat

continuo.

4

×

×

bardè.

consimili dicta illi: Rudis homo et bardè non sentis Canones a nobis in…
sentia Ecclicos, non opiniones Hispanicas, neque Gallicas flagitari. Pol…
Hispanico et Aimoni Gallico Orichouius nr non plus quam Potricoui…
Polonico tribuit aut et ipsi Gnesno, quod quam in decretis suis incert…
et dubia ipsa se indicauit semper: ob eandem causam Orichouium nunc all…
uendo, nunc excommunicando temere. Quare hi ipsa Provinciales p…
quib. humana cupiditas et ambitio saepe, non ullus Ecclicus Canon moderat…
ita habeantur a nobis, ut habentur mandata hominum, quibus maxima parte…
colitur frustra. Iam nra Romanus Papa, non auctor sed executor, ca…
num, aliquid praeiudicati apud vos contra meam causam afferat, qui…
audiendus est, cum Canones Ecclicos loquitur: cum vero ex propriis Decreta…
libus atque Extrauagantib. suis Canonibus aduersa loquitur, mendax…
pater eius. Quam caam ad vos referam et in quo ea consistat, et q…
vos in ea facere conueniat videtis.

Restat ut uno comprecer compendio oes vos, ne hanc caam contemn…
in qua agi Dignitas vra salus nra, ac Patriae cois tranquillitas. Qua…
turbas huiusmodi Quaestiones ab Episcopis et gymnasiis neglectae dedi…
experti meminisse debetis. Quot et quales homines ab Ecclia alienau…
et in varios errores impulerint. cum postremo ciuitatum exitio, notius…
quam sit a me demonstrandum. Iam vra Dignitas ac praestantissima a…
tas quas Quaestiones tandem sibi vendicabit si has quae humanam contr…
tam contemnat. Proinde verendum est vobis, ne vos isto eximio Doctor…
An…

+

vri titulo ad speciem, non ad veritatem uti in hoc Regno videamini. Si vos
in his tot Eccl. Dei controversijs, nullam controversiam religionis, neque
ratione regere, neque consilio expedire, neque auctoritate tueri aut volueritis
aut esse potueritis. Et profecto difficile quidem dictu est, sed dicendum tamen
est in his verbis maximis quas Martinus Lutherus cum socijs, Eccl. dedit
Gymnasium vestrum solum prae ceteris gymnasijs omnibus mutum esse, vix de:
cere sane videtur. Nam ut Thebanis opinor quod cum reliquis Graecis ad:
versus Troianos societatem belli non fecissent dedecori graecus ille versi
culus fuit: Thebanis non irascitur Ilium. Sic turpe quoque vobis vide:
videbit illud in vestris iactari probris. Solis Cracovien. Magistris hostis
Eccl. non irascitur Lutherus. Itaque nolite Acad. Patres in tuenda existimati:
one vestra, ignavos et degeneres sequi Epicureos, qui beatum esse dixerunt eum qui
neque ipse hr negocij quicquam, neque negocium exhibet alteri: quin vero audite
Cynicum Diogenem illum potius, quem aiunt dicere solitum: Platonem Philosophum sibi
esse non videri: propterea quod is neminem veritate unquam laessiverit, neque
inimicum ipso vero sibi aliquem fecerit. Iam vero quos obsides Professionis
et doctrinae vestrae a vobis Polonia habebit, si aliud publice a vobis habuerimus nihil, praeter fallacem Petri Proborscowien. Mgri nostri Ephemeridem.)
Vigilate igitur aliquando ad salutem com. Patriae, Doctores et Mgri Acad. et hanc
cessationis vestrae maculam officio, fide, diligentia, delete. Potestis, potestis cer:
quam existimationem tueri Collegii vestri. Est in vobis summum ingenium, est
et praestantissima doctrina; studium modo et operam adiungere debetis illa, quae rebus
in dubijs certos nos ex incertis reddat. Igitur nunc ego ad vos vestra

peritus.

petitum oracula venio: at responsa nunc non ex Delphico damnato, sed ex vro religiosissimo gymnasio exquero, vt pro ratione Canonum [illegible] vobis propono, fuerit ne mihi ius ducendae Vxoris, decernatis. Itaque [illegible] hi respondeatis, vt cæteris quoque in consimili argto, ad suam spem [illegible] augendam aut minuendam vestra responsa exemplo eē possint. D[illegible] iam libellum ipsam audiatis, quem ego paraueram quidem ad iudicium [illegible] sed exclusus illum vt statueram in iudicio exhibere non poteram. Itaq[ue] audiatis.

Libellus oblatus iudicialiter con[tra] Instigatorem Officij coram Rmō in Chrō Pat[re] D. Joanne Dziaduski Dei Grā Epō Præmysl[iensi] A Stanislao Orzechowski ducta Vxore. Ao Christi Dni nati. 1551.

Coram vobis Rndmō in Chrō Patre Epō meo ordinario, Ego [Sta]nislaus Orzechowski meo ipso nomine propono ideo. Quod [quam]uis ab ineunte ætate, nihil aliud atque vnquam egerim neque curarim, quam ut honeste religioseq[ue] viuerem; nihilominus tamen Instigator Officij Rmdi [illegible] me reum in iudicium hoc præsens vocauit, calumniose in me ac in meam [famam] confingens crimina atque periuria, obnixe a vrā Rmā Dnē petens, [ut] hnem vt sperare videor bonā famā, laudabilis vitæ, conuersationis hon[estæ] iudicet, ne condemnet vt maleficum. Antequam aut petam vt Instigatoris [illegible]

7

x

tionalem tanquam iniquam, calumniosam atque impiam per suam definitivam sententiam V.R.D. repudiet & irritam eẽ iubeat: praesentem libellũ ad illis calumnias responsivum Rm̃is D.V. offero, suppliciter petens, ut il: lum clementer ac benigne à me accipiat, ut pote ab homine in foro, liti: busque forensibus minime versato, quo planum fiet, ut spero, petitioni In: stigatoris in iudicio V.R.D. nullum locum eẽ oportere.

CAPUT. I.

Quod Matrimonium meum sit legitimum.

Dicit Instigator & eo nomine petit ut condemner quia uxorem duxi. Ego vero palam fateor ac coram vra R.D. profiteor me uxorem duxisse Ma: gdalenam nomine Gnosi D. Joannes Chelmski filiam, genere nobilem, ac nunc ipsa virginem, cum qua palam alta meridie, frequenti hominũ conventu, in Zurzym vure circa Sedziecow oppidum matrimonium contraxi infra scriptis verbis: Ja Stanislaw Orzechowski biorę sobie ciebie Magdale: no Chelmska za własną małżonkę, wedle prawa przyrodzonego y wedle przykazania Bożego, y wedle urzędu kościoła S. Chrześciańskiego y ślubuię ia tobie ninie przed S. Bogiem y przed SS. Aniołami iego, y przed tym świętym zborem wszystką wiarę, część y prawo małżeńskie y obieciuię tobie nad cię nie mieć żony, ani małżonki inszej do twej śmierci, ale z tobą samą obiecuię iednem a nierozdzielnym człowiekiem być na wieki. A z tobą stałe, a małżeńskie żyć, ślubuię tak w dobrym iako y we złym, chowaiąc tobie dziś odemnie poślubioną wiarę małżeńską.

×

zenskę we wszech potrzebach, szczęśliwościach, y trudnościach Przygo-
reby na cię Bog przepuscił. Tak mi Boże pomagaj. etc.

His verbis Ilme Dne Sacrm Matrimonij inter me et Vxorem meam contractum, copulaque carnali e confirmatum, atque consumatum. Atque qui-dem Sacrm auxit iam certe proles, quam mea fidelis in alvo gestat. Quapropter cum inter me et inter meam Vxorem intercedat, et fides, et proles et Sacrm, connubium legitimum ac iustum Matrimonium hoc meum ca-ve ee, ne ipse quidem Instigator potuit negare. Sic ergo posuit me Vx-duxisse ac matrimonium contraxisse. Ipso igr teste constat, hunc contra-ctum cum Vxore meum nihil aliud nisi matrimonium ee. Et cum Matrimoni-um sit, definitio etiam illi matrimonij competit illa legibus tradita, vt sit con-sensus meus et Vxoris meae, individuam vitae societatem inter me et Vxorem meam continens. Cum hoc igr constet me Vxorem duxisse et matrimonium meum ee verum, et separari me ab Vxore non posse: facile inde refelluntur oes Instigatoris calumnias, qui oblitus propositi sui, falso criminatur me Vxore ducta oia iura Divina atque humana laesisse. Si enim ut is asserit Vxorem duxi, uti certe duxi, et si Matrimonium contraxi, quomodo iura Di-vina atque humana laesi! cum oe iure matrimonium inter homines sanctum atque legitimum! Aut ergo Instigatori Magdalena coniunx mea, Vxoris no-mine non erat appellanda, neque hoc connubium meum cum illa Matrimonium fuit illi dicendum, si petitio ejus locum apud V. A.D. habere debebat. Sed si ita, uti e, haec Magdalena, et Vxor mea, et in matrimonio meum esset, impru-denter et stulte fecit petens a Vra A.D. ut separemur.

Atq

x

Atque ut intelligat Instigator se non tantum in nram verum perentem impia accusatione; sed et in Deum ipsum conductorem verum peccare, vtrang R.D. sceleris sui patronum et adstipulatorem inique velle fieri. Explicabo contra illum praecepta primo Dei, deinde Decreta Patrum, quae omnia ipse accusatione sua violavit; planissimeque id non oratione potius perpetua, quam citandis singulis sententiis breviter ac dilucide perficiam. Quod dum facio peto à V.R.D. ut me patienter audiat.

Et ut cognoscat Instigator id quod nrae ad nubendum hnib. licet, Dei quoque lege illis absque discrimine licere; audiat Prophetas, Apostolos ac Patres ipsos: per quos nobis locutus est Deus: Ac primo Mosen ipsum dicentem verbis DEI.

Sacerdos virginem ducet uxorem, viduam aut et repudiatam et sordidam atque meretricem non accipiet: sed puellam de populo suo, ne commisceat stirpem generis sui: quia ego Deus qui sanctifico eum. Levit. 2.

Hoc DEUS ipse loquitur hoc et praecipit is, qui ut non mentitur, ita et non mutatur. Semel n. Deus tm loquitur, cuius verbum manet in aeternum. Cuius immutabilem veritatem Apostolus secutus Sacerdotibus, ius matrimonii praescribit ad consimilem modum hisce verbis.

Oportet igr Epum irreprehensibilem esse: vnius uxoris virum. Thimot. 3.

Ideo reliqui te Cretae ut constituas per civitates Presbyteros sicut et ego disposui tibi. si quis sine crimine est, vnius uxoris vir, filios habeat fideles. Tit. 1.

Et ne quis forte uxorem parum decere Sacerdotem arbitraretur, idem

Paulus

\+

Paulus suspicionem hanc remouet sic scribens: An non habemus [illegible]
1 Corint. 9. statem sororem mulierem circumducendi, quemadm' et cęteri Apostoli et
fratres Dni et Cephas

Caa aut' quę sit cur Sacerdoti cum plebe viuenti, cum vxore [illegible]
pediat: si Instigator ipse ineptus nescit, nunc discat.

Quia fornicatio cum oi gnr hnum sit turpis tum Sacerdoti turpis-
sima est, ad quam cauendam illa pręcepta Apostolica, ad illum quoque [illegible]

1. Corint. 7. Propter fornicationem aut' vnusquisque vxorem suam habeat. Et qui
si se non continet, nubat. Et. Melius e nubere quam vri. Et item illud
aut' acceperis vxorem non peccasti, et si nupsit virgo non peccauit

Quę quidem pręcepta vt ad oe genus infirmorum putemus pertinere [illegible]
nere, idem auctor Diuinus vniuersaliter complectitur oes sine [illegible]
ne pronuncians.

Hebr. 3. Honorabile connubium in omnibus et thorus immaculatus, forni-
catores aut' et adulteros iudicabit Deus.

Mirum e et apud eos qui in hoc iudicio non adsunt incredibile [illegible]
nemo, quomodo aduersus hęc tam aperta pręcepta, Instigator ipse [illegible]
stiani Epi iudicio, linguam suam exercere non dubitauit! [illegible]
modo impune tulerit! quod me vt Hereticum aut periurum, in [illegible]
Epi Christiani traxerit, qui ipsa pręceptis ac mandatis Dei [illegible]
ne fornicarer vxorem duxerim. Sed de eo conquerendi aliud [illegible]
fortasse dabitur. Nunc ad Patrum decreta reuertar vt [illegible]
intelligat quam cęcus sit ipse Instigator, et quam pręceps [illegible]

✕

...no saltu transiliat omnia Divina atque humana iura.

Nam quam sit is mentitus Spui S. in ore Instigatoris sui inde apparet quia a NRD. petit, ut ab uxore segreger ob id, quia Sacerdos sum, hoc est religionis gratia sim adulter aut aliquid eiusmodi. Audiat porro quam illi universa reclamet Antiquitas. Sic n. habetur. 1. Corinth. 9.

Si quis docuerit Sacerdotem sub obtentu religionis propriam repudiare uxorem (contemnere) anathema sit.

Si quis discernit Presbyterum coniugatum quod offerre non debeat ab eius oblatione ideo abstinet, anathema sit. 1. Corinth. 7.

Nicaena Synodus volens corrigere hominum vitam in Ecclesijs commorantium posuit leges etc. Surgens autem Paphnutius confessor contradixit: honorabiles confessus nuptias, et castitatem dicens esse cum propria coniuge concubitum. Suasit itaque Concilio ne talem ponerent legem: gravem esse asserens causam, quae aut ipsis aut eorum coniugalibus occasio fornicationis existeret etc. Synodus quae laudavit sententiam eius nihil hac ex parte sanxivit, sed hoc in uniuscuiusque voluntate, non necessitate permisit. Hist. 3. Vides atque audis tu Instigator esce qui has impias partes contra Deum, et contra ipsius Ecclesiam S. suscepisti, ut hoc quod in me nefarium criminares esse, id sanctum esse putarit pia illa et Deo dicata vetustas, neque malum exemplum uxorem ducere sit arbitrata. Sed vivere ut tu vivis turpe facinus et nefas, et horrendum scandalum, et in tota Dioecesis Premysliensis, malumque exemplum esse arbitretur. Quomodo vetustas quo ore te appellet audi ut notatus eo nomine quo dignus es.

gnus es hinc discedas: Si quis vituperat nuptias, et dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabilem existimat velut qui regnum Dei introire non possit, anathema sit.

Quam ergo sit anathema. Quomodo? aut unde? aut quis tu es? qui contra me Christianum eum huius Juris veteris custodem consurgis, ut mihi uxorem legitimam eripeat? ut me proscribat? ac periurum pronunciet? Cum nesciamus unde tu sis? Solisne an Terrae sis filius? et hanc schedulam quam nebulo tibi quispiam conscripsit, invadis ingenuos ac spectatos viros, illorum nomen ac famam proscindens ac periuria illis affingens impune. Sed tecum de his alias ad VRD. redeo, a quo supplex peto ne caput existimationemque, bona ac fortunas nras, in suis Judicijs bus hominibus velit esse propositas.

CAPUT II.

Quod ducta uxore periurus non sum.

Nunc quoniam breviter statui de periurio quoque respondebo. Dicit enim iste nescio quis me periurasse, quod cum iurassem ante aliquot annos in consistorio VRD. me decreta Romanae Ecclae antiqua servaturum, uxorem duxerim: quasi vero Romana Eccla decretum ullum antiquius habeat decretis legis Prophetarum Evangelij atque Apostolorum et ipsis Canonibus oecumenicis. In quibus quidem Decretis ubi iam ostendi, quum matrimonium praecipuo sit honore atque loco: non tibi servare antiqua Decreta Ecclae

Uxorem

x

Uxore ducta videbor. In quib. cum Romana Eccl[esi]a fundatam se e[ss]e profi:
teatur, non posset non impia videri, si ulla Decreta sanctiora autanti:
quiora haberet Decretis uti iam dixi Evangelicis et Oecumenicis. En habes
Legis Divinæ librum, explica illum. In initio statim ita scribitur. Non
est bonum hominem solum e[ss]e, faciamus illi adiutorium simile sibi.

Hic apertè ac palàm mihi homini Stanislao bonum non e[ss]e solum absque
Magdalena adiutrice, Deus statuit ac decrevit. Quare hoc testimonio tanto
summi DEI ego fretus, quia DEO credidi me periturum e[ss]e absque Magda:
lena. Magdalenam adiutorium vitæ ac sociam duxi. Velim mihi respon:
deat Instigator ipse, stabitne illud Decretum antiquius de matrimonio, ac
Decreto isto? Quid ais? responde. At cum tu taceas. Ego cum V[estra] R[everendissima] D[ominatione]
concludam, hoc decreto à Mose proscripto, in Romana Eccl[esi]a antiquius
e[ss]e nihil. Quod quoniam Uxore ducta cum secutus, periurus non sum,
neque quicquam contra iuramentum propositum commisi. At hic dicet De:
creto se alterius generis intelligere, nempe illa quæ habentur in Decretali:
um Libris. Primum ab illo quæram. qu[ando] ego iurabam in Consistorio V[estræ] R[everendissimæ] D[ominationis]
me Decretales Romanos servaturum? Quis Instigatori dixit quod iu:
rans non Decreta quæ in scripturis sacris et Concilijs Oecumenicis habentur
sed quæ in libris Decretalium reperiuntur intellexerim. Ac ut me ab hoc
crimine breviter absolvam, dico ac palam pronuncio: Quicquid in Decreta:
lium Libris e[st], quod quocunque modo Decretis scripturarum et Conciliorum
Oecumenicorum adversatur illud ipsum non e[st] aliud nisi anathema. Quod si
ego iurans talia Decreta adversantia Decretis scripturarum et Conciliorum

promisi.

266
261

×

promisi me seruaturum dico me perierasse. Quare si quid eius modi im-
prudentia lapsus, iurans admisi, illud ipsum iudicio proprio corde d[…]
et coram his qui adsunt, damno, casso, annihilo et per expressum reuoc[…]
Quemadm̄ est in eo libro qui Diatribe inscribitur, ante tres annos [...]
me è factum. Ego illa Decreta antiqua in Eccl̄a Romana iurans serua-
re promisi, quæ aut eadem st cum Decretis scripturarum et Conciliorum, au[t]
illis non aduersantur. Quod si quæ sunt in Decretalium libris alterius [...]
di ego illa vt olim ita et nunc iuro ac promitto nunquam me seruatu[rum]
Nam et Paulus Apostolus nos admonet. et oes vna regula vivamq. et [...]
Catholica anathematis pœna interdicit; ne quis alios Canones præter [eos]
qui positi sunt ponere, aut hominibus præscribere audeat. id quod [ex In-]
terdicto Constantinopolitani Concilii Oecumenici constat, quod sic ha[bet]

Interdictum de vniformitate Canonum seruanda

Nemini liceat præsentes vitiare Canones, aut eos transgredi, aut alios [præ-]
ter præsentes recipere falso nomine Canonum, à quibusdam compos[itos]
ab ijs qui veritatem cauponari conantur. Si quis autē deprehensus fuer[it]
aliquem Canonem nouare aut peruertere, subiacet pœnis à tali Canone [præscri-]
ptis, à quo est Canone, ipso in eo, in quo errat est corrigendus.

Itaque ego ne quid contra Interdictum hoc committerem, ne pœnam q[uæ]
Sacerdoti nubenti præscriptam recusaui. de qua iam Canonis pœnam [...]
antequam duxissem vxorem Sacerdotio me abdicaui.

Pœna post ordinationem nubentis Sacerdotis

Quando[...]

×

Quandoquidem in Aplicis Canonib. invenitur de Clericis Cælibib. solos Lectores et Cantores posse nubere: nos hoc ipsum conservantes, definimus tamen nullo pacto, Subdiaconos aut Diaconos, aut Presbyterum post ipsius procedentem consecrationem habere licentiam contrahere matrimonium: si aut hoc fecerit, deponatur. Itunc Canonem Justinianus Imperator secutus suam legem sanxit.

Lex Justiniani.

Si post consecrationem Presbyter uxorem duxerit, aut Diaconus aut Subdiaconus, ejiciatur e clero, et ordini Civitatis in qua clericus erat cum propriis rebus restituatur.

Ministri altaris Presbyteri sive Diaconi ad Dominica calos elegantur officia, qui continentiam servent: Si vero post consecrationem suam ministros contigerit proprio uxoris invadere cubile: Sacrarii non intrent limina, neque sacrarij pastores fiant, neque altare contingant, neque ab offerentibus holocausti oblationem recipiant.

Presbyter si uxorem duxerit, ab ordine illum eodem deponi debere quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjici et ad pœnitentiam inter Laicos redigi oportet.

Glossa ibidem.

Sed hoc magis punitur Sacerdos qui fornicatur quam qui legitime contrahit, et hoc ideo quia facit contra Sacrum ordinem, et contra legem, et ideo minus peccat ducendo uxorem.

Decernimus ut hi qui in ordine Subdiaconatus et supra uxores duxerunt, officio atque Ecclesiastico beneficio careant.

Quapropter

×

Quapropter cum et antiquissima Decreta Scripturarum, in quibus Romana Ec-
clesia se esse fundatam gloriatur, et humana, ducenda uxore, integra conditio-
nem: falso ab Instigatore periurij arguor ac insimulor. Atque haec Instigato-
ri de periurio per hunc modum sit dictum.

CAPUT III.

Quod uxorem mihi dimittere nullâ ratione licet

Hanc petitionem Instigatoris videamus, quod tam scelerata est ac nefaria, ut
si non Christianus Episcopus sed Sodomorum Princeps quispiam dissolutissimus
huic iudicio praesideret, vix ferendum videretur ab illo peti, ut is legi-
timum Matrimonium, legitimis verbis inter me et uxorem meam, sicut pro-
missum est contractum, atque iam copula consumatum, proleque confirmatum, ut
supra ostendi, nullum et invalidum esse de iure decerneret, ac pronunciaret. At
vero cum haec agantur in iudicio V.R.D. qui Dei gratia te esse Episcopum et vo-
bis et profiteris, multo id ferendum est minus. Quo enim nos dico iure sed qua
ore Instigator petit ut V.R.D. illa verba, quibus uxorem mihi desponsavi
et quae supra posui infringat, et aboleat! consensum et meum et uxoris mea
ad individuam societatem vitae unitum quomodo dirimet! et irritum
iudebit! contra naturae legem ac contra instituta Dei et praecepta, quorum
illa sunt quae attingam breviter.

Matth. 19. Et accesserunt ad eum Pharisaei tentantes eum et dicentes. Si licet viro uxo-
rem suam dimittere quacunque ex causa. Qui respondens ait illis. An non
legistis qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos. Et dixit prop-
ter

pheta: Dimittet hō prem̄ & mrem̄ & adhærebit Uxori suę & erunt duo
in carne Una. Itaque iam non st̄ duo sed Una caro. Quod ergo Deus coniun:
xit homo non separet. Dico aut̄ Vobis quia quicunque dimittit Uxorē
suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.

Iis aut̄ qui in Matrimonio st̄ iuncti præcipio, non ego sed Dominus — Corint. 7.
Uxorem à Viro non discedere: quod si discesserit manere innuptam, aut
Viro suo reconciliari, & Vir Uxorem suam non dimittat.

Alligatus es Uxori non quæras solutionem. Hæc Vox aperta Dei est — Exod.
hæc aē præcepta st̄ Chri, contra quę impie contendit Instigator. Vt iam mi:
nime sit mirum, si Decreta quoque Romanæ Eccl̄æ bonus Patronus obaudi:
at, surdusque ad illa sit. Et cum me periurij arguat & prævaricatoris nomine, quo
mō ipse peieret & prævaricetur audiat V.R.D. Ita illud vere dicitur quod
Verum sincerumque non ē, illud incertum instabileque eē. Dicit transgressum me
eē Decreta cum tñ ipse in oī instigatione sua, nihil aliud agat, quam contradi
cere Decretis, illaque tollat funditus. Petit n. vt matrimonium meum nullum
& invalidum pronuncietur, hoc aut̄ quam cum Decretis conveniat indicabo
paucis. sic n. habetur

Nuptiarum copula quia Dei mandato perficitur non pōt dici peccatum, &
quod peccatum non ē, non pōt inter peccata reddi & solui

Nuptiarum bonum semper quidem bonum est, quod bonum semper in populo
Dei fuit. Proinde qui dicunt nuptias talium non eē nuptias sed potius adul:
teria non mihi videntur satis acute ac diligenter considerare quę dicunt.

Sunt

Sunt qui dicunt religionis gratiâ dissolui coniugia: Verum sciendum est, si lex
Diuina hoc concessit: quo tandem pacto lex humana prohibuit: Per se n. Veritas
dicit: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Quis ergo voluntati huius diui-
nae legis contradicat!

Quoniam in ordine Romani Canonis traditum est cognouimus, eos qui ordi-
nati sunt Diaconi vel Presbyteri, confiteri, quod non suis iam copulentur uxo-
ribus, antiquam sequentes Apostolicae diligentiae: sacrorum virorum legales nu-
ptias, à modo valere volumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum connubia
dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate ad inuicem in tempore opportuno.
Si quis praesumpserit contra Apostolicos Canones, aliquos Presbyterorum et Dia-
conorum priuare à contractu, et à communione legalis uxoris suae deponatur.
Similiter et presbyter aut Diaconus, qui religionis causâ uxorem suam expulerit,
excommunicetur: Si verò in hoc permanserit, deponatur. Satis factum est optime
ac copiose ostensum, cur petitio Instigatoris et impia et sacrilega, locum
habere in iudicio V.R.D. non debeat.

CAPUT. IV.

Quod nullo voto uxorem dimittere cogor.

Reliquum est ut calumniae Instigatoris respondeam, quâ is vel imprimis contra
me equitat. Ait n. me ordinationis tempore castitatem vouisse, et ideo uxorem
ducere non potuisse. Huic ego calumniae breuiter respondebo. Dico n. pro
me nullum votum omnino vouisse, neque vllum votum Rmo Dno Episcopo

x

Stanechowski Archiepō Leopolieñ. ordinanti dedisse, præter illud voto Promitto obedientiam et reverentiā in meo superiorī. Quapp: cum nullo voto continentiæ sim obstrictus, non debeo cogi voti prætextu uxorem di: mittere, id n. vetat illud Decretum vetus: Durum atque incompetens videtur vt qui vsum continentiæ non invenit, neque castitatem promisit, compellatur à sua vxore separari atque per hoc quod absit in deteriq cadat.

Voto igr̄ nullo vxorem dimittere cogor, nullum n. vovi. Quod si et ca: stitatem vovissem, tn̄ ducta vxore integrum præstarem votum; quando qui: dem Paphnutio teste. Castitas ē cum propria vxore concubitq. Sanctifica: tur n. ille concubitq per verbum Dei et orōem: Et ita concubitq ille mundus ē mundis, id ē fidelibus. Et si concubitq castitas non esset, dubio procul esset peccatum, et sic vxorem ducere esset peccatum. Qui error cum sit in Tha: tio Hæretico condemnatq fateamur necesse ē, Matrimoniū eē castitatē ita vt qui nupserit post votum permanere credatur in eius generis voto. Sed esto nupserim post votum, in eoque peccarem, tn̄ ppterea vxorem non co: gerer dimittere perfidia n. voti fidem matrimonij non solvit, id quod patet ē infrascriptis Canonibus

Et si in ordinaē sua votum castitatis obtulerit, tn̄ tanta ē vis in sacramto coniugij, quod nec ē violatione voti pt̄ dissolui ipsum coniugium.

Quidam nubentes post votum asserunt, adulteros eē, ego autē dico vobis quod graviter pccānt, qui tales dividunt.

Si vō.

x

Si Vir simplex votum Virginitatis habens adiungetur Vxori; postea non dimittat Vxorem; sed tribus annis pœniteat. Ex his igitur et alijs multis patet, quod non in Vxore ducta: sed in voto fracto culpa nubentis hominis sit: quæ culpa Canonum præscripto non divortio, sed pœnitentia corrigenda est. At cum ego nullum votum voverim: nullum etiam votum frangi; quare nihil est quod pœnitentia sit à me corrigendum

CAPUT. V.

Quod iure absolvendus sim ab omni impetitione Instigato[ris]

Ex his ergo omnibus claris atque manifestis tam scripturis quam Patrum decretis V.R.D. cum intelligat, aperteque videat causam meam Vndique esse tutam, nihilque in eo admissum esse contra Divinum et humanum [ius] nullumque in ea latere periurium; nullum etiam maleficium. Peto à V.R.D. ut per suam definitivam sententiam, me matrimoniumque meum pronunciare, ac declarare velit ab omni impetitione, et molestatione Instigatoris liberum et immune[m] debere perpetuum illi silentium imponendo: ne quovis ausu modo ne post hac matrimonium meum impugnare ille, aut molestare audeat, quandoquidem qu[...] V.R.D. videt, Instigatorem eiusmodi ex illis hominibus esse, quos olim fore prædixit Paulus, qui discesserunt à fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis dæmoniorum in Hypocrisi loquentes mendacium, et cauteriatam habentes suam conscientiam prohibentes nubere

Ex tal[...]

×

Ex tali hominum genere cum ipse Instigator sit, graue et acerbum Vulgo Dei
videretur, me ab ipsius petitionem ab Vxore honestissima ac nobili loco nata
diuelli, cuius pudicitia spectata semper fuit, cuius genus nobile Poloniam totam
ferme è complexum? cuius Auus maternus Zaremba Palatinus Kalissien.
fuit, cuius auunculi et in Senatorio et in Equestri ordine honesti clarique sunt.
Iam paternum genus illius notum è V.S.R. quandoquidem et P. Joannis Chal:
inski et Martinus Vexillifer Cracouien. Vxoris meæ patruus in eodem mu:
nicipio Cracouien. sunt: Vnde Vra quoque S.R. est. Iam vero quomodo illud
prætermittam quod ea Virgo opera amplissimorum Virorum Andreæ à Gorka
Comitis Illustris, et Fratrum duorum Petri et Martini de Zborow è mihi
conciliata, ac in manus tradita. Hanc ergo talem, atque his Maiorib. ortam
Virginem, ac mihi à talibus Viris in manus traditam Vxorem, iam prægnan:
tem Instigator ipse vilis, in hoc iudicio V.S.R. mihi extorquebit cum igno:
minia et Vxoris meæ, et generis ipsius, et illorum Virorum amplissimorum sempiter:
na! Ne hoc concedat Summus ille DEUS matrimonij mei auctor, vt hanc dolo:
rem ex hoc iudicio referam et Vxori meæ et illis Viris à quibus illa mihi è tradita.
Quem vero hunc Instigatorem patiatur V.S.R. victum hinc potius discedere, quam
ut illius petitionem tot res, tot homines, ac tam arctas necessitudines velit violare
cum ignominia sui iudicij sempiterna. Præsertim cum à die Matrimonij contra:
cti ad hanc diem quo libellum hunc iterato scripsi, nati mihi sunt tres filij
Andreas Stanislaus et Joannes, quos ne continentiæ prætextu desceram Sanctissimus
Ecclesiæ Canon prohibet; qui sic habet.

Si quis.

x

Si quis liberos suos relinquat, nec eos erudiat, et quantum in ipso est ad pie-
tatem non instituat, sed praetextu continentiae negligat, anathema sit.

Habetis Canones Eccl[esia]e Dei Doctores et M[a]g[ist]ri n[ost]ri, e quib[us] satis
te satis liqueat me domum meam posuisse supra illam petram, cui nulla
vis aquarum nocitura. Quare ut initio sum professus, ad hoc perpendicul[um]
exigite Domum meam. Opiniones aut[em] hominum quamlibet magno[rum] ad
praesentium messos facite: atque n[on] illud sit quae ipso nulla certa c[aus]a cogitantur
et quiescunt. Neque mores aliquos nobis adversos vobis proponite, qui citius
quae hominum abeunt vita, quovis praetereunte flumine. Neque et ad quo-
dam Paparum edicta domum meam perspicite, venti n[am] illi sunt violenti
sternentes arcam Dei: Canonem peto, Canonem a vobis flagito. Nam ar-
chitecti suo Canone, non multitudinis arbitrio neque opinionib[us], neque pote[ntio]-
rum edictis aedificia domosque moderantur. Sic vos M[a]g[ist]ri co[mmun]is vitae, ...
tores veri et falsi, aequi et iniqui Judices, non humana opinione, neque ...
cepto more, neque edicto Papae, sed solo Ecclesiastico infallibili Canone ...
Domumque meam expendite ac valete.

Missus hic liber fuit a Praemyslia Cracoviam ad Gymnasiarcham 28. Aug[usti]
Anno Chri[sti] D[omi]ni nostri 1557.

Vester Discipulus fidelis

Ego responsum intra mensis spatium a vobis expectabo; si aut[em] mihi non responde[ritis],
silentiu[m] v[est]rum pro assensu v[est]ro habebo. Pro cuius ratione ego exequar cetera com[mu]n[ibus]
hominibus: qui legit intelligat.

Stanislaus Orzechowski
Sacerdos sua uxore ...
manu propria
scripsit.

X

Illustri viro ac Senatori Clarissimo Dnō Andreae in Gorka Comiti Castellano Posnanien. ac Maioris Polo: niæ Præfecto Generali Dnō suo clementissimo. Stanislaus Orzechowski S. P. D.

Cum auctoritas atque sapā Tua Andrea Comes, tum incredibilis pietas fuit ut ea quæ privatim nuper amicis obsecutus scripseram, nunc ad Te mitterem. Defen: di n. matrimonium Sacerdotum, contra inveteratam invidiam Romanæ legis, qua Ma: trimonium ipsum Sacerdotibus est abrogatum, magno cum incommodo totius Ec: clesiæ ac ipsius Ordinis nri summo discrimine: Quid n. tam novum in rebus aut tam adversum nobis eē potuit, quam illum suavissimum naturæ modum, quo connectitur uxor viro humanis legibus dissolui? in eoque vim afferri ab ho: mine eï rei quod ab ipso authore atque parente rerum omnium Deo ita con: iuncta, ita et in nobis ē defixa, ut nisi nobiscum una, neque avelli ē nobis neque deleri queat. Quis n. sibi hoc sumat? aut quis potias hunc ferat qui putet ullo humana vi illam legem posse mutari, quæ procreandi nobis à Deo data his hisce verbis. Germinet terra herbam virentem et facientem semen iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Neque vō soli ter: ræ hæc lex data, sed cunctis eē rebus quæ terra nascuntur, cuiusmodi sunt her: bæ, frutices, animalia demum ac oē genus, Hōc n. oīa terra st, ac in hac terrena inclu: sa mole, quibus et propterea una eadem benedictione Deus ita benedixit: Cresci: te et multiplicamini et replete terram. Ita Deus ipse parens atque creator naturæ

semen ad.

271

267

x

semen ad propagõis necessitatem rebꝫ dedit, cum cæteris, tum hominibꝫ
et eo nihil sit in nobis sanctiꝰ, nihil utilius, neque necessariam magis. Quid
sunt maiore odio digni, qui pœna capitis edixerunt, ne Sacerdotes uxores ha-
rent, hoc ē, ne semen habeant in semetipsis, ne crescant, ne multiplicent, ne
repleant terram, hoc est, ne homines sint. Quid n. quæso aliud isti sibi volu[nt]
dum edicunt ne uxores habeamꝰ, quam ne semen habeamꝰ in nobisipsis, neue
buerimꝰ conemur ad replendam terram. Quod quoniam nullo edicto neque
dicto effici pōt, illud quoque effici non posse fateantur necesse est, ne hoc ipsum se-
men quod in nobis est, deberi à nobis mulieri arbitremur, cuiꝰ ope crescamus,
multiplicemur, ac genere legitimo repleamus terram. Quod si tum edicto
uxores suas Sacerdotes amiserint, semen tamen ipsum diuinitus in nobis
bit, cum oī ui atque potestate sua: neque est sine DEO viri, nolo enim
quicquam grauiꝰ dicere, ullo edicto assequi poterint, ne hoc semen nos[trum]
aut fœdissime remota muliere dilabatur, aut in scortum influat, aut in
ut ita dicam excurrat Hymeneos. Quare fremant licet oēs Hypocritæ
scholæ, mulierem et oīb. pœnis atque interdictis à nobis segregent, semen ta[men]
hoc de quo habebit exitus habebit suos, recessus et quæret in quos
rium feratur. Et iure quidem sua n. lege illud viuit urget mo[...]
audit leges nr̃as nobis non obtemperat nec respondet vocatum, denique
tramite fertur in eo, in quo aliquid moliatur exoneretur que, si non in matri-
monio, at in stupro saltem qualicunque tandem illo. Testes sunt illorum qui
Diuinæ aduersantur legi, calamitates infinitæ ac scortationes fœdæ: quorum

est hu[jus]

x

est turpitudo, ut de ijs viro bono ne cum praefatione quidem honoris, loqui fas sit. quod illi si non sentiunt, miseri: si negant, omnium sunt imprudentissimi. Deo tamen permittit peccandi consuetudo, quae eo iam serpsit, ut haec flagitia tanta tam perniciosa, tamque immania, non modo ex Ecclesia non exterminentur ab illis: sed etiam grauissimis poenis sanciantur in eos, qui haec legitime de suo remedio ex ordine nostro tolli putent oportere. Multos Tibi commemorare possem qui cum libidines incommoda Matrimonio vellent euitare, bona animi, plerique et vitam. Sed quoniam defleuimus horum casum in ea oratione quam ad Te mitto. ideo haec de calamitate communi non plus hoc loco dicam quam res ipsa postulat, quae me hoc ad Te scribere coëgit.

Cum n. siue sorte quadam, siue Patrum imperio, homo nimium adolescens Sacerdos essem factus: sensi illis libidinum facibus eo vehementius inflammari me, quanto absque vxore aetate procederem magis. Ita ego diu tandem aliquando re ipsa comperi verum esse illud quod ab initio dixit DEUS hominem solum esse bonum non esse. Mouebar praeterea illa ordinis sacri communi infamia, grauissimaque offensione, quod illum quotidianis stupris infame factum dolebam. Quapropter cum Tridenti Concilium cogi scirem, non dissimulaui dolorem meum, quem acerbissimum cum ex priuato meo incommodo tum ex communi infamia capiebam. Patribus n. illis Conscriptis sententiam meam doloris ac moeroris plenam perscripsi; illosque sum diligentissime adhortatus

x

ut si libertati Christianæ ipsique Ordini ac Nomini Sacerdotali consult[...]
eē velint: Matrimonium quod nullus legislator, nulla etiā barbaries unq[...]
prohibuit, Sacerdotibus restituerent, absque quo nihil sancti atque hon[...]
à nobis illis expectarent. Hanc ego sententiam cum è Russia Cracov[...]
misissem consulto, & illam cum amicis communicassem, repente & præter m[...]
spem, in manus hominum venit, estque divulgata non sine grandi meo p[...]
Tuli iniquè fateor casum hunc, non quod illa me scripsisse pœniteret, [...]
quod ij qui sententiâ nrâ levari sua incommoda videbant, totaq[...]
debebant: quasi pro maleficio, quovis malo me dignum deputarent.

At audi quæso Andrea Comes: Quonam illi sententia offendant. Matr[...]
nium suadeo quid hoc nomine sanctius suavius! quid re ipsa prof[...]
aut quid divinius! aut naali legi convenientius dici aut fingi p[...]
tationem ut fugiamus, incommoda et illius vitemus moneo, præ[...]
ante denuncio: quid hac sententia certius! quid planius! quid utilius[...]
Et erit quisquam qui ob hanc sententiam tanta libertate dictam, à [...]
mulctam petat! fortunisque meis ac vitæ insidietur! Si ea continentia [...]
dotes haberemus, non quæ nunc ē, sed quæ fingi pt, tū cum Matrimoniū [...]
rem, tum illud ferrem, dignus viderere cui benegnè fieret, [...]
mis et Sacerdotibus. Nunc vō in tanta multitudine Sacerdotum incontin[...]
simonem ac in tanta despersé continentiæ illorum, si matrimonium suadeo[...]
tot incommodis nrīs remedium ostendo, si tot ac tantis morbis, præsente[...]

× × ×

nem offero, p̄nanē propterea dignus videbor? Profecto Andrea Comes si quid cum illo veteri Socrate gloriosius prædicare apud Te mihi liceat, videor eē dignus ob hoc meum factum, cui cibus deberetur ab oīb. Sacerdotibus in Pry- tanēo, qui locus erat Athenis constitutus, alendis bene meritis de Reip. viris et hic honos habebatur Athenis amplissimus. Tantum ego conscientia p̄d: clari facti delector, ut si cetera ad benevolentiam Sacerdotum deficerent tamen hoc uno, quod Matrimonio illis reddendo sensi, ac scripsi: putarem me habere ad gratiam illorum receptum. Quid quæso ē quod in hac nostra sententia ab illis desideretur quo illi non offendi queant? de re ipsa loquor non de facultate ipsius orōis à qua longissime absum. Num Matrimoniū ipsum falso à nobis laudatum ē? At illud honorabile eē in oīb. Hebræis scri- bit Paulus. Num locus ipse sententiæ dicendæ alienus? At in Comitiis à no- bis dīc, coram Patribus ipsis conscriptis, apud quos de Eccl'a liberæ debent eē sententiæ. Nisi forte illud quis reprehendat; quod scortationem ipsam nobis nimis notam atque claram, velim videri. Quasi vero inter homines aliud sit notius quicquam Sacerdotali scorto, quo ita infamis ē Ordo nr, ut ego iam passim ab omnibus Equitib. audiam: Satius esse Sacerdotibus non uti, quam uxores ac filias suas pati in eadem villa Sacerdotum scorta assidue intueri. Ita oēs pertinere hoc arbitrantur ad pudicitiam coniugum liberorumque suorū. Ex quo apparet me omnium mortalium testimonio non Sacrosanctum Sacerdotii Ordinem, sed vitia ipsius Ordinis, quæ illi improbissima lege adhæserunt, verissime.

273

283

x

veriſſime notaſſe, exagitaſſe, et quomodo his poſſimus liberari quoad licuit
stendiſſe. Quare desinant maledicere ne ut ait Comicus, malefacta noscant
quin potius in me glorificent Deum, qui mihi infirmo et ignobili vasculo, ...
tem addidit ut veteris Sodomę et Gomorrhę renouata exempla in Eccl'a ...
libertate styli confoderem ac in conspectu omnium iugularem. Rem et ipsam
quam oppugno diligenter expendant: quę si turpis, si flagitiosa, denique
perniciosa fuerit ut ab illis primo quoque tempore, cum vestigio tolla...
hoc munus bonorum Episcoporum est, hoc nunc ab illis expectatur, ut non ...
ne neque orōe, sed re vera sub praescriptum verbi Dei, continentiam ...
tum in Eccl'a constituant, qua cum nos opinionem bonam de vobis, cum ...
ritate veteri recaperemus. Quod si hoc ab illis in Concilio fuerit neglec...
et si alia hoc praetermisso curauerint, magis ruent crede mihi omnia, quę
illi in Eccl'a construxerint, nunquam consistent. Fundam. n. omnium ...
bonorum iustitia est, cuius vel praecipua est pars pudicitia, in qua con...
et Matrimonium sacrum. Scribant illi quantum velint ad oīa sua decreta
edicta, illud quod solent: Anathema sit. Nunquam tn̄ perficient quin ille
putentur eē ab oīb. anathema, si uxorem Sacerdoti ducere in illo Conc...
statuerint eē Anathema. Sed me bona spes tenet quotiēs intueor ...
studio Caroli Cęsaris optimi et clarissimi Imp̄ris Concilium hoc rogatum ...
committet ut verum sit id quod vulgo de hoc Concilio circumfertur, pudicit...
videlicet hoc ipso Concilio tolli. Si in eo Italorum vincit sententia ...

×

Scorta summo habentur honore ac precio. Hęc opinio utique de Italis vera est: verum hic error vulgi, si quis est, non debet adscribi his qui ex Italia à Cęsare evocabuntur, sanctis in primis ac delectis viris. Aderunt et ex ceteris Provincijs, per quos Deus hanc tantam contagionem atque labem, à sua Ecclesia amovere velit, et huic errori in illo Concilio atque extra nullus relinquatur locus. Sed tamen duo sunt hominum genera huic nostrę causę adversa, ac ipsi veritati inimica, qui si non removentur à Concilio, et si quid poterant in illo esse, hęc postrema deteriora erunt longe prioribus: de qua re paucis ad Te scribam, ut iam nunc cogitemus, cuiusmodi homines in illo Concilio congregare nobis expediat. Primum genus est eorum, qui et quęstum lucantes ventrique suo serviant, in omnibus utuntur pravissima ipsius consuetudinis regula, quam illi appellant Ecclesiam Catholicam, cuius specioso ac augusto nomine omnia illa defendunt, unde illorum quęstus pendet, et augetur libido. Hoc perniciosum hominum improbissimorum genus, nisi ab illo germano et integro Christi Concilio repudiatum fuerit, perturbabit omnia, neque patietur Ecclesiam collapsam constitui. Retinebunt isti mihi crede scorta domi, excludent uxores, fornicationem suam ipsam non magnam ducent esse culpam, quę quoties admittetur à Sacerdote, toties facile illi remittetur confesso, per illum Psalmum Poenitentialem. Miserere mei Deus. cum Collecta dici. concludendo per antiphonam Deus propitius esto mihi peccatori. Sic absque uxore dicent fornicationi omnis maximè pugnandum esse. Instituatur ex contrario ab aliquo adversandum verbum oratio: qua nos nuper in suis Ecclesijs faciat reos; appellet nos verę

Eccle

×

Eccl[esi]æ desertores, agat contra nos decretis suis, omniaque n[ost]ra notet virg[ula]
censoria. Quæ tandem concordia speranda esset à talib[us] declamatorib[us]?
An non merito desiderarentur in utraque eiusmodi partium homines mo[de-]
rati, qui et abusus suos nem[ini] demonstrarent, et vias quærerent unionis? Qu[od]
et ut spero fiet Deo hominibusque approbantibus, ut hoc argum[ento] tracta[-]
tractatores deinceps cl' pro Tribas, si conatus n[ost]ri non conculcabuntur. [...]
id ante nos cum multi alij tum Erasmus Roterodamus, et quidem fecerunt [...]
ce editis scriptis. Apud nos tales s[un]t permulti ut hæc quasi mysteria [...]
ari nolint. Atqui hæc cum non sunt mysteria. Ingesimus n[am] fere ag[...]
nus, cum his ventis Eccl[esi]a agitari et turbari cœpta est. Quid igi[tur] ca[...]
cur in ijs, quæ alijs notissima sint velis conniveri? nullamque alijs s[...]
dari animi n[ost]ri vel has tempestates aversantis vel concordiam Ecclesiar[um] [...]
entis. Nam quod sibi modestiæ e[ss]e videtur, id alij oscitantiæ vel [...]
cordiæ, negligentiæ. Quæ vitia si quis sustinenda sibi existimet, aliorum
conatus, qua conscia retardabit? Prodidit Poggius sententiam de p[...]
originis Catholicis prorsus adversam, et haud scio an non Pelagianam [...]
dam alia edidit non omnibus Theologis satis probata. Scripsit [...]
Verresig sententiam de Matrimonio Presbyterorum non dissimilem n[ost]r[...]
rum libri Coloniæ typis excussi sunt, apud nos ab o[mn]ib[us] qui velint legunt[...]
Scripsit Caietanus Commentaria nescio quæ in Theologia, Catharinus hom[o]
ex Dominicana familia, ut et ille, supra ducentos errores annotavit in [...]
Dicti aut[em] p[otes]t ut vel Catharinus erraverit alienis erroribus notandis, vel [...]

×

errores recte ab illo sunt iudicati. An ideo Commentaria Caietani et
Tollet explosa sunt? imo à multis in precio habentur. Nos quia non ea scribi-
mus quae omnib. placent digni sumus animaduersione. Quis igitur tandem, quod dici potest,
edit tale apud nos quod placeat omnibus? Frequentes audimus conciones in tem-
plis, quas alij probant alij improbant; neque qui improbant omnes eodem modo faci-
unt. Haec forte minus intelliguntur cum sine expositione dicuntur; verum si ex-
primerentur, videres concionatoris cuiusdam multas orationes, in templis nostris
non locum habere posse. Quod si virtim doctorum virorum suffragia colli-
genda essent: non semper id diceret concionator, quod sibi in rem dicendum
esse videretur. Nostra vero oratio si non eadem semper est. cum concionib. vsi-
tatis, personae ipsae sunt quam suscepi et cui seruiendum est. Vt non eaedem sunt
leges belli et pacis: ita diuersae orationes sunt docentium et disputantium, atque adeo
concordiam suadentium; et tamen si tu aliquid desideras in nostris scriptis, ita
et aduersarij non minus desiderabunt. Est qui dixit: Arma me aduersarijs
ministrasse cum alibi tum in Capite de Matrimonio Presbyterorum.
Quasi vero illorum oratio non sit diuersissima à nostra. Aiunt illi neminem
christianum se vobis obstringere debere, et qui non sunt iuris sui, docent à
vobis discedendum esse, vel publica authoritate neglecta. Confer mihi cum
his nostram sententiam, videbis magnam diuersitatem: sed de hoc infra dicemus.
Quod autem obijcitur arma aduersarijs tradenda non esse, id forte locum habet
in eo praelio, vbi de capite pugnatur, aut de consequenda gloria agitur. Sed n. in
disputationib. theatricis robis adolescentib. seruari meminemus, vt qui thesim
posuitam

275

271

x.

positam defendisset, adversario eẽ verissima affirmanti minime credendum putaverat: qui contra pugnasset, id defendentem docere minime curare, sed vincere quavis ratione conaretur. Serviebatur n. Corond. Pulchrum videbatur monstrari: Ait est. Itaque vel omnib. argtis resectis, id tm̃ agebat, ut ne verborum multitudine inferiores essemus. Caeterum ubi veritas quaeritur: ubi glo[ria] nrã nihil, Deo tm̃ servitur. aliud agendum quod quia in lib. ostendimus fol. 4. 6. eo. non ẽ necesse hic repetere.

De principatu verbi Dei eadem sentio quod in libro scripsimus. Occurrerunt aliqui, Haereticos idem dicere, qui quoties de religionibus disceptetur ad scripturas provocent. At vero nobis ideo scripturae eripiendae, an illis diffidimus? Ait tu Iudice opus eẽ, qui sensa explicet, cuius interpretationi standum sit. Hunc ego tibi indicavi eam cum sententiam de Iudicijs ex utraque parte sumendis. Potq n. liber nr̃ de Concordia quae in Concilio legitime congregato sancienda sit. Cuius Concilij eos Iudices eẽ oportere; non qui vel nobis tm̃, vel solis adversarijs addicti sint, sed qui eiusmodi persona studium partium exuerent omne. Non n. mihi displicet quod Principes qui terminos agrorum suorum coẽs habent, in finib. regundis unt, ut solvant Consiliarios suos, quib. id negotij dent iureiurando quo obstricti sint; ut eodem modo Iudices utrinque delecti solvantur omnib. vinculis quibus forte devincti sint partibq suis. Tales qr̃ Iudices sentio eẽ oportere qui alterutrius partis praeiudicia (quod nos extra tempus concilij facimus)

x

ad rem quæ tractetur, sed qui liberi, soluti, et nulla re implicati integram habe:
ant iudicandi potestatem. Nam quod nonnulli contendunt Pontifices arbi:
trio rem eē permittendam, id quousque verum sit, nihil nunc refert dicere
Ego nunc de Concilio disputo cuius auctoritati Pontificem partes debere
non disputationibus tm̄, sed re ipsa ostensum ē in Concilijs Basilien. tum
Constantiensi. Nam in illo vnus ppr Hæresim, in hoc tres ob schismata in ordi:
nem redacti sunt. Hæc de Iudicibus.

De Matrimonio Presbyterorum in libro rem ita tempero
vt nemini stomacho possit eē. Primum Sacerdotij et Matrimonij naās per
se minime contrarias ostendo. Deinde voti naam̄ Sacerdotio adiunctam
cum Matrimonio prorsus aio pugnare, ac de voti sanctitate ita disputo,
vt illud violare nullo modo liceat. Quod si qui illud violare ausint ais
medicinam ab Eccliā petendam censeo. Atque hic dico vel electiones Presby:
terorum ita moderandas eē, vt nemo nisi ætatis prouectus cuius vita responde:
re possit sponsioni de cœlibatu factæ, initietur; vel si vsitatæ ordinationes re:
tinendæ sunt. ac quamlibet Iuuenes in ordinem sacrum recipiendi vt tales
solummodo voto cœlibatus. Huius aut̄ rei potestatem penes Eccliam̄ legiti:
me congregatam eē affirmo, atque id multo honestius atque rebus Christianis
salubrius fore, quam scortationem Presbyterorum pro matrimonio extenuare
Ecclām̄que Chri illa opinione inficere: minus peccare Sacerdotem fornicando, aut
adulterando quam matrimonium contrahendo. Hæc fere sententia ē eorum, quæ
de Matrimonio à me edita sunt. Hæc viris quibusdam doctis priusquam prelo
commisissem exposui et probaui. Nunc quia eadem à quibusdam Hæreseos

arguunt

276

212

+

arguunt: age ostendamq hęc ab illis prodita eẽ, quorum scripta tantum abest ut in suspicionem venerint Hæreseos, inquam, ut al' maxĩ in pretio habeantur, à viris doctissimis legantur & celebrentur. Innocentius VI. [?] de Conversione Coniugatorum. C. Placet. Matrimonium inquit de iure naturali non impedit quemquam ordinari ad sacros ordines: quia naturali iure pt Ordinatus uti matrimonio contracto, sicut facit occidentalis Eccla, & eẽ contrahere posset, nisi constitutiones Ecclę hoc prohibeant. v. Ioannes Antonius Prępositus S. Ambrosij Epũs Alexandrinus & Auditor Camerę Sacri Palatij Tit: qui clerici vel voventes matrimonia contrahere possunt. Tempore inquit primitivę Ecclę licebat Presbyteris etsi constitutis in Sacris uxores habere dummodo die celebrationis abstinerent à coniugibus, postea in occidentali Eccla venit prohibitio ut constituti in sacris deberent continere. [?] ait hic Cardinalis, quod dat materiam illaqueandi plures animas hoc pręcepto [?] credit quod sicut Eccla incępit hoc pręceptum continentię, quod quandoque revocabit, & erit conveniens dicto Apostoli revocatio: qui dicit de virginibus pręceptum non habeo consilium aut do rẽ. Abbas Panormitanus de Clericis coniugatis. C. cum olim: sic quęrit. Nunquid hodie possit Eccla statuere quod Clericus possit contrahere Matrimonium sicut Græci? Credo quod sic: & hoc indubitatum ẽ apud me respectu eorum qui non st obligati ex voto tacito vel expresso. Probo ronẽ. Continentia non ẽ in Clericis secularibus de substantia ordinis, nec de iure Divino, quia alias Græci peccarent nec excusaret eos consuetudo, quia illa non valet contra Divinam: & ipse de quo textus loquitur esset illegitimus, quia foret contra legem Divinam genitus. Et non solum [?] possit

×

potestatem inesse Eccl[esi]æ hoc concedendi, sed credo pro bono et salute animaru[m]
quod esset salubre statutum ut valentes continere et magis mereri relinquerentur
voluntati eorum: non valentes aut[em] continere possint contrahere: quia experien:
tia docente contrarius prorsus effectus sequitur, ex illa lege continentiæ, cum hodie
non vivant spiritualiter nec sint mundi, sed maculentur illicito coitu, cum eorum
gravissimo peccato, ubi cum propria uxore esset castitas. Unde deberet Eccl[es]ia
facere sicut bonus medicus, ut si medicina experientia docente potius officiat
quam prosit, eam tollat. etc. Hæc ad verbum prædicta sunt à Scriptori:
bus non quibusvis sed qui omnium doctissimi habentur. Quis n[am] inter Papas
iuris peritior Innocentio IV.º cuius et Commentaria unde verba illa desump:
simus extant doctissima, et decreta multa in leges Eccl[esi]æ relata s[un]t. Quis
inter Ep[iscop]os et S. Palatii Auditores illustrior Joanne Antonio? Quis denique
Abbatum quot quot s[un]t et unquam fuerunt doctior Panormitano? Confer
o[mn]ia quæ scripsimus cum horum sententijs, quod ad notam (al[ia]s votum) unitatis
scripsi, an non id Abbas et Innocentius scripsere? Et hic quidem an non
expresse dicit: Ordinatum posse contrahere, nisi constitutiones Eccl[esi]æ prohibe:
rent. De eo quod ad notam binarij à me scribitur, est quædam controver:
sia magis in verbis quam in re posita. Gl. in C. cum olim. Tit. Qui cle: vel
vovent: contrah. possint. Tenet occidentalis Eccl[esi]æ Clericos voto ad contine[n]:
tiam obligari. Joannes Antonius eandem affirmat: id potius ex constitutione
Eccl[esi]æ etc. Nos seu glossam seu Joannem Antonium sequamur, nihil a[b] Ecclesia
aberrabimus. Quod ad notas aliorum numerorum à nobis scribuntur, an non expresse
et maiores.

+

et maiores, cum Parrisia à Cardinali Epō et Abbate dicuntur: multisque
authoritatibus confirmantur? Quas qui scire velit legat apud illos. Iam si
huius temporis Scriptores citandi sunt, an non instar omnium est mihi Alfon-
sus Virnesius? Sententia D. Thomæ in lib. citat. expressa est à Durando in
4. Disput. 38. Q. 2. ubi de sententia multorum ait: Solemnitati ordinis non
esse annexum votum continentiæ essentialiter, sed solum ex statuto Ecclesiæ et accidentaliter,
et ideo in tali voto posse dispensari per Ecclesiam non obstante consecratione, cui
non coniungitur votum per se. Hæc ne igitur à Papa, Cardinali, Epō, Abbate, Iu-
risperitis et Theologis hoc est Ecclesiæ christi Proceribus, quorum nonnulli in
Divos relati, abortitantibus solent contemni. Quamobrem vera nos scripsisse
tum ipsius rei, tum tuo gravissimo testimonio concedant, et hi qui negant
propterea contractum ac perditum esse volunt: in eoque infirmitatem agnoscant
communis nostræ naturæ, quod quam proclivis sit in libidinem testis est conscientia nostra, testes
sunt lecti atque thalami ratione, parietes postremos ipsi nostrorum testes
cubiculorum; testaret et lucernas ipsas si illæ sentiendi non viderentur
lucere videri. Quod si non movent harum rerum iactura, neque
sua ipsi sentiunt incommoda: tamen ne patiantur deflere mea et eorum quos
urit dolor: ferant æquo animo, confiteri me palam errata adolescentiæ meæ.
Denique æquissimi infirmitatis meæ iudices quandoquidem ipsi sunt esse volunt
iusta ab illis peto. quæ si negantur mihi ab illis, tamen me illo consolabor, quod
sciam nihil falsi scripsisse me, neque contra conscientiam aliquid in hac causa esse molitum.
Tum et illo compensabo iacturam huius gradus, quod videtur multis optimus Ait

x

ysque Principibus Senatus. Et inprimis Tibi Viro Clarissimo et Senatori Opti:
mo, hominique nobilissimo studium in hac causa nostrum vehementer esse gratum.
Hac iniuria, communem non ego causam, vestras et Parocheas, vestras Villas, uxo:
res ac liberos, subiectos vobis plebis libere, hoc ipso praesenti stupro atque
dedecore.

Quamobrem ad Te venio Andrea Comes Tibi me do, ac id quicquid
pro matrimonio sacro scripsi, quandoquidem illud me invito in lucem iam prodijt
Tuae fidei trado, atque committo, ut id Tu pro sanctissima tua authoritate de:
fendas contra omnes istos Osyphnebusque invisos Hypocritas, ut si ipsis persuade:
re, non possit nostra oratio, quantum bonum sit uxor viro, tamen vel Tuo gravissi:
mo testimonio credant, hoc melius nihil esse, qui ob bene cultum servatumque
matrimonium summam laudem inter homines es adeptus: et eoque clarissimam
sobolem, filios ac filias magnam spem huius Regni susciperes: quibus parasti
tu quidem amplissimas opes, sed non his illustrius est futurum genus Tuum, quam
quod ab avis et Maioribus omnibus legitime liberis Tuis contingit nasci.
Magna sunt fateor illa, quae in Tuo sunt aere sed omnia minora liberis Tuis sunt
futura prae genere ipso Tuo. Iam vero quam chari sunt parentibus liberi sit ne:
mo nisi is qui sit expertus, quam chara sit uxor viro, idcirco et charitatem
liberorum parentibus conciliat matrimonium, extra quod quicquid nascitur, mi
serum, ingratum atque foedum est.

Itaque cum Deus omnia tibi, quaecunque in homine dicuntur bona largiter sane de:
derit, liberos quoque dedit, quibus Tu cum ex hac mortali vita, quasi ex quadam Provin:

ciæ

x

cia decesseris, patriam, atque auitam dignitatem, splendorem etiam nomenis familiae Tuae post Te tradas. Quibus ego salutem atque incolumitatem pro mea erga Te observantia ita ut facio, velle et optare debeo. Ita Tuum matrimonium castum atque legitimum omnibus laudibus est cumulatum ut in eo vel omnia ipsius matrimonii commoda, etiam in quodam illustri monumento posteri ipsi qui illud spernunt videre queant.

Atque haec fuit causa cur orationem hanc à me quidem scriptam sed ... meo tamen ab amicis divulgatam Tibi nunc commendarem. Huc accedebat quod ut quisque è Polonia ad me venerat, memoriter sane mihi narrare de Te solebat, quam studiosus bonarum rerum esses, multa de liberis, multa de ingenio ac de Tua eloquentia à multis dicebantur, quibus ego facile assentiebar. Nam ipse coram eam olim quod Leopolim Valachico bello hic in ... cognoveram, cum Tu motus illos gravissimos qui concitabantur, tum in illo bello singulari Tua eloquentia sedares. Iam vero illo non mediocriter ad Te ... inhibebam, compellebar, quos ex multorum literis ac nuntiis cognovi Te ... lari in meo animo, et eo certe ut divini muneris instar id esset. Nam ... magnitudinem potestatis et per Tuam amplissimam dignitatem, cuncta ... ma in Te sit conversa, non possunt patere perinde omnibus aditus ad Te ... tus: mihi vero quod ne pulsanti quidem pateant, non hoc ego divinitus datum atque oblatum mihi esse putabo! Vincit et superat omnes quos ubique sit fortunam ... nium haec Tua divina in me voluntas atque clementia, quae cum cunctis ... sit, me quoque re iam dixi impulit, ut hoc Tuo Clarissimo nomini ...

+

mumq, leuidense quidem illud sed tamen tale quod Tu cognitione Tua et cetero:
rum dignum esse iudicasti.

Accipe ergo Comes clarissime hoc quicquid Tibi à me datur de alieno largi:
mur hoc Tibi nos. Dei n. donum est, quandoquidem illud est verum Tibi esse
omnino visum est. Nam nostrum quod est nihil nisi merum mendacium est.
Hoc ergo quod Deus per nos de Sacerdotum matrimonio edi voluit, primum exe:
plum matrimonii Tui casti atque legitimi tueare contra omnem Hypocrita:
rum atque ipsorum cælibum tum incontinentissimorum. Deinde authoritate
ingenio, virtute, ac opib. Tuis effice, ut leuetur hac infamia ordo noster, exone
retur et Eccl. nra hac ipsa foedissima libidinum ac fornicationum sentina.
Ut continentia Sacerdotum in Eccl. constituta in legitimo matrimonio sancte ac
pie viuamq. Itaque ipsa graui scortatione aliquando liberemur quod tum
erit cum quisque nrum ob fornicationem suam habuerit uxorem. Hæc erant quæ
scribenda erant; quæ ut à Te probentur et ab optimo quoque à Deo O.M.
precor. Nam Pharisaismum ego ipsum nihil moror, neque eius illum magnope:
re metuo, mihi laudari ac probari satis est à Te probatissimo atque lauda:
tissimo viro. Bene vale Vir clarissime ac idem Mæcenas optime ac Dñe
clementissime. Datum ex Kuyna meo paterno rure ipso die sacro Pentecostes
Anno Dñi. 1547.

R. Trzebuchowski Stanislao Orichouio S.

sui q. commendationem.

Quod ad me literas Tuas dederis mihique hoc nomine Tuum animum, ad

×

oẽ beneuolentiæ genus propensum declaraueris, ago Tibi magnas gratias: polliceor
me vicissim oẽm daturum operam vt ne quisquam me in Te obseruando amando
& colendo vel obseruantia vel quopiam studij affectu superare posse videatur.
Vtinam modo tanti sim vt aliquid ex me ad Te demerendum adferre possim, verum
cum potius id re ipsa quam verbis comprobare cupiam missa hæc in præsentia facio.
Reddidi S.R.M. literas quas ipsamet R.M. legit, gratoque animo accepit, quod
illi hæc ipsius Veneti literas miseris, satisque honorificam & benignam sui mentionem
onem faciebat; Tuamque doctrinam & ingenium coram Dño Marschalco Lithuaniæ
nico qui tum præsens erat collaudabat: Ego etiam nihil prætermisi quod ad officium
tuũ nrũ amicitiæ pertinere arbitrabar. Et credas mihi quod de Te Sermus Rex
bene ẽ persuasus, iussitque statim eius regia maiestas suo nomine Tibi rescribi,
quas literas præsentibus inclusas ad Te mitto. Vnde facile colligere poteris
quod R.M. clementi animo hoc tuum officium susceperit, quodque illius maiestati
Tua persona grata sit. Hic nulla alia noua habentur quam quod R.M. hinc
Cracouiam versus 5. Febr. ẽ discessura. ibi itaque de omnib. latius coram. nam
satis n. nunc mihi conceditur ad scribendum temporis. Vale. Belliconiæ 18. Ianuarij
Anno Dñi 1549.

Trilasius Trebuchowo S.D.

Quod perfeceris mihi ea quæ iniunxeram gratias Tibi habeo magnas Tre-
buchoui charissime maiorem vero etiam quod optimo Principi me in gratiam insinua-
ueris, quamque mihi & meis rebus propitius sit scribere non fueris grauatus. Sed hic
pleꝗ offm, ne sumpto quidem meo refundis, & ne aliquid horam sperantem, hanc
...

x

ficijs occupas, humanitate aut summa deuincis. Porro cum non habeam quod Tibi creditori resoluam, me posside, ac tuo arbitratu vtere, quoad voles. Quia vero S.R.M. grato animo meum studium accipere dignatur, proprium sui clementis animi facit, at mihi necessitatem ab eius S.R.M. impositam deinceps existimabo vt omnes meos conatus (licet non nisi exiles esse possunt) in vsum eius S.M. conuertam, et quantumuis hebes ac barbarus sim, me acuam, atque expoliam vigilijs et sedulitate. Quod quidem meum studium Tu eius S.M. Domino meo clementissimo cum tempus suaserit dices. Illmo et Rmo Marschalco Lith. si olim vacabit, me licet vt ego puto meaque seruitia commendabis. Dres quartus vt hic apud meum herum Magnif. Ducem Lithuaniae Pincerna honorificentissime habitus ac dimissus est. ego contendo, vt absoluto itinere Russiaco dies quadragesimalis ieiunij Cracouiae vobiscum exigam. Bene vale Prebechuni charissime et me vt cepisti ama. nos n. Te iam pridem deperimus. Datum Vilnae feria 4. post diem festum S. Agnetis Anno. 1549.

Rndo Dno Valentino de Vrzedow Canonico et Concionatori Ecclesiae Premysl. amico suo charissimo et honorando. In absentia vero R.D. officialis Premysl. a Vrzedow, reddantur pedagogo Valentino Baccalaureo Premysl.

Rnde Dne.

Tandem aliquando scholium absoluimus plenum curae et solicitudinis quod ad Te mitto. In quo me illud demonstrasse arbitror Sacerdoti ita vxorem licere ducere, vt illi licet viuere.

280

276

viuere. Hoc scholium Romam diiudicandum mitto per Legatum Aplicum, qui hoc tpe de Polonia decedit. Dirigendum aut opusculum hoc Alexandro Fernesio Principi Cardinalium sacratiss, eo consilio vt is, ita vt Protectorem Regni decet, id quod e iudicio Sedis Aplicae subijciat. Porro Epistolam quam illi mitto, ipse legas postea. Nunc Te maiorem in modum oro quoque, vt Pedagogum e [illegible] Te voces, praesenti hoc meo famulo Vitalis, et cum illo agas meo nomine in [illegible] et pro authoritate Tua vt hoc scholium viritim inter scholasticos ad describendum dispertiat, vt singuli singulos quaterniones describant: quo nullo negotio [illegible] care [illegible]. Nam Archetypum ipsum mittam Cromero, qui exemplar Romam perferendum Legato tradat, cui decedenti cum D. Castellano Premysliensi occurrere apud Cracouiam statuit. Hoc aut scriptum scholastico more exemplar [illegible] penes me retinebo, ne quo [illegible] casu, hoc meum multarum vigiliarum opus intercidat. Hoc mihi nihil gratius facere poteris. Vale et nos ad Chri Natalem Premysliae expecta. D. Decanum optimum virum et mihi amicissimum salutabis meis verbis plurimum. Datae e Barancice feria 2. in vigilia S. Barbarae Anno 1565. Tuus totus. Dictaui sed non relegi quia non licuit ignosce. Stanislaus Orichouius mpria

Illmo ac Rndmo Dno Alexandro Fernesio Card. Romano SRE Epo Cardinali ac Vicecancellario. Stanislaus Orichouius Roxalanus ipsum se atque haec quae mittit supplex commendat infrascripto chyrographo suo.

×

Intelligo Alexander Fernesi, quam altè repetito exordio mihi ad Te scribenti opus sit, nê Tua excellens et praestans virtus, in hoc Orbis terrae gravissimo consilio magnis rebus gestis comprobata, compendium verborum faceret, hortareturque me ut Te religiosè et sine ambitione adirem. Nam si pluribus verbis licitum esset mihi tecum agere, principio docerem me esse Roxolanum Equitem, in ditione Poloni Regis matre Graeca, patre Latino in lucem editum et susceptum, professione Sacerdotem, vita maritum, religione Catholicum, fide Romano Petro subiectum. Sed quoniam Religioni nostrae servio haec silebitur, totius et rei summam quae mihi necessitatem ad Te scribendi imposuit, in pauca conferam, agamque quam brevissime potero. Ego Alexander Fernesi Roxolanus homo, materni mei generis instituto, prima adolescentia patre Latino ritu Sacerdos factus, annos abhinc XV. Sacerdotio deposito uxorem duxi Sacerdotum Latinorum in Polonia primus, hoc n. nomine quicquid ditionis atque imperij Poloni Regis in Sarmatia Europea continetur. Caeterum cum id ego facinus pulcherrimum esse arbitrarer, dignumque pro quo capitis periculum adirem, in illo tuendo agitabar. Principio n. ab Joanne Driadusio Episcopo meo Premysliensi damnatus et proscriptus, post autem Provincialis Synodi decreto exul factus, eram restitutus et adjudicatus per eximium et praestantem virum Bernardum Bonioannem Camerinensem Episcopum × Camerini.
in Poloniam à Sede Apostolica legatum omni processu iuris tantisper sum solutus et liber quoad aliter Sedes Apostolica de me censuerit. Causa mea quae sit vides, nunc quid consequatur audi pro tua clementia. Ex ipso hoc matrimonio suscepta est mihi soboles filiae penè iam nubiles, ac disciplinosi filij: tum inter me uxoremque meam primum sunt dotales tabulae confectae deinde consortium vitae coniunctum denique divini et humani iuris communicatio, patria lege exaequatum, postremo affinitate illustri ornata est et aucta Domus. Quantum vero ad rem Divinam attinet, à sacris faciendis
abstineo

44

×

abstineo, ac media in plebe laica communione sub panis sp[ec]ie contentus. D[illegible]
Latine pariter cum uxore colo. talentum mihi concreditum ut pars mea [illegible] est [illegible]
cumulans et adaugens sedulo, quod mox redeunti D[omi]no et ro[ti]ones vitae reposcent[i]
referam cum lucro. Sic vita mea e[st], nunc quid sit omnino ad invidiam propositum [illegible]
uiter tibi summatimque describam. Quanta manus Haereticorum intra Poloniam
et extra est, tantam me inimicorum multitudinem pro sede Petri suscepisse scito [illegible]
qua dictis atque scriptis continenter belligero, quam ego vti contempta et abiecta [illegible]
ita contemno et pro nihilo puto. Non n[im] vereor ne quid mihi [illegible] perditi et [illegible]
rati bonas noceant, quib[us] ove Eccl[esi]ae suae sp[ecial]i S. Tridentino in Concilio di[illegible]
anathema. Sed mihi molestum e[st] Catholicorum et[iam] nonnullos mihi e[ss]e infens[os]
nullo meo ut sperare videor merito. Quorum vnus e[st] Martinus Cromerus Eccl[es]iae
Cra[coviensis] Canonicus, quo viro in Polonia alter scriptor non est, (Stanislaum Hosium
Cardinalem semper excipio) neque doctior neque ornatior ut illius o[mn]es p[ro]p[e] mon[umen]-
ta declarant. Is commentationem pro caelibatu edidit, in qua n[on] nihil Abnemo in [illegible]
sub generali connubii sacerdotalis nomine. matrimonium meum parum bene [illegible]
rodit ac carpit dente. Vero molestum Antistes amplissime, in eum me loc[um] [illegible]
ut cum Catholico et viro, quasi Haeretici nobis desint, mihi sit decertandum, [illegible]
ea utique sententia, quam locatus vir si non summa at certe magna pars [illegible]
ut iam verear ne non tantum animo et voluntate, sed et ipsius fidei professione [illegible]
amur Haereticis inter nos dissidere. Cur n[im] Cromerus Sacerdotem nuptum [illegible]
[illegible] [illegible] esse illis semoto ab altari et in ordinem redacto putem, [illegible]
eorum qui Ecclesiam non respiciunt, cui nos auscultamus utique qui non [illegible]
in hac controversia utrumque stare alterutrum nostrum Haereticum esse. Proinde [illegible]

+

Niechże tedy nasz ... W. M. Polski za upadkiem prawie albo ieszcze za powszechnemi tych wszystkich dwu stan. Stanu duchownego y Stanu Senatorskiego, które się na stronie ... sięga podały, których dostępić y ratować trzeba tym nasz pilnie. O Nobilitas Polona y umocnie ubogie stary sam nie ... ale się stawiaw tak zgoła na to wiele że y z samym ich posłuszeństwem y do obalenia gruntu pomagacie aby tako mogły kamień na kamieniu nie został bo iż w ynas nie czynicie ciężko się wszyteczny ... wiele wam pa-nowie nie szkodzi ... dziećmi ... waszych starych oyców y słuchacie Polskich, u których pietas była za Króla, et dominabatur u których iustitia ... nie prawo natura exe-cutor nemo et potentia virtus za Hetmana inducitur, u których bonitas et rectitudo speculum fuit pro morstwie, u których simplicitas była certa via vivendi non astutia, u których prudentia była za gospodarzy in regenda familia, nie prodigalitas, u których in summa była virtus dux fuit ipsius libertatis, która się iż tako to teraźnieyszych czasów ... ono nie umiecie y nadto bezcie cudzego podarzecie iż umiłość wszelkie upra-wne słusznie tako ... sami nigdy nie starali ieno przez posłuszne tako ... ostawiony urzędy, non tamquam veri et legitimi, sed tamquam adoptivi heredes ipsius libertatis bo ... więcey nic ieno sam służyć in libertate natyśmy. a ja wam ... powiadam że nemo nascitur liber, nisi is qui moritur, bo w narodzeniu wszystka fortuna sua vela et tela quibus etiam potentissima regna dissipat et ammittat, baczże ex quibus vis liberis servos et mancipia facit, tako ono przypomnie wam co nam daie nauki, Seneca mówi gdy mówi iactas te liberum esse, nescis qua aetate Hecuba servire coepit, qua Croesus, qua Dary mater, qua Plato, qua Diogenes, a przykładem nam może być y in Anglij Regulij, y Walerianus, z których pierwszy dux Populi Romani a drugi Princeps et Imperator fuit, pierwszy apud Carthag. poznał co to iest servitus, a drugi iesz-cze barziey apud Persas, choć był wielkie liber, ale auctor libertatis et imperator tak że iego grzbietu wszpul miasto podnóżka do wsiadania nakoń Sapores. Rex Persarum przez długi czas, a potym go zesłon obłupił y tak koniec uczynił y żywota iego wła-snie! Quas oni Macedoniae et Numidiae Reges e culmine ... in vinculis conjecti fuere!

334 ~~333~~

fueri. Nawet daleko nie chodząc krolestw naszych może się napatrzyć tego że siła zołnierzy ludzi wodziat albo wybiec może wielkich niewolników, bo to jest vulgaris nobilitas, y tylko ad bona fortunae pertinet non ad bona animi, quae est simplex virtus krotko mowiąc to umiale liber, quia prudens est, si iustus, si fortis, modestus, si innocens, si pius, honor si quid abfuerit pro za te parte servus, scito przez wspominam te owych Hispaniolskich y rolnych etc. ktore były y nieszczęsne, y starożytny wolnosci Lacedemoni, y Athenae, ktore marnie naszych dziele mox exulium exterminati sunt iugum. Wiec y ona Hierozolimska etc. prawie matka wszytkiej wolnosci naszej, do ktorego potym Rzymianow szkoła, y Athenskich, a teraz Sabaudom ktore matka non solum libera sed domina gentium nay pierwey swoim mieszczanom potym y wszystkim ludziom naostatek ktorom obtemperavit, tedy byla nasz wiecznosci szczęśliwy widział stabile obracaią się wszytkie rzeczy, iako może zu fortuna ktore ktoto nie trzeba nam wyliczać ktory wolnością szlachecką, iam ich, człowiek, ktory doszedł się urodził, ale to sluszny rzecz trzeba pokazować iesli iest tak iest, y iak to niechay cudzych ku wolnosci poznawszy cnotliwych gdyż cnota iest rzecz osobliwa, ktora niemoże złego affectu uczynić tanquam optima causa ktorey iesli w sobie niemasz nic dobrego ani nic cnotliwego niemożesz iako y ganię iedem napisał y nadobnie

Quod sine coniuncta virtute potentia virus est.
Hac sine fit deforme pentis tyrannide regnum
Hac sine fortuna est ventis temerariis atque
Hac sine forma perit lenociniisque propinqua est
Hac sine oratione meretrix facundia linguae
Hac sine ferales vires et robur agreste
Hac sine versutae paret sapientia fraudi.
~~Virtus~~ Hac sine ~~virtus~~ virtus non virtus, sed opinio vulgi est.

Dobry tedy skutek wolnosci w sobie libertas virtutis iesli że w sobie iakiey może rzeczy samy złotych iest, ale iest solo nomine tuteś właśnie iakoby owa aere nadsiana kniga ktora kiedy się iako naczyniona rozsypuie nic z niey ieno sierum vacuum ostrem ktorey kiedy niedbacie y cnie osłyszeć. Zazwyczaiecie wszy ieno iesliście pod pretextem tey zacney cnoty wolnosci waszey wiadome niewolę niewypadli przez wykroty wszytkich rozmayitych niewspieracie przyszłych dwu stanow ale wyżey pomagaiecie im do wrzuchu przeszłego wolnosci swobody znać iest ktorego niewieże żaden ktoryby rozumiał graniczas ze libertas simplex non excedendo siedząt, strzeli y dawszego zbudowane most, ale na rozmaite sposoby cynicie tak że też iuż waszy potentiores zrozumieli, y łapaią was do siebie ktorzy ku rozmaite powały, y maiąc was iako swych, robią przez was co sobie rozumieią, tedy wy potrzebney przez was sobie siedzie trybunalskie urzędniki ziemskie obieraią, kiedy y kiedy iaż im nie potrzeba, przez was braci naszey na lancę ukazuią granicas

W granicach sciskaiąc swe złe zamysły y R.P. szkodząc nami zastanawiaią przez was niecnosc ktory napostatech in szyr bardziey poszaleią. Aktory to wybiegi wszystko mogł tako oni złego przez nas robią, aly za nas po lusnych widac niewidziecie ze nas dowszystkiego złego prowadzą. takze nam potym mogą tako na ostatniej kartkach ujescie a skrot ich czasie, iest pewne lumi nie gospodarskie wszystkie appendio pono nas byr przymarzam, ale wszakem swoy odpuszczenie, Zarazliwie ucz niewidze ze ss Nobilitas nullus pęda stanu duchownego ani senatorskiego y owszem pomagą do upadku przywodzac rozmaitych stron y rozmaitemi sposoby swemi niedobremi. In Vulgo nulla spes [illegible] aly te ostatki: R.P. miały co pomoc dlaczego pono nieslusznie uz kori ostatki, y ecesa oswiecenie R.P. gdyz by napotemnieysze miały byc uważane tanquam principalis et materialis causa, bo by niebylo Vulgum, niebyłoby ani Krolow ani Senatorow, ani Kolleyskich ani Consiliarzow, ani zgoła eminentiy zadnych według owego pisanego Zencomion Vulgi

> Dic mihi quo constat dominis gratia? Vulgo.
> Tyronis bello quis sufficit? Utile vulgus.
> Publica cui prodest [illegible] victoria? Vulgo.
> Palmia victoris quid finit suffragia? Vulgi.
> [illegible] quid vox est? Acclamatio vulgi.
> Qui necat in belli certamine? ~~Arreptile~~ arreptile vulgus.
> Sidlia quos interficiunt? miserabile vulgus.
> Vulgus alit matrem, Vulgus iacet hostia Matris

Ale iz y tu u nas iest bardzo namu szona ta czesc R.P. y rzedsza sesniona wrasnią przestawszy ostatki bo iuss umowic nieumie sedno patrzy y to zdaleka na ktore Pany nasze skarze, na ktore wszelozone y tako widzi Pany swoie ogląda tak tez czyni, iecheli zywot Panski tylko y iemu sie podoba, zyd Panowie ich przykładom podobni, a Pan Bog ich nie karze, ani trwoży, ani prawo tak rozumie ze to sprawiedliwy zywot y tak iusz bedzie zadnego tak niewiaztha, bo nieumiecie ani maią inszego wzglednego prawa, inszego zwierciadla zywa nieskoro reno przykłady tych zasiebotych ktore iesli dobre, ych też iesli złe, y oni niedaleko odbiezą. Otoz to czesc naszey R.P. powatowac niemoze, tako ostatnia y niepodszna z wszem za upadaiącemi, y ta sie sztana zawarzała.

Wracam sie do siebie zamykaiąc mowe, ktorą gdzem pono daly wszesze udał, niżeli mnie Kapłanowi przystoi. Ale pirwey to trzeba wsobie naprawic y napostawac chcielimy aby nasza R.P. niczym nie exorbitaret, y rozumiem zescie to z tey mowy moiey niegłębokiey zrozumieli, chyba lubo ostrzec mozecie ze nam nie Krol winien ktory wnieslacest potius servus quam Rex, ktory wszytko z nami naprawic y popsowac moze, bez nas nic, ale my wszyscy winni zesmy sie popsowali omnes ad unum, et non est qui faciat bonum, y zatym nastepuie nemas [illegible] Boz et poena peccati. Wierzec niktemu ze tesz y Krol alegra peccat et homo wszystkich animadversio na nas zarastla ciemnyc ś, oraz y wszyscy tepiey ktore wszystkie bo nas tego y prawa nasze uczą y pisarza. SL. Silam sie od was nauczył Kapłanie mity, y podobaia sie to wszytko iako szczera prawda y tego chcemy popierac natym zdolesie, zeby y naszey wiekszo. R.P. szlacheckiey Panie niepodobna wszystkie ostatnie mieli naprawic, domowa trzeba napisowac y zauwazy sie ktory y woleyny wszedzie y przez nalezhoscih owszednosc, czego pstwo niczego niewgdzie Panskiey

Zniszczonego

22

Zmyslnego nic. SL. musi tam byc zwierzchnosc. P. niewiem zaka. Bo ani Krola Pana swego ochrocie, ani Senatorow nie znasz. Chybaliscie z siebie, y ex populo innego wybrali, ale v was multitudo, confusio. SL. A przeszlysmy tak iezdali gdzielysmy swowie nie niemieli. P. zaden z was ani nie peco iedzie, ani bedzie wiedział kiedy sie wroci do domu, ieno to pewno, ze bedzie widział co wszedł, lichszy szkody nabrał, złosci naczynił, y despektow spokoynych gorszych słow namowił, kto też zaszedł wszystkiego vcierpiał, ac do domu nowiny tylko odbierał, iako daleko był, iako mowił ferunt, dosc P. iako wielkie wojska widział, czemuz słuzył przeciw od Krola był wniego ... nie postawszy. SL. Prawdac wszystko to prawda co mowicie, y wrocilysmy sie do domu, bo sie do tego ieno iasz winy niepopadł nieuczesny. P. Mily Panie rozumiem, ze sprawuiecie, libero homini non est absolutus dominus. V nas teraz niemasz ani Krola, ani zadnego domu ordinem ni P. ieno sobie interregnum. A ktoz was ma skarac oto ze niesłuchacie sobie wszego Szlachcica kiedy na nas wsciągą, sobie mandamus. SL. wszytko prawda, za rebelliant iusz do domu bo czyste yeszcze tam pobito z ych Rokoszami, iusz było bydz sobie nieborak za pozwem Krola zaszczycił, bo ze sie był na pierwszym wolnego 8 bdzie, a tom był Blazen.

Więcyc tam takich iechało niepoczciwe rzeczy nie wiedzac co co chłodzego y nacżynie woyskowanie, tak ze posłuszni, czego potym nie zapłacili, skoro wsze doma z takie tu porządku. SL. Dziekuie za to X. Plebanie y za chleb, y zdrowo iadz bedzie umiał drugim otym powiedac. P. Zdrow iedz Szlachetny Panie y zdrow do domu przyiedz.

SL. Vale blaznie co s konia dawno na mordował sciec wszytko Senatorow zestac zostałes Blaznem.

Ex Cart ... 680. p. 14 (?) 29

Rokosz Anni 1606.

Rector Andrea Schoneo. Litigantes de Loco Goreij et Walkinensis prior ... a Cardinali Macieiowio exegerant. qui quia praeiudiciosa Universitati videbatur missis literis ad Rmum Epum et Dnum Consilio ... privilegijs et consuetudinibus ... contra ... vel ... exegit

Lauro Sculptori Romano 4 elegantes formas ... Romae expressit 20 Vngaricos ... ad Vrbe missi — 55 Lau[ro] Romano Sculptori

19 Aprilis In Comitijs Regni Quidam Senator audiente Rege et Senatu ... indignissime ... quasi Astrologi Academiae, nescio quid praedixerint ... Magnum Ducem Moschouiae Demetrium (qui in Acad. nra ... esset ... Bacalaureus fuerit et Bibliotecam nram ... illustrauerint interim privatas ... Albertus in Polonia agebat) ad aliquid ... cum Polonia ... — Academia a quodam Senatore in Comitiis calumniatur

Quod Vniuersitas ... nunquam Academia fides Regis ac Reip. fuerit suspecta literis expeditis ad Cardinalem Macieiowium et ... apud Regem et ... Vicecancellarium ... his ... purgavit

Privilegium dat Vniuersitas Ioanni Makowskij ... domo in area nostra ad Regiam ...

Mortuo Alberto Bussowskij Preposito ... ex testamento 200 fl. ... relictis reparandum Collegium minus decreuntur et restaurandas ... — 57

In Rectoratu 3 eiusdem D. Schonei 1 Xbris M. Martinus Conaszenius Contubernij ... Senior datus est ad educationem ... Ostrogij — Rokosz

Ob direpta bona Praepositi S. Floriani cum ... integram ... nec postulata illius exaudita, nec in ... omnes ... Vniuersitas ... sibi esse ... Mille aurei ... concessi ... pignore et ... eiusdem ...

339

335

24

1607 Rectore Sebastiano Krupio Procurator sine scitu D. Rectoris etiam ad vigentissimas necessitates ne quidquam exponere audeat sub poena in statutis

Commendatio Mastowij 300 fl. pro emenda censu ad alendum unum studiosum offert huius quaestor sit Krupiany

Eodem anno celebrata est synodus Petricoviensis ad quam per Universitatem delegati sunt Andreas Schoneus SFD. et Iacobus Janidlowius

Rector Baccalaureorum pro ſto Electione Rectoris unius facultatis Baccalaurei intelligendi

Resignationem Provisoratus Bursae Ierusalem Schondo non recepit Universitas. Is est verbis Dabiaverdetur

Iterum alter Vicecancellariatus R. D. Schondo a Petro Tylicki datus in Universitate legitur 18 Februarij 1607

Ob seditionem et rebellionem in Regno exortam tempestatem parvi studiosorum albo Universitatis inscripti sunt praedicto Rectore Andrea Schondo dum fere maior pars equestris ordinis contra Regem armatos conventus quos vulgo Rokosz vocant et conciliabula habere coepit indeque miles domesticus ad sedandas ipsius motus et conciliabula ... dispensationem procellas partim a Sermo Rege partim a nobilitate ipsa collectus et more hostili omnia sibi permittens nec quidquam a Turcica vel Scythica rabie differrent, non modo Ecclesiasticorum sed et saecularium maxime quieti viventium violenter bona et fundos invadebat villas et oppida armis et igni vastabat pecora abigebat vias obsidebat viatoresque spoliabat subditos in villis maxime Ecclesiasticis miserum in modum ad contribuendos commeatus cogebat omniaque direptionibus et incendiis atque vi armata complebat unde multi alii etiam aliqui studiosi mox ad Acad. confluerent sed etiam quidam eorum hac misera sorte suos perculsi Cracovia discedentes hoc turbulentum tempus apud suos lares deplorabant, quidam autem mansuetioribus studiis valedicens cum qui maxime vigebat armatam statum amplectebantur Professores vero Academici supplicabant ad Deum ut Ecclesiam ... defendere ac ... Rem. O. M. orantes ... in hoc Regno ... calamitates ... Regnum ... at his et aliis ... gellonicam sub umbra alasque suas servare dignaretur.

1607 Eodem Krupio Rectore Martinus Dobrovicsky Celst Ebdum S. Magdalenae D. Rectori et [illegible] 61
vota ad deliberandum dando locum in sui officio substituto S. Pre Basilio Gobnicio
13 Februarij Tradium Chirum appositum a 15 Leonhardi
In Synodo Petricoviana volens gstendere ora ad docendum et Societate Iesu re[illegible]
conferat Universitas dabat se g Seminario regendo et docendo Iesu suppositi [illegible]
Ordinisquum reperit Petrus Tylicius Episcopus Cuiavien. Daniel Sigonius Martinus Glacker 63
1608 Dany Gpatevis Mattheus Blasius Maiores Collegii Salua Collegiatura Sebastianus Kwiring in quo argumentis
Commotione Ajssiua Rectore Seconda Secessio facta fuerat in Skalowsie pro qua reponandis
insolentia summo mane deputati simul et semel in orta Cathedralis D. Stanislai descenderunt et in hac 64
inquirebant 1º nomina Preceptores Beneficia seu fundationes Pedagogias et Lectiones ys ardua
2 Si fuerint in illa secessione qui autores hac turbationis quid consultationis capitula et argumenta
3 Promittant itaque Obedientiam et fidem [illegible] 4 Indicent eos q in Civitate manent 5 Testimonia
tam de Lectionibus quam Preceptoribus adferant.
Krupka In Italiam discedit. Substituto relicto [illegible] apud Universitatem [illegible] Krupka in [illegible] [illegible]
5 Xbris Rectore [illegible] Faleckij Scrobiszewski ad Collegiaturam novorum Iuris et ad [illegible] 65 Falecki
Taberna in Wegrzce vendit 66 Skrobiszewski
Iure ejus [illegible] non recedendum a contractu revenditionis non expletis conditionibus.
16 Januarij De Reformatione licet aliquoties fuerint tentata tam in Studijs privatis quam publi-
cis [illegible] nulla hactenus facta fuerit placuit rescribendum Illmo ad regni Comitia. Quod
Universitas [illegible] sibi expedire non videt ut de hac reformatione alij Episcopi statuere debeant
cum hoc reformatio vigore Brevis Aplici ad Illum Epum Crac. pertineat et Universitas
nullius iudicio se submittere vult praeter Illmi Epi Crac. tanquam et suo Cancellario et
Universitati nostrae quidque optima cupienti. Pro persona Episcopi sollicitandus Excell
Iunnicius Regium Professorem et Medicum ad Comitia delegaverunt. Qui egregiam operam 67 Iunnicius
hac in re operam ostendens multis argumentis Illmo Cracov. et alijs Episcopis frustra Reformationem
urgeri nisi manus adiutrices Academiae necessitate laboranti adhibuerint
Pecunia Zemeliana et alia collecta ex censibus ut in uno loco esset congesta decidenda
in Sculteciam constituitur. [illegible] habes in [illegible] facie chartae [illegible] m
Sed hic Census cum Summa Aº 1619 [illegible] in Sezebrusie cum duobus
millibus Zemelianis [illegible] in thesauro depositi

19 Januarij Anni praesentis Mortuus est Bernardus Macieiowski Cuius
Senator Pontifex in pauperes Bonus magnaniminus sollicitus [illegible]
vita hoc sollicite curabat ut Petrus et Fabianus [illegible] et quietem
videret ad Vladislaviensem ad [illegible]
Petrus Tylicki ad Culmensi ad Varmiensem ab hoc ad Cracov. translatus
Anno 1609

340

~~236~~

+

Rdus Dnus Ioes Rosdrasewski à Rosrasow, ad propagandam Omnipotentis Dei gloriam, publicum bonum, et honestarum artium incrementum Collegio in summo Posnan sito à Rmo olim beatae recordationis Ioanne Lubranski Epo Posnan erecto et fundato, iniuria temporum neglecto et ad extremam ruinam converso pio zelo et animo, proprio sumptu restaurato, quatuor Professores, Grammaticum Oratorem, Mathematicum Iurisconsultum in eodem instituit et dotavit inscriptis et corporatis praedicto Collegio Vigintiquinque Millibus Floren numeri et monetae in Regno current in bonis suis ac sortibus Oppidi Nowemiasto Vellargg et haereditatis Bogusdyno, Chomices et Kruczyn ad easdem sortes Oppidi Nowemiasto spectantibus ex quibus duo Millia Floren praedicto Collegio cedent hac dispositione Ubi lectiones coeptae fuerint, numerabit praedictus Rmus Dnus Professoribus Mille Florenos ita

Ut Gramaticus, Orator, Mathematicus, Iurisconsultus Habeat: Florenos Centumquinquaginta; Centum Quinquaginta; Centum; Ducentos.

Ex quadringentis qui supersunt Ducenti pro mensa communi Professoribus assignantur. Ducenti servabuntur pro alijs Professoribus si qui necessarij visi fuerint Fundatori vel eius Successoribus. Alij Mille Floreni Centum Quinquaginta studiosis deputantur. Quoniam verò dictum Collegium Lubransianum et sic illa tanquam in Coloniam suam Professores mittebat, ideò praefatus Rmus Dnus inhaerendo menti primi Fundatoris, ut suum cui debetur reddatur, vult ut ex eadem Academia Crac Professores ad dictas professiones assumantur, ita ut Collegium hoc cum Academia Crac sic uniatur, ut illi sit filiae loco. Ideò providebit Universitas Crac cum opus fuerit, ut viros dignos praefato Collegio suppeditet, et dictum Collegium tanquam filiam ad sua privilegia recipiat et ordinet, modo quo melius et efficacius videbitur. Insuper idem Rmus Dnus ad augenda et ornanda Academiae Crac studia, ex mera liberalitate, et pio in Professores et Studiosos Academiae Crac affectu, Decem Millia Florenorum in bonis suis inscribit, et obligat, ex quibus censum Quingentorum Floren annuatim ad ma:

Ea prima sui fundatione incorporatum fuerat Academiae Cracovien

nus Academiae Crac. Rectori vel Procuratori venient, cuius pecuniae pars cedet Studiosis pars altera Professoribus dictae Academiae Crac. iuxta dispositionem Rectoris et Professorum. Et hanc esse meam voluntatem et dispositionem Ego Joannes Rozdrasewski praesentibus recognosco et in evidentius testimonium praesentes manu mea subscripsi et sigillo communivi. Datum Posnaniae Decima septima Augusti Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Nono.

Joannes Rozdrasewski à Rozdrasew
manu propria

30

Copia
Inscriptionis dom. et Ordina
tionis post inscriptionem prima
[illegible] facta et sigillo obsigna
ta [illegible] [illegible] quin
millium in [illegible] Collegii [illegible]
[illegible] + [illegible] [illegible]
[illegible] assignat.

[illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

1609 Cancellari[us]

Eodē A[nn]o Talecki Rectore 22 Maij R[everen]d[us] Henricus Firlej Referendarius Regni nec non S[ecreta]rius Regis 68
cuius gratiā prolixis verbis in Academia declaravit M[aies]tis vero in ea re obediendo
quod cum haberet multos p[rae]stantissimos viros et idoneos ad officium Notariatus crusifex S[acrae] R[egiae]
maluit tn̄ ex Acad[emi]a ad istud officium commissi alios assumere in quo honori et digni
tati Universitatis ex singulari sua gratia regia M[aies]tas consuluit, instans et [illegible]
[illegible] petijt ut D. Adamum Wacławowic iuxta Statuta salvis oībus assumat
S. M[aies]tas [illegible] ad Balth[asaris] Mościcovij [illegible] concederetur. Cui voluntati S[acrae] R[egiae]
ab oībus delatū est submississime hac conditione adiecta ut substituti per ea legere
et alia onera subeant constituti dicti Mag[ist]ri Adamij Wacławowic

4 Iulij Ioannes Wolbrmād Praepositus S. Nicolai Medici [illegible] Stergiij assensu ex pluralita 69
te votorū eligitur ut resignet oīa beneficia et [illegible] possessiones et Privilegia quae
habet Universitati tradat in manus Rectoris

7 Iulij Villa Biała loco Pensionis Academiae donatur ab Ill[ustrissi]mo Petro Tylicki Ep[iscop]o Crac[oviensi]
discessus in Italiam Simoni Stabaeo et Adamo Opatovio d[atu]s ē concessus. Non n[am] aequū putabant alios
molestias et difficultates susceptiones sub tps reformationis futuras illos immunes fore
p[rae]sertim cum quidem ecus in Collegio minori manentes ī vij adeo lubenti meruerit fa
cultatem discedendi ubi m[agn]is labores p[raeste]rari oporteret tam in p[ro]fitendis publice le
ctionib[us] quam in instituenda iuventute privata.

Discessus in Italiā ob de negatus. Simoni et Adamo

27 August. Item 18 ad Convocationem publicam missi venerunt R[everen]d[us] D. Paulus Deb[..]cki
Ep[iscop]us Laodicensis Suffraganeus et Vicarius Gnalis Crac[oviensis] cū R. D. Alberto Szydłowski Custode
Crac[oviensi] magnam Legati Ill[ustrissi]mi ac R[everendissi]mi Ep[iscop]i Crac[oviensis] atq[ue] literas Apostolicas per Publicum
Notarium publice lectas et intimatas et eaq[ue] copia a S[anctissi]mo D[omi]no N. Paulo V. P[a]p[a]
D[omi]no Rectori tradita. Et literas quidem Ap[osto]licas ea qua decet reverentiā audiitas
et exceptas. Caeterum de toto negotio Visitationis Reformationis (cuius qui ab Ill[ustrissi]mo ac
R[everendissi]mo Ep[iscop]o Crac[oviensi] venerunt ut decuit honeste expediti) ad Universitatem ē relatū[m] D[omi]n[o]
cuiq[ue] omnet. Cum Ill[ustrissi]mo ac R[everendissi]mo Ep[iscop]o Crac[oviensi] (qui tunc Crac[oviae] aberat) de tota ea re
ante reditum per Nuncios agere Et missi sunt ad Ill[ustrissi]mum et R[everendissi]mum duo Excell[entissimi] viri Valen
tinus Fontanus et Gabriel Ioannicius Phil[osophi]ae et Medicinae Doctores cum plena informatione
qui redirentes 18 7bris qui a[nim]us esset R[everendissi]mi et quid aā procedendi in Visitatione futura
retulerunt. Itum. auid ē in eam sententiā ab oībus eligendos esse X viros qui vi
derent ne quid detrimenti Universitas ex hac Visitatione caperet. Electi aūt fuerunt
M. Stanisl[aus] Talecki Rector Basilius Gołenius Andreas Schoneus S.T.D. Petrus Gorecius C.C. Custos
chij a Piątek Iacobus Sierobiszewski I.V.D. Valentinus Fontanus Gabriel Ioannicius
M.D. Gaspar Cichocius Ioannes Broscius Collegae Minores. Quod si res in liter
[illegible] publico et impensa Universitatis causam p[ro]sequendā et continuandā
decretum insuper ut oēs Rectores successive eligendi causam si quid reptitum fuerit
teneantur et sint adstricti de consilio p[rae]nominatorum deputatorum p[ro]sequi et continuare ca
ram quovis Iudice et gubernaculo [illegible] sub poena arbitrarii p[ro] D[omi]no arbitranda
[illegible] resolutione cognita Ill[ustrissi]mi Ep[iscop]i Tylicki ~~ut executione Visitationis et Refor~~
mis ~~supersedit~~ medijs [illegible] aliquandiu supersedit.
Stabat [illegible] in multis [illegible] Ill[ustrissi]mum Iacobum Zadzikowski ab hoc scire volebat
quid animi esset Academicus sensit me [illegible] quo sentiebat
aliter [illegible] accipiens quam [illegible] intendebat
25 7bris venit ad Collegium Maius [illegible] missis [illegible] ante Suffraganeo
[illegible] cum [illegible] et intimatione brevis Rer quomodo se haberent
obversa peius docebunt

Vastawe[illegible] [illegible]

Visitatio et Reformatio per delegatos

72

3-6

32

23 7bris Rndo Dno Joanni Rosnazewski pro Colonia Posnaniens ad Jurisd. legandi deputatis Jacobus Skrzi szewski Jo. Joannes Jouiecz Matthaei Arony Grabowicz et Simon Stabrig pro [illegible] et Gra in electione suam consentire noluerunt Jalanus Universitas et transmisit, Cadendis Cardinali et Insignia 20 millia in Castro Posnaniensi refert. 2 ut x millia Universitatis Cracoviensis in Curia [illegible] 3 ut Loci Ordinario Procedere Collegii et opportuno tempore tota Summa ad Urbem transferatur 4 ut Confirmationem restaurati Collegii instituat et Judicem in Causis ultimae instantiae. 5 ut Lubranscianae fundationi vindicet 6 obtineat a Loci Ordinario et ejus Capitulo a Rege petat et ordinet. ut Privilegia et Immunitates illi Collegio Fundatoris extremam decem Causis. Sed antequam [illegible] ad Arony venerunt

+

Ill^me et Reuerendis^me Domine
Dne ac Patrone colendis^me.

Reformatiey potrzebney nie sprzeciwiaią się PP. Professorowie Universitatis
repraesentantes: ale sposobu y osob naznaczonych: a iako oni mienią, po
stronnych y praw Academiey niewiadomych, nieprzyimuią. A uważaiąc pi
se przedsięwzięcie w m mo^o Mcie^o Pana: ktore wszytkie raczyłeś uczynić
na pierwszym wstępie Biskupstwa Crac: mienią takowe było uczynione de
claratią, iż Breve Apostolskie nie chcieliśmy w m moy Mciwy Pan do refor
matiey użyć, przeciw Breve nic na ten czas nie mowiąc, ktore iedna
nie zyszło na placu się ostać, zwłaszcza ad hunc effectu iako iest intimowa
iuxta statuta et privilegia antiqua, reformatiey iesli w czym trzeba, p
w m m^o Mc^i Pana iako Cancellariu et per Decanos et alios Professore
in excitanda diligentia, Visitatione personali exclusa, sobie życzą, czo y za
stałym listem spolnolemia wszytkich pisanym, oświadczać się spodziewaią. A za
tym iakiby był pożytek pracey przez w m m^o Mca Pana uczynioney
mądrym rozsadkiem w m moy M. Pan uważać iuż podobno raczysz, gd
za taką sprawą przyszłoby, albo actum agere, albo antiquum statu Academ
confirmare. Bez bystrosci w m M. M. P. Jeh Mosc Prałaci wszych rz
nie myśla nic działać, a tym wszelkiey discursi de protectione Regia et Or
nu Regni, et de aliis exemptionib. zwłaszcza: niebędą się chcieli podobn
wnict oddawać. Jednak aby PP. Professorowie nie dali się swey powin
sci Reformatiey zaniedbawać: na tę pracę deputowali pewnych spro
siebie. Niechay P. Bog szczęści conatus nasze przy świętym przedsię
wzięciu w m m^o Mci^o Pana. J M. X Bożradzenski skutkiem iuż
obietnice uiścił: wszora X Skrobiszewski y X Klobuczko przyiechali, 500
przywieźli, piećdziesiąt na PP. Professory. ostatek na żaki. Lubranski
szkole 25000 fl. ratował. Professory stąd bierzą. maią mieć 2000 na ro
y stoł do tego. a Canonią Poznanską Juriscelie J M. X Biskup gratificowa
przy salariu. Aby po tę intratę 500 fl. nasi nie pełnie zdali się, 1000
tu przeniesc X Rodzalenski obiecuie. Ktorych Professorow tam poslemy
wypisac nieomieszkam. Po Krakowskim chudzie, w Tirolu de Cieszynie powiada

wzrost iego piętnaście piędzi, a iedno oko wesele. Visitatią skonsilda S.
Michała iutro daliboq zacznięmy. w Podgorzu snadź do pierwszych natego sen
dalece się wracaią kaptuni, pożyteczna by rzecz była, gdyby Domini Auditores spr
dostatecznie dali iest Decret Reformat dosc się stało, a de fenadat Slom
gregaliey odnaymieli. Stym modlitwy me kaplanskie zuniżonymi sluzbami do
Łaskawey Łaski w M. M. Pana zalecam. z Krak 20 Aug 1609.

Ill^mae et R^mae D. V.

Humillimus Servitor
Jacobus Ianidło J. M

Illmē et Rmē Domine
Dnē sumā observantia Colendissime.

Za zleceniem y roskazaniem wmći mego Mćiwego Pana nazaiutrz po wzięciu listhow od wmći, porozumiawszy się z X. Rectorem, za odda: niem listhu iemu należącego od wmći, wszedszy w czwarthek była zło: na Conuocatia na Pany Collegiathy, gdzie zieachałem z X. Custoszem Crakow: skiem, wszedszy do thego Pana Pisarza Consistorskiego, tham gdy przeno: wię wedle opisania y woli wmći do nich odprawiłem. P. Pisarz czythał Intymacią Visitationis, ktory przesłuchawszy, odłożyli mi respons do sobo: thy, chcąc znowu drugą Conuocatią uczynić, przetho isz siła Panow Colle: giathow praesentes w Crakowie niebyło, propter quorum absentiam, zwlokła się tha wthora Conuocatia pro hora 20, asz do dnia dzisieiszego, ktory iam cze: kać niemogłem, bo iszem złożył w Konarnikach dnia iutrzeiszego poświęcić Sacellum seu Capellam cum Altari, wyiechać mi przyszło tham pierwy nisz oni Conuocatią skończyć mogli, o thosz pro certo niewiem niemogę, co tham sprawią, y co za respons dadzą, iednak X. Dr Rector za sollicitatią moią o re: spons, gdy dzisia u mnie rano był, powiedział mi, że dopiero dzisia za złoże: niem drugi Conuocatiey obierzą spośrodku siebie dwoch de Universita: te, ktore do Jeo Mści Xiędza Biskupa poszlą na uklad, aby się z Jeo Mścią namowili strony they Wisitatiey, doszedłem thego zielnego de Academia, kthory secreto et privatim powiedział mi, isz by się niechcieli poddać na Wisitatią rigore Brevis Apostolici, thakże iako X. Biskupowi Crakow: skiemu, ale będą chcieli Visytacią y Reformacią iaka miała być, the: dy na nię pozwolą tanquam Rmo Dno Cancelario Academiae, wszakże dzisia gdy się ziechali, et sunt frequentiores mogą co inszego postano

wić

iednak X. Rector dał mi listh do wm̃ści a tota Universitate, y drugi od siebie, kto

listhy wm̃ści odsyłam, przyiacielskiy sthey drogi nesrodę zano, odpisze wm̃ści wz

Mściwemu Panu, bendziesz do Universum od thego pissania y potrzebnego dnia imi

Breve Apostolicum, et instrumentum Intimationis Visitationis, ssam brevi do rąk

wm̃ści oddam, nie zaleniwie thego stoes zklesz ielk chodlle wm̃ści. A ssthem

namisze posługi moie w miłosciwa laske wm̃ści zaleczam. Datum Cracoviae

die ultima Augusti Anno Domini 1609

Illmae ac Rmae Ptis vrae

Deditissimus Servitor et Exorator

Paulus Dembsky Suffraganeus

et Ptus: Cracs Sch

Petrus Tylicki Dei gratia Episcopus Cracovieñ, Dux Severieñ. Inclytæ Univer-
sitatis Gnalis Studij Cracovieñ Cancellarius, à Sancts^mo^ Dño nrõ Domino Paulo Papa Quinto, ad negocium infrascriptum delegatus. Rdo et Mgco Dño Rectori. Rdis et Vnlibus Dñis oĩum facultatum Doctoribus et Magistris, alysq3 in Inclyta Vniversitate Cracoviensi, quocunq3 nomine censeantur Professoribus. Salutem in Dño, et nostris huiusmodi imò Verius Aplicis obedire mandatis.

Pastoralem Præfecturam divina Vocatione gerens, ad ea præsidia quæ assiduè Ecclam Dei societatemq3 humanam sustentant retinenda, et latius propaganda, inprimis sollicitudinem nrãm Epalem adycere intendimus. Ac communis nostra altrix Inclyta Vniversitas Crac. cum per oẽs ætates, apud nos Ecclam Dei sola quasi humeris suis sustinuerit, ad eius ornamenta promovenda tantò promptius authem nrãm adhibendam nobis duximus, quo et res Ecclæ quæ studiorum propagatione feliciter propagantur. hoc à nobis requirunt. et S. D. N. Dñus Paulus Papa Quintus peculiari Diplomate Aplico hoc nobis imponit. Cuius tenorem absq3 omni mutatione, aut additione inprimis inserimus. qui ita se habet. A tergo. Vnli Fratri Petro Epõ Crac. Intus vero. Paulus PP. V. Vnlis frater. Salutem et Aplicam benedictionem. De tua pietate prudentia Catholicæ religionis zelo, ac in nos et Aplicam sedem fide et devotione plurimum in Domino confisi Fraternitati tuæ ut tanquam nr̃o et Sedis Aplicæ delegatus assumptis tibi ad id Viris idoneis Academiã Cracovieñ Visitare ac in eius regulas et instituta diligenter inquirere, ac Evangelicæ et Aplicæ doctrinæ, sacrorumq3 Canonum et Gnalium Conciliorũ decretis, ac Sctorum Prum traditionibus inhærendo quæcunq3 mutatione, correctione, emendatione et renovatione indigere cognoveris, reformare, mutare, corrigere ac etiam de novo condere, condita Sacris Canonibus, et Concilij Tridentini decretis non repugnantia confirmare abusus quoscunq3 tollere, regulas, institutiones et Ecclesiasticã disciplinã si corruerint modis congruis restituere et redintegrare. Concilij Tridentini Canones et Decreta si ibi nondũ recepta sũt integrè recipi et custodiri præcipere et quicquid statueris et ordinaveris observari facere, ac inobedientes per Censuras et pœnas Ecclasticas aliaq3 opportuna iuris et facti remedia cogere et compellere: aliaq3 in præmissis necessaria et opportuna facere mandare ordinare et exequi libere et licite valeas Aplica auctẽ tenore præsentium facultatem concedimus et impartimur. Si quæ autem graviora in hmõi visitatione compereris Volumus ut ea, nec non omnes informationes in huiusmodi Visitatione sumendas sub tuo sigillo clausas, ad nos quamprimũ diligenter transmittas quo id quod in illis statuendum sit, matura consultatione adhibita decernemus. Mandantes propterea dilectis filys Rectori et Officialibus, Doctoribus, Scholaribus ac personis dictæ Academiæ ut tibi tanquam nostro et Sedis Aplicæ delegato, in præmissis omnibus et singulis promptè pareant et obediant, tuaq3 salubria monita et mandata suscipiant humiliter et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam sive pœnam quam in non obedientes ritè tuleris seu statueris ratam habebimus et faciemus auctore Dño usq3 ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstan Aplicis, ac in Vniversalibus. Provincialibus, et Synodalibus Concilys editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, nec non dictæ Academiæ etiam iuramento confirmatione Aplica vel quavis firmitate alia roboratis. Statutis et Consuetudinibus. Privilegys quoq3 indultis et lr̃is Aplicis eidem Academiæ eiusq3 superioribus Officialibus, Doctoribus, Scholaribus et Personis sub quibuscunq3 tenoribus et formis in contrariũ præmissorũ quomodolibet concessis confirmatis innovatis et approbatis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq3 totis tenoribus, specialis specifica expressa et individua mentio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expressè derogamus cæteris contrarijs quibuscunq3. Datt Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII Marty. MDCVIII. Pontificatus nr̃i Anno Tertio. Scipio Cobellutius. J. Saverier.

4ta carta;

346

Quæ Ap[ostoli]ca iussa explere, iuxta eorundẽ præscripti uolen[tes], nobis D[omi]no Rectori. D[omi]nis Doctoribus Ordinariis [?] facultatum ac Magistris Visitatione Inclytæ V[niversita]tis V[est]ræ Nos Ap[ostoli]ca auct[oritat]e mense Septembri Anno præsenti 1609 aggressuros intimamus et promulgamus. Vobisq[ue] eadem auct[oritat]e Ap[ostoli]ca mandamus ut omnia quæ eandem Visitatione[m] attinet tempestiue expediatis et præparetis. Et quia eiusdem Ap[osto]lici Diplomatis ea est formula ut quospiam Viros prudentes ad reformatione[m] hanc faciendam nobis adsciscamus, eadem intimatione et promulgatione eos quos adsciscere instituimus uobis recensemus, u[idelicet]. R[everen]dos D[omi]nos Hieronimum Ręcaiski [?] Archidiaconu[m], Ioannem Krasinski Cantorem, Andream Lipski, Ioannem Foxium [?], Lucam Doctorum [?] Can[oni]cos Ecc[lesi]æ n[ost]ræ Cathedralis Cracouien[sis] R[everen]dum et M[agnifi]cum D. Rectorem Vniuersitatis R[everen]dos D[omi]nos Andreã Schoneum, Martinu[m] Vadouiu[m] S. Theologiæ. Hieronimu[m] Gorecki Præp[osi]tum Ecc[lesi]æ Colleg[iatæ] S. Annæ. Iacobum Ianidlouium [?] Iuris utriusq[ue]. Sebastianu[m] Petricium [?] Gabrielem Ioannicium [illegible] Medicinæ Doctores et Martinu[m] Plocen[sem] Artiu[m] et Ph[ilosoph]iæ M[agist]rum. Eorum ope et opera a S. Sede Ap[osto]lica nobis impositam prouinciã in Dei nomine proximo Mense Septembri aggrediemur et dante D[omi]no continuabimus idq[ue] nos facturos [illegible] l[itte]ris n[ost]ris uobis intimamus. Quas manu nostra subscriptas sigillo nostro communiri iussimus. Datt[um] Bozanti[?] die 21 Augusti Anno D[omi]ni 1609.

In Nomine Domini Amen.

Processus Rndssmi cum Acadæ Crac: de 25 Septembr: A. D. 1609.

Venit Rndssimus in Hypocaustum Commune Maioris Collegii. Exceptus brevi Oratiuncula et eleganti, à Mgnfco Dnô Rectore Adamo Falecki. Postea sedit Rndssmus cum suis Correformatoribus ex Capitulo Crac:, et Mgnficus Rector ex altera parte cum Universitate. Rndssimus inprimis, usus præfatione, ab excusatione, quod Vernaculo Sermone, Non Latino, ad Viros doctos, et in omni genere Scientiarum Versatos, Utatur. 1ma Ratio; quod sibi puritas latinæ linguæ iam exoleverit, cum non sit in Usu. 2da quod ii quos mecum duxi, non omnes possunt expedito latino sermone, quali in hoc loco opus est, commode et pro Necessitate Uti. Mox accessit ad Causæ essentiam; Nimirum Breve, quod sibi à Ssmô Dnô Nrô esset oblatum, inopinanti et non expectanti evenisse, imo plane invito et reluctanti. Quare ut satisffiat Ssmi Voluntati, ad negotium pergamus. Interim Breve lectum, et ab omnibus, cum reverentia, aperto capite, auscultatum.

Audito Brevi, Mgnficus D. Rector, sic dicere exorsus.

Illmè ac Rndssme Domine. Breve à Ssmô Dnô Nrô missum, reverenter et cum humili exosculatione recipimus, tanquam filii obedientes, et qui nunquam labe Hæreseos fuimus notati, aut saltim suspecti alicuius inobedientiæ, aut cuiusvis erroris. Tamen, quia Breve audimus obtentum esse, ad postulationem quorundam, Nec tamen Nomina eorum exprimuntur: magnam suspicionem mihi parit, Nos esse male traductos, et alicuius Criminis accusatos, apud Sedem Aplicam. 2do Quia Vra Illmâ Celsitudo, cooptavit sibi Socios et Correformatores, non iuxta Rescriptum Aplicum; Ubi præcipitur, ut Viros idoneos, prudentes, Legum ac Consuetudinum illius loci benè gnaros, coassumat; præsertim ex Professoribus Academiæ; sed homines Iuvenes, quorum aliqui vix attigerunt annos 30, homines non literis, sed plerosq aulæ deditos. Rogatam Velim Celsitudinem Tuam, ut ab eiusmodi Reformatione supersedeat, ne loco Reformationis, deformationem aliquam inducat, Nos ludibrio ac risui hominum exponat, et literæ ac Academia, quæ Universo Septemtrioni facem præfert, iacturam et detrimentum aliquod capiat. 3tiô Quia eiusmodi Visitatio et Reformatio cum personis Extraneis, et minus idoneis, discipulis Nostris, qui potius à Nobis Visitationem et Reformationem expectare debent (ad hæc Verba, primus ex Reformatoribus Cantor Crac: proripuit se, hæc inhonesta Verba, loco tali et personis indigna subiiciens, Bo-day nie zabito, mitigatus tamen à Sociis, assedit) instituitur; quod directe pugnat cum Privilegiis Nostris, et Erectione Nostra. Hic itaq declarata Privilegia in Libro transcripta à Regibus et à summis Pontificibus approbata. Proposuit et alia plures Rationes Scriptas Mgnficus Rector, ex Privilegiis et Statutis Regni, ex Iure Canonico, et maximè ex Concilio Tridentino, iuxta eam formam, quæ sequitur.

Petit Universitas Crac:, ut Illmus et Rndssimus D. Epus Crac:, dictæ Universitatis Cancellarius, non Vigore Brevis, sed authoritate Cancellarii; Non extraordinario medio, sed ordinario; non cum Extraneis Personis, sed cum Rectore, Academiæ Patribus, Facultatum Decanis (ad quos ea res de Iure pertinet) Academiam, paterne, et in charitate, reformare dignetur.

40

x

1mo Hoc ipsum est, quod maximè cupit et optat Universitas Crac. ut per ipsum Rndissimum, tanquam
Cancellarium, cui Jura et immunitates suas credidit, reformetur in amore et charitate; Gre-
nim regere Patriam, quanquam possis, et delicta corrigas importunum tamen est.

2do Rigor ab Extraordinario medio proveniens, contra rebelles et incorrigibiles, adhiberi debet, non
contra subiectos, et qui boni sponte esse volunt, et corrigi: Conc. Trid. Sess. 13. Cap. 1. de Refor.
cum sese plus ergâ corrigendos agat benevolentia, quam austeritas; plus exhortatio, quam com-
minatio; plus charitas, quam potestas.

3tio Ipsi Rndissimo honorificentius futurum, si ipse, tanquam Cancellarius, et olim Acad. alumnus,
cum Academia, secundum Statuta et leges, multa temporum serie roboratas, Universitatem
reformet.

4to Hanc viam secuti sunt Rndissimi Antecessores. Ita processit piae memoriae Fridericus Cardi-
nalis, Regis Filius, et Regum Frater. Nec puduit tantum Heroëm, cum Viris Academi-
cis, exclusis Externis, de bono Acad. tractare, et concludere, cum ipsius magna gloria, et Acad.
utilitate. Idem fecit illo tempore superior Albertus Jastrzębiec, insignis fautor et promo-
tor Unitis, et caeteri, qui bene volebant Acad. cum Rectore, doctoribus, Professoribus Faculta-
tum. Academiam ordinabant, quibus ea res de Jure competit. Ut videre est in Conclusionibus
Unitis A. D. 1496. fol. 29.

5to Hoc suadere videtur praesens Rescriptum Aplicum (de eius valore non disputando) dum man-
dat assumere binos idoneos; Academicos certe, non Externos: Nam Rescriptorum in dubio, in eam fa-
cienda est partem interpretatio, unde minus praeiudicium Status, vel personis timetur. Quod a-
deò verum est, ut Rescriptum, proprio etiam motu Principis directum, si in grave praeiudi-
cium Statutorum, vel personarum, cedat seu tendat, subsistere non possit. Unde l. Si quando
de inofficiosis Testamentis dicitur: Non est credibile Romanum Principem, qui Jura tuetur, hu-
iusmodi verbo, consuetudinem observatam, multis vigiliis excogitatam, atque inventam, velle e-
vertere, et praeterea, si sine merito. NB quod in praedicto loco habetur: Quoties a-
liquid Princeps permittit, ita permittere intelligitur, ut sine iniuria cuiusquam fiat. Ut ibi
Communiter Doctores.

6to Cum quo autem honore Unitis futurum? Reformari contentiosè eos, qui reformant, et docent
caeteros. Universitas Nostra, ab aliquot saeculis, viros bonos, et dignos, Ecclesiae, Patriaeque omni
conditioni et Statui subministravit, et hucusque subministrat; et hoc illi rependetur gratia.

7mo Omnis disciplina (quam vix tenemus) dissolvetur: in brevi Professores prodire formidabunt,
si aliqua ignominia, cum suo Rectore, per Reformationem, notati fuerint. Quod valde ti-
mendum est, si cum personis Extraneis, Reformatio, quam Unitas non approbat, attentata fuerit.

8vo Parata est Universitas etiam ipsa, seipsam reformare; dentur saltim articuli, quibus in re-
bus Reformatione indiget. Nec potest quidquam Rndissimus tam bene velle, quod illa non ma-
gis cupiat, ad promotionem Communis boni et literarum.

9no Cum autem Rndissimo nihil intersit, hac vel illa via, per Reformationem Unitis, Ecclesiae et
Patriae bonum promovere; Academiae autem plurimum interest: iustum est, ut hanc modum
acceptet, qui ad propositum accomodatissimus offertur.

10mo Alioquin Successor quilibet, hoc exemplo invitatus, facile ad similia procedet, etiam ex le-
vissima Causa; sic nullus Status Reformationis erit, nullus perturbationum finis; Motis enim
semel fundamentis, totum aedificium vacillare necesse est.

XImo Benefacere Rndissimus si intendit: beneficentiam amore conciliat, non timore; gratius be-
neficium est, sive Paternum, sive herile, quod benevolentia commendat, quam ex quo timor servilis ingeritur.

x

12mo Ea Servitutis Specie, deterrebitur Iuventus à Promotionibus et Professionibus (quam exin gravis sit ex se Professio, expertus docere potest) et ad alia quaevis potius studia convertetur, libertate liberali, quâ Una calamitates et paupertatem solabatur, sublatâ; praesertim cum Gens Nostra laboris sit impatiens, et ad otium prona.

13mo Non erit difficilis omnino Reformatio, si in charitate fiat, et cum Viris illis potius, qui in regendis Academiis, vel Scholis, diu et benè versati sunt, quam cum aliis, qui quamvis aut doctrinâ aliâ (Possevinus Lib. 8. Cap. 8) aut dignitate saeculari aut Ecclesiasticâ praefulgeant; caecutiunt tamen in his, quae non norunt, et suis persuasionibus intricant omnium Studiorum ordinem. Plura ibidem. Tractet Rndissimus de totâ eâ re, cum Viris Academicis, qui magnam aetatis partem in docendo et discendo posuerunt, quique Consuetudinum et legum Academicarum gnari sunt: ita totum hoc negotium, Domino adiuvante, cedet feliciter. Nam quod quisque novit, de his optimè iudicat.

14to Nec multis laborandum; cum Academia Nostra, Conciliorum decreta, Patrum Statuta servet, ac Sacri Concilii Tridentini sancita, receperit. Notum est Universis, Academiam Crai Catholicam esse, et semper fuisse. Nec ullâ Unquam labe haereseos aspersa extitit; calamo, manu, haereses, quantum potuit, profligavit, et ex praescripto Concilii Tridentini, in omnibus Promotionibus haec iurantur.

15to Ad exemplum Externarum Academiarum, nostra reformari, et stare non potest, nisi tota à fundamentis ruat; eo, quod huius Status, nihil habet cum illis Commune. In Externis Academiis, Professores ab Externis pendent et vocantur, ab Externis praemia et Salaria expectantur: Nos Rempublicam separatam habemus, formatam ad exemplar Reipublicae Regni. Habemus proprium Magistratum, liberam Rectoris Electionem, insignia propria, leges, Immunitates, dignitates, honores, praemia, Communem Victum, eadem claustra, facultatem legum condendarum et recondendarum, figendarum et refigendarum, multaque alia, quorum nihil simile diligenter considerantes, apud Exteros videmus.

16to Ad Statum antiquum reducenda est Academia. Et sic dent operam Ecclesiarum Praelati, ut alumnos ex dioecesibus, in Theologia et Iurisprudentia habeant circa Academiam; quâ de re, tractatum fuisse saepius, scimus. Auctis stipendiis excitabuntur Lectores, et hi, alijque tantum discent hîc, quantum alibi; quod multo tempore, plurimis exemplis, comprobatum est.

17mo Professorum numerus, non minuendus, sed augendus; id enim ad Maiestatem, et amplitudinem Academiae, maximè pertinet. Tum consulendum plebeiis, qui olim à Cathedralibus, Nunc etiam à Collegiatis Ecclesiis, exclusi, Unicum ad Academiam receptum habent. de his profecto, suscipienda esset cogitatio diligens, fratres Nostri Sunt, Sanguis Lechicus, non Servilis, et hi Ecclesiam DEI, et Patriam, eximiâ doctrinâ, et singulari Virtute, etiam apud Exteros, illustrarunt.

18uo Non turbandi boni Senes, qui nunc si inutiles videntur, olim erant Utiles; qui nunc Iuventute exultant, paulò post languescent. Sic Vita truditur. Felix autem Respublica et Congregatio omnis, in quâ multi Senes.

19no Petit item Universitas Crai, ut Rndissimus à Visitatione generali supersedeat; quia res haec nova, et in Universitate insolita; Novitates autem omnia Iura, divina et humana, detestantur, nam discordias plerumque pariunt c. de Consuetud. et in rebus Novis, evidens Utilitas esse debet, ut recedatur ab eo Iure, quod diu aequum visum est, l. in reb. ff de Constitutionib.

20 Nec tutum est, aliquid de his, quae tot saeculis, firmiter, et immobiliter, tenta, observataque Sunt repentè mutari. Videmus enim, quae à prudentis saeculi hominibus constituuntur, ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~ Unius hominis ætatem vix durare. Scilicet ut levi principio orta sunt, i-
ta in leves ventos abeunt. Proinde non sine causa c. cum consuetudo inhibetur, ne facile
immutentur approbatæ Consuetudines et Constitutiones, vel novæ inducantur.

21. Neque vero Rndissimus, via ordinaria, aut Extraordinaria, Professores Academicos potest visita-
re. Non ordinaria; quia Rector, Ordinariam Iurisdictionem, in omnes sibi subiectos habet;
Duo autem ordinarii in una Republica in solidum esse non possunt. Non Extraordinaria;
quia Sedes Apostolica, Universitates sibi immediate subiectas, per delegatos visitandas
sibi reliquit, iuxta Conc. Trid. Sess. Ult. cap. 2.; Mediate subiectas, remittit iis visi-
tandas, quibus de iure competit, iuxta Conc. Trid. Sess. 25. cap. 2. qualis apud Nos est
Rector; Herburtus in Statut. Schola.

22. Alias Universitas, si ab alio, non vero Rectore, visitanda esset, infelicior, et misera-
bilior reputaretur Regularibus quibusuis, qui nonnisi per suos Generales, vel eorum
delegatos, interne visitantur cap. Ult. de statutis Monachorum. Cum Universitates sin-
gularibus gaudeant Privilegiis, Conc. Trid. Sess. 7. cap. 13. et alibi.

23. Tentabat similiter ante annos aliquot, piæ memoriæ Georgius Radziwil Cardinalis, vi-
gore Brevis, Reformationem Acad. præmissa etiam Monitione et Citatione, atque spati-
us termini, ad hoc ipsum inchoandum, præfixione. Non acquievit Universitas, visit-
ationem provectiorum promitteret, eo, quod cum sibi adhærentibus et Iuvenibus, hanc
via Extraordinaria Reformationem aggredi vellet; responsumque est, Nihil Universitati
prius esse Maiorum institutis, præstareque in paupertate vivere, quam speciosis palli-
atis, in servitutem intrudi. Bonus autem, prudens, et pius Princeps conquievit, nec
ideo animum Paternum ergo Universitatem remisit, imo ad extremum vitæ spiritum,
constantissime eundem retinuit, et hoc ipsum munifico munere, testatus est.
Cum itaque Rndissimus Cancellarius Studii Nostri, nec via ordinaria, nec Extraordina-
ria, Professores Academicos, visitare et reformare possit, habeatque exempla Antece-
ssorum, qui hoc in passu Iura Universitatis integra esse voluerunt: ideo rogat Univer-
sitas, ut ab hoc insolito et inusitato, filiis oneroso et probroso, visitandi modo, Rndissimus
supersedeat. Nec dubitat Universitas, Rndissimum eandem viam secuturum; imo
omnia ab Illmo expectat, quæ à Bono Pastore, Sapientissimo Senatore, prudentissi-
mo Cancellario expectanda sunt, omniaque bona et salutaria, ab optimo animo sibi polli-
cetur.
His auditis Rndissimus, lectisque rationibus, ultra modum et opinionem omnium, in hoc
præsertim loco, in facie pacatarum et quietarum personarum, excanduit, et dicere
cœpit, præsertim de personis secum ductis, Isti doctores, licet nunquam fuerint Pro-
fessores, et licet fuerint vestri discipuli; et vos similiter fuistis olim discipuli,
nunc Professores estis. Et si vos eos facitis Externos, ipsi vos etiam exterminabunt
ex suo Capitulo. Interim primas ex Reformatoribus Cantor, surrexit, et suggessit
Rndissimo, ut iubeat omnes discedere ex hypocausto, et sigillatim vocare, et interro-
gare, et scribere, qui velint eiusmodi Visitationi refragari. Mox Rndissimus sub-
minaciter, usus his verbis; Wychodźcie wszyscy, a ktoremu każę, ten wnidzie. No-
stros ea res plurimum movit, et insolitum, imo in Academia inauditum, imperium im-
periosum perterruit. Mirati sunt vehementer, tantum Rndissimi odium in se, quod
nunquam pro suis meritis in Rempublicam, et Ecclesiam DEI, præsertim ab alumno
committimus plenariè vices noſtras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas: quos, & *eorum quemlibet inſolidum*, eiſdem auctoritate, & tenore requirimus, & monemus, primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè, IPSIS ET EORVM CVILIBET, IN VIRTVTE SANCTAE OBEDIENTIAE; ET SVB EXCOMMVNICATIONIS POENA QVAM IN EOS ET EORVM QVEMLIBET, CANONICA MONITIONE PRAEMISSA FERIMVS IN HIS SCRIPTIS, niſi fecerint quæ mandamus, diſtrictè præcipiendo, mandantes, quatenus infra tres dies, poſt requiſitionem ipſis, ſeu alteri ipſorum, pro parte dicti Venerabilis Collegij Cracouien̄ Societatis Ieſu, illiuſq. Rectoris, Patrum, & Profeſſorum, ac Scholarium, ſeu Studentium principalium, vigore præſentium, deſuper factam, immediatè ſequentes, (quos tres dies, ipſis & eorum cuilibet, pro omni dilatione terminoq. peremptorio, ac monitione Canonica, aſſignamus) ita tamen; quod in his exequendis, *vnus eorum alium non expectet*, *nec vnus pro alio ſe excuſet*, Ad vos omnes & ſingulos ſupradictos, quibus præſens noſter Proceſſus dirigitur, Perſonaſq. & loca alia de quibus, vbi, quando, & quoties expediens fuerit, perſonaliter accedant, ſeu eorum alter accedat, huiuſmodi noſtros Proceſſus, & quæcunque in eis contenta, & expreſſa, vobis communiter vel diuiſim, legant, intiment, inſinuent, notificent, & fideliter publicent, & fideliter publicare procurent, necnon prædictos, Venerabile Collegium Cracouien̄ Societatis Ieſu, illiuſq. Rectorem, Patres, & Profeſſores, ac Scholares & Studentes principales, ab impetitionibus, moleſtationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis directis, vel indirectis, eiſdem per dictas Venerabilem Vniuerſitatem Studij, ſeu Academiæ generalis Cracouien̄, illiuſq. Rectorem, & Profeſſores, exaduerſo principales, de & ſuper dicto Iure legendi, publicè & liberè, in eorum Collegio Cracouien. vltra humaniores literas, etiam Artes liberales, Theologiam & alias facultates, quibuſuis ad dictum Collegium accedentibus, iuxta formam dictarum præinſertarum Sententiarum, & Priuilegiorum Apoſtolicorum, eidem Societati conceſſorum, & illorum cauſa, & occaſione, quomodolibet datis, factis, præſtitis & illatis, ac inferri cõminatis, dandiſq. & inferendis, forſan infuturum, tueantur, & defendant, ac tueri & defendi faciant, & procurent, liberèq. ac publicè, per ſuos Patres, & Præceptores, ſeu Profeſſores ſupradictos, ſcientias, & facultates ex præſcripta ſupradictarum Sententiarum, & Priuilegiorum Apoſtolicorum eis conceſſorum forma, legere & docere faciant, & permittant, infra terminos ſuperius annotatos.

Denũciatio excommunicatorum.

QVOD SI FORTE (quod non credimus) dicta Venerabilis Vniuerſitas Studij ſeu Academiæ generalis Cracouien. illiuſq. Rector, & Profeſſores, exaduerſo principales, cæteriq. contradictores, & rebelles prædicti, monitionibus, requiſitionibus, & Proceſſibus noſtris huiuſmodi; *immo verius Apoſtolicis*, infra dictos reſpectiuè terminos, ſuperius expreſſos, parere, & obedire

dire neglexerint, aut ſe excuſauerint, pœnas, ſententias & cenſuras prædictas, in eos vt præmittitur latas, damnabiliter incurrendo, ex tunc prædictis Subdelegatis noſtris, *ſub dicta excommunicationis pœna committimus, & mandamus*, quatenus ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, in ſuis Eccleſijs, Monaſterijs & Capellis, infra Miſſarum & aliarum diuinarum Horarum ſolemnia, ac alias, vbi, quando, & quoties expedierit, & pro parte dictorum Venerabilis Collegij Cracouien. Societatis Ieſu, illiusq. Rectoris, Patrum, et Profeſſorum, ac Scholarium, ſeu Studentium principalium, deſuper requiſiti fuerint, *ſeu eorum alter requiſitus fuerit*, prædictas Venerabilem Vniuerſitatem Studij ſeu Academiæ generalis Cracouien. illiuſq. Rectorem & Profeſſores, exaduerſo principales, *omnesq. alios contradictores, & rebelles, ſic excommunicatos publicè denuncient & ab alijs quantum in eis fuerit, denunciari faciant*, donec & quouſque aliud à nobis, vel Superiori noſtro ſuper hoc receperint in mandatis.

Aggrauatio Cēſurarum.

VERVM ſi dicti Venerabilis Vniuerſitas Studij, ſeu Academiæ generalis Cracouien. illiuſq. Rector & Profeſſores exaduerſo principales, contradictoreſq. & rebelles prædicti, dictam excommunicationis ſententiam, per decem dies illius denunciationem immediatè ſequentes, pertinaciter ſuſtinuerint, Nos ex tunc, (quia creſcente contumacia & inobedientia, creſcere debet & pœna, ne facilitas pœnæ, audaciam tribuat delinquendi,) Proceſſus noſtros huiuſmodi aggrauamus: dictis Subdelegatis noſtris, modo & formis præmiſſis, præcipientes, quatenus ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, in ſuis Eccleſijs, Monaſterjs, & Capellis, infra Miſſarum & aliarum præſcriptarum horarum ſolemnia, dictam excommunicationis denunciationem reiterent, & innouent, contra Venerabilem Vniuerſitatem ſtudij, ſeu Academiæ generalis Cracouien, illiuſque Rectorem & Profeſſores, cæteroſque contradictores & rebelles ſic vt præmittitur excommunicatos, denunciatos, nominatim, pulſatis campanis, candelis accenſis, & demum extinctis & in terram proiectis, Cruce erecta, & Religiosè induti, aquam benedictam aſpergendo, ad fugandum Dæmones, qui eos detinent ſic ligatos & ſuis laqueis catenatos, orando quod Dominus noſter IESVS CHRISTVS ipſos ad catholicam obedientiam & Sanctæ Matris Eccleſiæ vnionem reducere dignetur, nec eos in talibus peruerſitate & duritia eorum, dies finire permittat, cum decantatione Reſponſorij, *Reuelabunt Cœli iniquitatem Iudæ, &c.* & Pſalmi, *Deus laudem meam ne tacueris &c.* cum Antiphona *Media via in morte ſumus totaliter*, ac his finitis, ad ianuas Eccleſiarum ſuarum vnà cum Clericis & Parochianis accedant, & ad terrorem (vt eo citius, ad obedientiam redeant) tres lapides, verſus domos habitationum illorum proijciant, in ſignum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Choræ, Dathan, & Abyron, quos terra ſuſtinere non potuit, ſed iuſto Dei Iudicio illos abſorbuit vt in Infernum deſcenderent viuentes: etiam poſt Miſſam, & in veſperis,

alijſq.

alijsq.horis Canonicis, ſermonibus,& prædicationibus publicis,ſolemniter publicent, & denuncient, ac ab alijs, quantum in eis fuerit, publicari, & denunciari, ac ab omnipus Chriſti fidelibus,arctius euitari faciant, donec aliud à Nobis vel Superiore noſtro ſuper hoc receperint in mandatis.

Reaggrauatio Cenſurarum.

PRAETEREA ſi prædicti denunciati, & aggrauati, aggrauationem huiuſmodi per alios decem dies,illius publicationem, & dictos decem dies immediatè ſequentes, animis (quod abſit) ſuſtinuerint induratis; Nos ex tunc,(quia perſonarum audacia præſumptiua id exigit,vt vnica pœna non contenti, fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum lædatur, qui ſuis Superioribus,obedientiã ſemper impẽderunt;)Proceſſus noſtros huiuſmodi reaggrauamus, *ſupradictis Subdelegatis noſtris, vt ſupra mandantes*, quatenus dicta *Auctoritate Apoſtolica*, omnes & ſingulos Chriſti fideles, vtriuſque ſexus homines,& præſertim familiares & ſeruitores denunciatorum & aggrauatorum, huiuſmodi modo & forma præmiſſis, moneant & requirant, primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè, (prout nos etiam requirimus & monemus eoſdem) *ipſis & eorum cuilibet, in virtute ſanctæ Obedientiæ & ſub excommunicationis pœna diſtrictius iniungentes*, quatenus infra ſex dies, monitionibus & requiſitionibus huiuſmodi ipſis factis, immediatè ſequentes, (quos ipſis & ipſorum cuilibet, pro omni dilatione, terminoque peremptorio,ac monitione Canonica aſſignent, prout nos eiſdem aſſignamus) à participatione,cõmunione familiaritate & ſeruitio ipſorũ denũciatorum & aggrauatorũ,penitus & omninò deſiſtant,nec cum eis,vel eorũ aliquo,ſeruiẽdo,loquẽdo,cõuerſando,cibũ,potum,aquã,vel ignem,aut alia neceſſaria miniſtrãdo,aut aliquo humanitatis ſolatio (præterquã in caſibus & perſonis,a Iure permiſſis)participare pręſumãt,ſeu eorũ aliquis pręſumat. Et ſi contrarium fecerint,Nos in eos,& eorũ quemlibet,cũ dictis denunciatis & aggrauatis rebelliter participantes & cõtrafacientes,ex tunc prout ex nũc,& ex nũc prout ex tũc,dicta Canonica monitione præmiſſa, EXCOMMVNICATIONIS SENTENTIAM FERIMVS IN HIS SCRIPTIS, ET ETIAM PROMVLGAMVS, donec & quouſque abſolutionis beneficium deſuper meruerint obtinere.

Inuocatio brachij ſęcularis.

VLTRA PRAEDICTA verò ſi prædicti denunciati, aggrauati, & reaggrauati, reaggrauationem huiuſmodi,per alios decem dies, illius denunciationem & viginti dies immediatè ſequentes dictas noſtras Sententias, ſuſtinuerint (Pharaonis duritiam imitando,) Nos ex tunc, (quia mucrone non proficiente Eccleſiaſtico, temporalis ſaltem gladius non immeritò ſuffragatur,) auxilium brachij ſæcularis duximus inuocandum: vt quos Dei timor à malo non reuocat, temporalis ſaltem coerceat ſeueritas diſciplinæ. HINC EST, quod Vos Sereniſſimum, Potentiſſimum, & Inuictiſſimum Poloniæ Regem antedictum prædicti gladij, in illis partibus, principalem Vibratorem, in Domino exhortamur, Voſque Illuſtriſſimos DD. Palatinos, Caſtellanos, Capitaneos,

neos, Proconſules, Iudices, Officiales, *& alios ſupradictos*, *Iuriſdictionem temporalem*, *& ordinariam* per Vos, vel alium, ſeu alios exercentes, quibus præſens noſter Proceſſus dirigitur, etiam *auctoritate Apoſtolica*, tenore præſentium requirimus, & monemus, primo, ſecundo, tertio, & peremptoriè, Vobis, ET VESTRVM CVILIBET IN VIRTVTE SANCTAE OBEDIENTIAE ET SVB EXCOMMVNICATIONIS POENA, quam in Vos & veſtrum quemlibet, Canonica monitione præmiſſa ferimus in his ſcriptis, niſi feceritis quæ mandamus, diſtrictè præcipiendo, mandantes, quatenus infra ſex dierum ſpatium, poſt ſupradictos terminos ſucceſſiuè præexpreſſos, necnon notificationem & publicationem præſentium, Vobis, *ſeu alteri Veſtrum*, in veſtris territorijs, Iuriſdictionibus, & diſtrictibus, ac requiſitionem pro parte eorumdem Venerabilis Collegij Cracouień Societatis Ieſu, illiuſque Rectoris, Patrum, & Profeſſorum, ac Scholarium, ſeu Studentium principalium, deſuper factas, immediatè ſequentium, (quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies, Vobis & veſtrum cuilibet pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus.) Vos omnes & ſinguli Domini temporales antedicti, quorum omnium ſuper hoc auxilium brachij ſæcularis inuocamus, quoties, & quando pro parte dictorum Venerabilis Collegij Cracouień Societatis Ieſu, illiuſque Rectoris, Patrum, & Profeſſorum, ac Scholarium, ſeu Studentium principalium, vigore præſentium, ſuper hoc fueritis requiſiti, in Iuris ſubſidium, contra prædictos denunciatos, aggrauatos, & reaggrauatos, dicta AVCTORITATE APOSTOLICA per captionem, inuaſionem, incarcerationem, & detentionem, perſonarum, corporum, rerum, & bonorum eorumdem inſurgatis, ac alios inſurgere faciatis: necnon perſonas, corpora, res, & bona eorum, & cuiuslibet ipſorum inuadatis, incarceretis, & in firmâ, bonâ, & tutâ cuſtodiâ teneatis, arreſtis, & occupetis, ac *veſtrum quilibet*, qui ſuper hoc requiſitus fuerit, inuadat, incarceret, detineat, arreſtet, & occupet, liberè, & licitè: Super quibus omnibus & ſingulis, Vobis, *& veſtrum cuilibet*, licentiam & plenariam facultatem, ac poteſtatem concedimus per præſentes, dictos Denunciatos, aggrauatos, & reaggrauatos, ita & taliter compellatis, & adſtringatis potenter, etiam manu forti, (abſque tamen eorundem graui corporum læſione,) vſquequo dicti Venerabilis Vniuerſitas ſtudij, ſeu Academiæ generalis Cracouień, illiuſque Rector, & Profeſſores ex aduerſo principales, *cæterique Contradictores* & rebelles, à moleſtationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis, ac rebellione, contradictione, auxilio, conſilio, & fauore, penitus & omninò deſtiterint, & integraliter, omnibus & ſingulis, in ſuprainſertis Sententijs contentis, & expreſſis, in omnibus & per omnia paruerint & obediuerint, ac ad Sanctæ Matris Eccleſiæ vnitatem redierint.

QVOD

QVOD ſi forte Vos Sereniſſime, Potentiſsime, & Inuictiſsime Poloniæ Rex, iuſtitiæ executor, ac præſentis noſtri Proceſſus, ac Mandatorum noſtrorum, imò verius Apoſtolicorum tranſgreſſor, contradictor, vel neglector fueritis (quod tamen Veſtræ Regalis Maieſtatis præfulgidæ, iamdudum per totum Orbem diuulgata obedientia ſuſpicari non ſinit), proculdubio iuſti Iudicis officium offenderitis, & proemium aliàs pro executione iuſtitiæ Vobis à Domino Deo paratum, nihilominus amiſeritis, licèt vos huiuſmodi noſtris ſententij s ligari nolumus, ob reuerentiam Veſtræ Regali Maieſtati, non immeritò deferendam, intuitu tamen Iuſtitiæ, & ob ſanctæ Sedis Apoſtolicæ & præfati Sanctiſsimi D.N. Papæ reuerentiam, eandem Veſtram Regalem Maieſtatem, ad prædictam executionem faciendam, in Domino exhortamur; Et generaliter Subdelegati noſtri, omnia & ſingula nobis in hac parte commiſſa plenariè exequantur, iuxta traditam & directam à Sancta Sede nobis formam, ita quod dicti Subdelegati noſtri, vel quicunque alij, nihil in præiudicium dictorum Venerabilis Collegij Cracouieñ Societatis Ieſu, illiuſque Rectoris, Profeſſorum, Patrum, & ſtudentium ſeù Scholarium principalium valeant attentare: neque in Proceſsibus per nos habitis, & Sententijs per nos latis, abſoluendo, vel ſuſpendendo, aliquid immutare. In cæteris autem quæ eiſdem Venerabili Collegio Cracouieñ Societatis Ieſu, illiuſque Rectori, Patribus, ſeu Profeſſoribus, ac Scholaribus, ſeù Studentibus principalibus prædictis, nocere poſſent ſuper præmiſsis in aliquo, ſeu obeſſe, ipſis, & quibuſcumque alijs, poteſtatem omnimodam denegamus. Et ſi contingat nos ſuper præmiſſis in aliquo procedere, de quo nobis poteſtatem plenariam reſeruamus, non intendimus propterea Commiſsionem hanc noſtram huiuſmodi, in aliquo reuocare, niſi de reuocatione huiuſmodi, in Litteris noſtris ſpecialem, & expreſſam fecerimus mentionem. Præſentes quoque Literas ſiue huiuſmodi noſtrum Proceſſum Executorialem, volumus penes dictos Venerabile Collegium Cracouieñ, illiuſque Rectorem, Patres, & Profeſſores Societatis Ieſu, ac Scholares ſeù Studentes principales remanere, & non per vos aut veſtrum aliquem contra ipſorum voluntatem detineri: Contrarium verò facientes, prædictis noſtris Sententijs, prout per Nos in ſcriptis latæ ſunt, prædictà canonica monitione præmiſsà, ipſo facto volumus ſubiacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmiſsis eam petentibus, & habere debentibus, petentium quidem ſumptibus, atque expenſis. ABSOLVTIONEM verò omnium & ſingulorum, qui præfatas noſtras excommunicationis ſententias, incurrerint, ſiue incurrerit quoquo modo, Nobis vel Superiori noſtro tantũmodo reſeruamus. In quorum omniũ & ſingulorũ præmiſſorũ fidem & teſtimoniũ, has præſentes noſtras Litteras Executoriales, exinde fieri, & per publicũ, ac RotæNot. corã nobis Scribã infraſcriptũ, ſubſcribi & publicari mãdauimus, ſigilliq; noſtri iuſsimus & fecimus appẽſione

Reſeruatio abſolutionis.

com-

communiri. Datum Romæ apud Templum Beatæ MARIAE de Pace, horæ audientiæ cauſarum ſolita, Nobis inibi pro Tribunali ſedeñ, ſub anno à Natiuitate Domini Noſtri IESV Chriſti, milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo, Indictione decimatertia, die vero quintadecima menſis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. anno eius ſeptimo: Præſentibus ibidem Dominis Dominico Fonthia & Franciſco Maria Pacichellio S. Rotæ Notarijs, & coram nobis Scribis, teſtibus ad præmiſſa omnia & ſingula vocatis, atque rogatis.

Et quia ego Ioannes Paulus Cæſarinus Anconitanus, Romanus Ciuis, publicus Dei gratia Pontificia & Imperiali auctoritatibus necnon cauſarum Sacri Palatij Apoſtolici Notarius publicus, de præmiſſis rogatus fui, ideo in præmiſſorum fidem præſens Inſtrumentum Litterarum Executorialium, licet aliena manu, mihi tamen fida ſcriptum ſubſcripſi, ſignaui & publicaui requiſitus.

Nos Ioannes Baptiſta Coccinus I.V.D. S.D.N. Papæ Capellanus, & ipſius Sacri Palatij Apoſtolici Cauſarum Auditor & Decanus. Vniuerſis fidem facimus & atteſtamur, ſupradictum D. Ioannem Paulum Cæſarinum de prędictis rogatum, tempore dicti rogitus & diu ante, fuiſſe & eſſe Notarium publicum, fidelem & legalem, eiusq. Scripturis publicis ſemper in iudicio & extra adhibitam fuiſſe & de præſenti adhiberi plenam fidem. In quorum &c. Datum Romæ ex ædibus noſtris ſub anno, indictione, die menſis & præſentibus quibus ſupra:

Martius Nucula Sac. Rot. Not.

Vrbanus PP. VIII.

Triumphalis Maiestatis tuę uirtus Pontificiam charitatem non minus recreat
gloriosa bella suscipiens, quam publicę tranquillitati consulens. Nos autem Regię
sollicitudini non laudes solummodo tribuimus, ad Pontificię quoq́ auctoritatis auxi=
lia impensè adiungimus: Sępè enim Romanę Rotę Senatoribus pręcepimus,
ut inter Jesuitas, et Academicos Cracouię adeò perniciosę controuersię quam citis=
simè dirimantur. Primum uerò eiusdem tribunalis Decreto obtinuerunt Sacer=
dotes Societatis Jesu, quorum tranquillitati dum tam enixè faues de Polo=
nę iuuentutis gloria, et de Catholicę Religionis Incolumitate non mediocriter bene=
mereris. Porrò autem Judices illos nunquam urgere cessabimus, donec graue hoc nego=
tium fœliciter perficiatur, et iusta solatia conficiantur Maiestati tuę, cui Apostolicam
benedictionem amantissimè impartimur. Dat. Romę apud S. Petrum sub
Annulo Piscatoris die 12. februarij 1628. Pontus nri anno V.°

Joannes Ciampolus

445
447

In Junio ex Acad. nra triumphant. Quando ex Litteris P. Lichanski ad P. Sylvium hoc est P. Benedicti Romae redyt. Causa nra cum Acad. Crac. optime procedit, triumphamus plane post paucos menses triumphabimus; Deo nostro approbante consilia. Litteras P. Lancicy cum definitiua sententia mitto. Communicet id Academicis Zamoscy in tutis terminis est haec Causa, ut nonnisi per absolutam Dei potentiam et sic longius immutari queat. Deus sit benedictus.

Eiusdem ad longum sermonem deducit P. Lancicius ad Prov. Provincialem Romae 12 Junij 1629. Ex impressis istis illorum ~~tripud~~ Orationes tripudia et triumphi in re Rectoralia. Scilicet tollentur in altum ut casu graviore ruant. qui Sacrosancta Jagiellonum Privilegia attrectant.

222

1629
Con d'ysen

Rndi Danieli Sgoj

Tumultus hic Iudi
Compositus apud
Bernardinas
Optime | Constitut
Pax recepta
innocentiâ at
levitati nihil
omnino redegit
Deo
S.º Mandato dato
Rectore Daniele
nio. 2 et 4 X bris
Anni currentis
[illegible]
[illegible]

1624 224

[illegible]

[illegible]

[illegible]

2 sposobi de [illegible]

[illegible]

[illegible]

✠

APPELLATIO
AD
SS. D.D.N. VRBANVM VIII.



In Cauſa Iuris legendi Cracouiæ.

INTER

Almam Iageloniam Vniuerſitatem, ſiue Academiam Studij Cracouienſis Scholam Regni Poloniæ Generalem, ac Religioſos Presbyteros Societatis IESV CRACOVIÆ.

A

Certa Sententia Rn̄diſſimi D. Franciſci Maria Ghiſilerij, S. Rotæ Auditoris, iſtius Cauſæ Iudicis Commiſſarij.

PER

Dictam Almam Vniuerſitatem, illiuſque Magnificum D. RECTOREM interpoſita cum

PROTESTATIONE.

451
448

311393 III

In nomine Domini, Amen.

PRÆSENTI publico inſtrumento cunctis pateat euidenter & ſit notum, quod Anno à Natiuitate eiuſdem Dñi, Milleſimo Sexcenteſimo Trigeſimo. Indictione Romana tredecima. Pontificatus Sanctiſſimi D. N. D. VRBANI diuina prouidentia Papæ Octaui. Anno Septimo. Die vero Martis Vigeſima quinta Menſis Iunij, in mei Notarij publici teſtiumq; infraſcriptorum ad id ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Admodum R̃endus & Magnificus D. ADAMVS OPATOVIVS S.T.D. & Profeſſor, Decanus Eccleſiæ Collegiatæ S. ANNÆ Crac & RECTOR nomine ſuo ac totius Vniuerſitatis Studij Genaralis Ciuitatis Cracouien: tenens & habens ſuis in manibus, quãdam Proteſtationis prouocationis & Appellationis papyri ſchedulam, à grauaminibus & Sentẽtia quadã prætenſa vt dicitur in Rota lata per Reuerendiſſimum Patrem Dominum Ghiſilerium, in cauſa & cauſis coram eo inter dictam Vniuerſitatem ex vna, & Patres Ieſuitas Societatis Ieſu Crac: ex altera parte in tertia inſtantia, de & ſuper iure legendi vertente, & mota, à prima notitia, eodem animo, intentione proteſtando prouocando & appellando, coram me Notario publico infra poſito, interpoſuit, cuius tenor ſequitur talis videlicet. A prima notitiâ, & poſtquàm nobis conſtitit, Executoriales certas Reuendiſſ: Domini Franciſci Mariæ Ghiſilerij Sacræ Rotæ Auditoris, in cauſa inter Academiam noſtram Cracouien. & R̃endos PP. Dominos Ieſuitas Cra-

452
447

couiæ de iure legendi in Curia Romana mota & vertente e-
manaſſe, earumq; Executionem, publicationem a prætatis
Religioſis vrgeri, & circa hoc agi plurima ab illis præter in-
tentionem R.ndorum Iudicum, præter tenorem Sententiæ,
naturam cauſæ, excedendo modos, locos, tempora, perſonas,
circũſtantias in eiuſmodi negotijs adhiberi de iure ſolitas &
conſuetas, vt non tam ab illis Executio legitima, & tranquil-
litas in docendo, quam diffamatio Vniuerſitatis, ſubiectorũ
perturbatio, ſcandalorum, quod Deus auertat, origo, præter
omnem cogitationem, intentionemq; noſtram, quæri videa-
tur. Nos quemadmodum reuerẽtiſſimè ſemper ſanctæ Se-
dis Apoſtolicæ Authoritatẽ & placita habuimus; vt pote qui
eius beneficijs ſtemus, præter commune obſequij & obedien
tiæ debitum, ad quod Nos fides ſancta, & profeſſio noſtra
ſtringit: ita prædictis Executorialibus reuerentiſſimè ſuſce-
ptis, obedientiſſimos filios & obſeruantiſſimos Matris noſtrę
Romanæ Eccleſiæ Nos præſtabimus. Cumq; adeò lite pen
dente procurauerimus egerimus, vt Religioſi Ieſuitæ in ſuis
quantumuis prætenſis Scholis, tranquille, pacificè quietè, re
ſpectu noſtri, & noſtrorum agerent, neq; poteſt quiſquã pro-
bare, quod noſtra cauſa, ſcitu, voluntate, offenſi, læſi, inquie-
tati, fuerint, quinimò nos multa paſſi, multum turbati, agitati,
nullo merito noſtro ſimus, quibus (quod extremę miſerię eſt)
facultas defenſionis naturalis adimebatur: ſi inquam ita nos
habuerimus antea, quantò magis nunc, dicti Religioſi omnẽ
quietẽ, omnẽ ſecuritatem, imò & patientiam noſtram ſibi
polliceri poſſunt Vnde maiorem in modum miramur, diui-
nareq; non poſſumus, cur in ſcribendis Executorialibus, ita ſi
bi prouiderint, ac ſi in ſummo periculo & perturbatione Cra
couiæ verſarentur: nunc autẽ circa intimationes, publica-
tiones, diſperſiones illarum ita ſe gerant, vt magis inquietati-
onem, turbationem nobis inferre velle videantur, quàm me-
tuere, ne turbentur, & inquietentur. Quare Nos circumſpi-
cientes in futurum, quid inde ſuboriri poſſit, quantaq; ſeges
mali Cracouiæ hic ex dicto exceſſu exequendi ſubſequi va-
leat, & quanta materies calumniarum ſuccreſcere alibi, poſt

repetitam

repetitam Proteſtationem de parendo iudicatis, teſtamur dictam Sententiam, non potuiſſe in rem iudicatam tranſire, neque poſſe; a qua ſcilicet in Curia Romana appellatum eſt per Agentes noſtros, cuius Appellationis ſequitur Tenor.

In nomine Domini, Amen. HOc eſt exemptum tranſumptum ſiue copia ſchedulæ Appellationis inter, poſitæ ab infraſcriptis Procuratoribus Magnifici D. Rectoris ac Vniuerſitatis Studij Generalis ciuitatis Cracouienſis coram R̃ndiſſimo Patre Domino Franciſco Maria Ghiſilerio Sacræ Rotæ Auditore, in cauſa Cracouienſi Iuris legendi, inter eoſdem ex vna, & Reuerendos PP. Societatis Ieſu dictæ ciuitatis partibus ex altera, coram eo vertente in tertia inſtantia Iudice Comiſſario, vnà cum reſponſione habitâ ab eodem R̃ndiſſimo Patre Domino Auditore per me Sacrę Rotæ Romanæ & huiuſmodi cauſæ Notarium publicum infra ſcriptum, ex ſuo proprio originali exiſtenti in filo ſentẽtiarũ mei Officij fideliter extracto, & copiato ſub Anno Domini, Milleſimo Sexcenteſimo Trigeſimo. Indictione decima tertia, die vero decima ſexta Menſis April. Pontificatus autẽ SS. in Chriſto Patris & Dñi noſtri D. VRBANI diuina prouidẽtia Papę Octaui, Anno Septimo quorum tenor eſt vt ſequitur. VNIVERSITAS Crac. Iuris docendi pro Magnifico D. Rectore ac Vniuerſitate Venerabilis Studij Ciuitatis Crac. contra R̃endos Patres Ieſuitas, & Collegium Societatis Ieſu dictæ ciuitatis, comparuerunt perſonaliter coram R̃ndiſſimo Patre Dño Franciſco Maria Ghiſilerio Sacræ Rotæ Auditore in domo ſuæ ſolitæ habitationis & reſidentię, Admod: R̃endus D. IACOBVS VSTIENSIS I. V. D. & S. Th. Doctor, publicuſq; Profeſſor in Academiâ Cracouien: & Canonicus S. FLORIANI, nec non Illuſtris & Excellens D. I. V. D. Dominus PAVLVS MERLINVS Magnifici D. Rectoris, ac Vniuerſitatis Generalis Studij Ciuitatis Cracouiẽ inſimul & inſolidum legitimi Procuratores, qui facto dederunt & exhibuerunt ſchedulã Appellationis ĩfraſcripti tenoris, &c.

 à qua-

453

à quadam prætensâ ſententiá, vt dicitur, in Rotâ latâ, per Re-
uerendiſſ: Patrem D. Ghiſilerium in cauſa & cauſis coram
eo verteñ, inter Magnificum Dominum Rectorem ac
Vniuerſitatem Studij Generalis ciuitatis Cracouienſis ex
vna, et Rꝫndos Patres Dominos Ieſuitas Societatis Iesv dictæ
ciuitatis parte ex altera, in tertia ſeu alia veriori inſtantia, de
& ſuper quodam iure dictæ Vniuerſitati ex immemorabili
tempore ac ex Sereniſſimorum Regum Poloniæ, & Sanctiſ-
ſimorum Pontificum priuilegijs competeñ legeñ, ac publicè
docendi priuatiuè, quoad omnes alios, ac facultate prohibē-
di, ne alij in dicta ciuitate doceant, cuiuſcunq; generis ſint:
nec non occaſione cuiuſdam aperitionis Studij ſeu Collegij
à dictis Patribus Societatis in dicta ciuitate attentati, ac tan-
dem de & ſuper Remiſſoria, prius de partium cōſenſu decre-
ta atq; iam expedita, & poſtea iniuſte denegata, ac expenſa-
rum condemnatione, & taxatione, rebuſq; alijs in actis cau-
ſæ & cauſarum huiuſmodi latius deductis; Procurator & eo-
rum nominibus, ſentiens ſe partemq; ſuam enormiter læſam
& grauatam, pręcipuè, quia principalibus ſuis fuit per dictam
ſententiam ſublata facultas probandi & proprium ius
deducendi, quod eſt de iure naturæ, timenſque in futu-
rum magis lædi & grauari poſſe, inhærendo inprimis & ante
omnia iuribus per D. Magnificum Rectorem, & Vniuer-
ſitatem in Actis productis, ac Proteſtationibus per Ordi-
nes Nobilium Regni Poloniæ, & his ſaluis; ad Sanctiſſimum
D. Noſtrum Vrbanum VIII. eiuſque ſanctam Sedem Apo-
ſtolicam in his ſcriptis prouocat & appellat pereñ
inſtanter inſtantiùs & inſtātiſſimè, ſæpe ſæpiùs & ſæpiſſimè,
ſibi de Apoſtolis reſponderi, non ſolum modo præmiſſo ſed
omni &c. ſaluo, &c. Proteſtañ: &c. omni, &c. Ex-
tunc Rꝫndiſſimus Dominus Franciſcus Maria Ghiſilerius Ro-
tæ Auditor & huiuſmodi cauſæ Iudex Commiſſarius, dictis
DD. Procuratoribus vt ſupra præſentibus, & petentibus de-
dit refutatorias in forma. Actum Romæ in Palatio habitati-
onis ſupra ſcripti Domini Iudicis, & Camera ſuæ ſolitæ reſi-
dentiæ

dentię, in qua quidem iura reddi ſolent, & cauſæ partium audiri conſueuerunt, ſub Anno à Natiuitate Domini Milleſimo Sexcenteſimo Trigeſimo, Indictione decima tertia, Die vero decima ſexta Aprilis, Pontificatus autem SS. in Chriſto Patris & D. N. D. Vrbani Diuina prouidentia Papæ Octaui, anno ſeptimo, præſentibus ibid. prouidis viris, Dominico Fontia & Franciſco Pacichello cauſarum Sacri Palatij Apoſtolici Notarijs, atq; coram eodem R.ndiſſimo Patre D. Auditore Iudice atq; Commiſſario præfato, ſcribis publicis teſtibus ad omnia & ſingula ſupra ſcripta vocatis habitis atq; rogatis. *Et quia ego Joannes Paulus Cæſarinus Anconitanus, cauſarum Sacri Palatij Apoſtolici Notarius publicus de præmiſsis rogatus: ideo præſens inſtrumentum tranſumpti Appellationis & reſponſionis reſpectiuè, ſubſcripſi & publicaui rogatus & requiſitus.* Nos Franciſcus Maria Ghiſilerius I. V. D. SS. D. Noſtri Papæ Capellanus & ipſius Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditor, Vniuerſis fidem facimus, & atteſtamur ſupraſcriptum D. Ioannem Paulum Cæſarinum de præinſerto Inſtrumento rogatum, tempore dicti rogitus, & diu ante fuiſſe, & eſſe Publicum Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Notarium fidelem & legalem, eiuſq; ſcripturis publicis ſemper in Iudicio & extra adhibitis fuiſſe, & de præſenti plenam adhiberi fidem. In quorum &c. Datum ex Ædibus noſtris ſub Anno Domini, 1630. Die vero 16. Menſis April. Pontificatus autem SS. D. N. Vrbani Papæ Octaui anno Septimo.

Archangelus Baronus Sacræ Rotæ Notarius.

VLtra vero rationes in dicto inſtrumento Appellationis cõtentas, & vltra denegationem Remiſſorialium, conſiderando, dictos Religioſos Presbyteros Societatis Ieſu antequam agere, & obtinere quidquam nomine prædicti ſui Collegij Cracouienſis poſſent, erectum illud fundatum & ſubſtantialia Collegij requiſita continens habere debuiſſe, vt actio & res iudicata eius nomine ſuſtineretur. Quod cum nullum Cracouiæ ſit, neq; eſſe potuerit, perconſequens nihil iuris, ei quoquomodo acquiri potuiſſe & poſſe: non entium quippe ſunt

peſunt nullæ qualitates: ideoq; primo in hac causâ diſpiciendum erat, an Collegium aliquod de præſenti Cracouienſe fuerit, antequam Actores, Rectores, Procuratores illius ad Iudicium admitterentur? Nec minus id præ oculis habendo, quod Bullæ diſponentes de Religioſis præfatis, & eorum Collegijs, vigorem & tacitam cōditionem habeant: vt in quantū ab incolis locorum requirantur, ſcholas erigant, & doceant, in quantumq; neceſſitas publica & vtilitas aliqua ſcholas illorum promouere poſſit. De qua conditione hic adeo non cōſtat, vt etiam, cum ab alijs Regni Poloniæ incolis, tum præcipue Palatinatus Cracouieñ. publica teſtatione, dictis Scholis reclamatum fuerit, nec aliquem vſum illarum Cracouiæ fore experientia ipſa manifeſto docuit: omiſſis interim alijs rationibus clarè deductis in proceſſu & informationibus noſtris ac in Appellatione ab Agentibus noſtris factâ; quam appellationem ratam habemus, & quantum opus eſt omni meliori modo, de nouo appellamus, de nullitate præfatę ſententię dicimus, ſubmittentes Nos protectioni ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.

Quia vero ſupranominati Religioſi prætextu dictarum Executorialium, mira, noua, & inuſitata agere efficereq; cōtendunt, immemores, in illis non plus haberi poſſe, neq; vigorem illarū magis extendi, quam tenor ſentētiæ ſeſe extendat, ſcilicet *Licere illis in Collegio eorum Cracouienſi legere, Facultates iuxta formam Priuilegiorum Apoſtolicorum & Vniuerſitati non licere eos impedire moleſtare, &c.* Quod cum pro reuerentia Sedis Apoſtolicæ, ſaluâ tamen Appellatione, Vniuerſitas permittat: valde indignum eſt, quod præfati Religioſi in rebus ſecuris, cum dictis Executorialibus, quibuſuis eas obtrudendo, factum exaggerando, in maius ſtylū Sacræ Rotæ extendendo, & interpretando, diffamationibus, comminationibus contra Vniuerſitatem, quaſi iam tranſgreſſionis & rebellionis ream, agendo, Executores infinitos, nōnullos cōparticipes & ſuſpectos, quippe ab ipſo principio aduerſariorum cauſæ perpetuos adſtipulatores & promotores, cōquirendo, procedant, Academiæ Studioſos turbent, ad

Scholas

ſcholas ſuas importune ſolicitent, Iudices ſeculares vt DD. Conſules Cracouien̄ requirendo cum Executorialibus, & cæteros iuris ordine non ſeruato in cauſas ſpirituales intrudāt, publicationes diffamatorias faciant, & facere compellant. Hæc enim præter tenorem Sententię, præter omnes prudentię regulas, & contra charitatē non ſolum Religioſam ſed Chriſtianam ſunt. Propterea conſiderando ex eiuſmodi calore & ratione procedendi, ſcandala oriri poſſe, & quod Sententia ad ſecuritatem præfatorum Religioſorum lata, in offenſionem Noſtri dirigi & verti videatur, deturque ab illis occaſio nunc & inpoſterum magis atque magis metuendi, ne amplior detur prætextu & colore præfatę ſententiæ, alienationis animorum, diſſenſionum hinc inde calumniarum, oppreſsionum, & diffamationum; Ab eiuſmodi exceſsibus & inuſitatis modis procedendi præſentibus, futuris, illatis & inferendis appellantes, proteſtamur, appellamus, prouocamus, nominatim à iactationibus, impreſsionibus, tranſlationibus in Polonicum, vulgationibus apud ſimplices, publicationibus diffamatorijs, intruſionibus ad magiſtratum ſecularem, turbationibus iuuentutis, ſolicitationibus parentum, pænitentiæ ſacramenti denegatione, publicationibus cenſurarum, cum diminutione honoris noſtri, & cæteris eiuſmodi, maximè ſi quid inde ſcandali ortum ſit, & grauamen impertinentiaque aliqua ſubſequantur, & recurrimus ad prædictam Sedem Apoſtolicam, tàm in principali negotio, quàm in eiuſmodi exceſsibus, tanquam læſi, iniuriati, & diffamati, alias ad omnem meliorem effectum, omni meliori modo & forma. Saluo iure addendi, minuendi, corrigendi, &c.

Super quibus omnibus & ſingulis prædictis, ſupraſcriptus Dominus RECTOR dictis nominibus petijt ſibi à me Notario publico infraſcripto præſens publicum inſtrumentum confici, & extradi. Acta ſunt hæc Crac: in ſolita habitatione eiuſdem Domini Rectoris, ſub anno Indictione Pontificatu, die & menſe vt ſupra, ibidem præſentibus Venerabilibus Dominis,

Nicolao

455
457

Nicolao Zuchowski Sacriſtiano, & Alberto Tixewic Vicario Eccleſiæ Collegiatæ S. ANNÆ Crac. teſtibus ad præmiſſa vocatis & ſpecialiter rogatis.

Et ego Albertus Matthiæ Bolkowski publicus Sacra Apoſtolica & Imperiali authoritate Notarius, quia de omnibus & ſingulis prædictis, cum ſupraſcriptis teſtibus rogatus fui; ideo in fidem præmiſſorum, me ſubſcripſi, publicaui, & ſignaui requiſitus.



CRACOVIÆ,
In Officina Matthiæ Andreouienſis,
Anno Dñi, M.DC.XXX.

~~225~~

456

~~453~~

Commutatione Hybernae Rectore Szymonis

18 January Cl. d. Medicinae Doct. unu 4000 fl. mutuo dabit qualem sibi voluerit securitatis curationem faciat.

Arendantur Bona Smiechowice et Przegynomice Dno Gabrieli Szembek 1800 fl. 183

Bursae Phorum Senior eligitur M. Lucas Groblicki

Pro Rubetis Kasimiri 190 fl. distribuetis.

Commutatione Aestiva. Rectore Adamo Opatowio In maio

Martinus Lysktowsky Ecc. Crac. prideo Collegiy mortuus est. Cui in Canonicatu Successit Andreas Lipsky Qui etiam brevi se expedivit

Cum per Jacobum Ursinum Romae Causae Procuratorem qui cum Jesuitis ab Anno 26 de Iure legendi disceptabat nunciatum esset per S. Rotae Romanae Iudices pro Jesuitis latum Decretum latum esse et quod ab Vrbano Decretum Appellatio ad SSmum D. Nrum Vrbanum 8 et super appellatione eandem Sedem saltem devolutiva non suspensiva esset facta et in scriptis missa 27 Maij Deliberatum fuit in Vniversitate de quadam pecunia ad Causae istius continuationem an sit facienda, et an in hac Causa emergente necessitate sit convocanda sit Vniversitas an vero deputatis Regalibus committendum. Placuit ut res hoc Secretum erat agatur et ne quid deterius status Academiae pateretur per deputatos in quos Princeps Jacobus Kaiman quidem ... Ante est placuit ut iuramento ... Professores sese obligarent quod in tuendo Bono Vniversitatis concordes essent nec unquam quidquam cum Jesuitis Commune habere vellent

13 Junij Item de Bursa Sicinianae fuit tractatum cum Capitulo Gnesnensi Arcepi in illa quidem adscripta et Incorporata Beneficiis Academicis Ordinatio tum illius multas ambages involvens petebat ... datur varios.

Tractatio intercedit de Fundatione Vladislaviana Per R. Dnum Chwaloscz Posnaniensem et Warsaviensem Can. | 187 Fundatio Vladislaviana

Sape premente Rege fuit Dij aliter ... Ethnice. | Perpetuo Ordinatum sed census ...

Assignatione Inclinata Resurgit. | Censy 1800 f. in ... in bis Cast. Wars.

Consultum ne ad Laboreas personas Conversio Christi deferretur.

Ex alibi qm in Collegio Maiori tum is locus sit glorioris D. Joannis Memoria insignitus

11 Xbris Provisor Bursae Pauperum fit Gosniensis Stanislaus Rudtowski. Il. ex Colon. Posnan. in Collegium Maius vocatur

19 Junij Redit Roma R. Officialis Ponit Rationes Coram Rectore et Consistorij Expensarum 978 ... Julij 5. ... 186

22 Junij Praesentatae sunt Executoriales in Causa Iuris legendi a Jesuitis quas debita cum Reverentia a M. Rectore sunt receptas Stando sub hac appellationes factas ab Agentis Vniversitatis multis protestationibus de gravamine interpositis et ad SSmum Appellatione quae est in typo. Vrbanum 8. Postulatum etiam a Rectore ut Notarius Vniversitatis originales cum impressis conferret.

Commutatione Hybernae Eodem Rectore

12 Januarij R. D. Alberti Skyensis pro debito. Contracto apud Cl. D. Christophorum Kaiman 4000 fl. Vniversitati offert D. Kaiman recipit Census illius in bonis Smiechowice p. 200.

7 Februarij ... Regni Gantia R. D. Officialis et Professoris nostri ... ad affectationem R. D. Wladislavij ... Verona et festo Georgij ... Jacobus ... post annum Jacobus Prokowicky Primus Cursores Phiae designatus 190

Pro Fundatione autem Bialensi Academiae repraesentatum deputati sunt ad illam Coloniam M. Adamus Koszewicz et Vbar. Nicolaus Sułkowski et Joannes Przyłuski | Colonia Colonia Academiae Bialensi Christophoro Wilkosz ...

Decreta ... Vladislavie ... multum

Cum ... ad ... Scienteam ...

457

454

1631

Ad. R. D. Joannes Ba.. fundatis in Arce 4 Poenitentiarijs Domum Academicam Clericis... nisi altaris S. Bartholomaei petit ab Uni... pro Construenda Domo Poenitentiarijs in Arce Concedatur modo annuo Censu & alteri... possit emi aequivalens

Consules ... volunt Tabernas Pileator.. affigere Capellae S. Adalberti Concedit modo annuatim pendant 60 fl. Capitulo, et 10 fl. serventur pro reparatione Ecclesiae et eis necessarijs. Periculum aut incendij recipiunt in se Seniores et ... reparandi

R. D. Morenda ad S. Annae Septimanalem fundat ... censu empto 120 fl. ... faciens Urbem ... bonum ... ... Capitulo S. Annae Census ... apud G. D. Andream Pisarzewski

18 Februarij Mortuo Crosnero in eius locum et ... eorum Decretorum eligitur D. Barth. Januszewicz In Iustinianeum successit Jacobus Gorski Qui ... Seminarij Incorporatae ... tati illius Moderatoris electio una cum ... Capitulo Cath. ad Rectorem pertinent. Tunc ... illius ... Kazobek ... in Sem... ... locum Dni Crosner salvo priore loco in Collegio Dno Podlouic relicto. ... illam mansit nec locus eius repertus est Ordinatio ... Raciborsiana pro ... et ... Palatinatu Masoviae terrae Studiosis in Alma Acad. ... Studijs liberalibus operam navantibus Villas et Haereditates suas nobilitares Gramnice Dawidi, Gramnice Lady Gramnice ... Gramnice Zołwarki Zgorzelskie ... et Dziorki ... Capitulo Varsoviensi inscripsit et ... ab eodem Capitulo de ... eisdem Studiosis ... Bonorum ... personas quot ... sustentandis ... eorundem bonorum sufficiet ... per 40 fl elargiendo ... pecunia debet transmitti anticipatione ... S. Joannis ... Academiae ... eorundem alumnorum ... Bona ... in ... accepit ... in Academia nihil ... ... Studiosi nec peculium

Gresij Dng Strzalka fundat Geometriae ... Jus Patronatus ... Census ... 1631 Feria 2 in Crastino ... Jubilate 1631 ... 31 vel potius Ao 1629 Feria 3 post ... Institutionem Sacerdotalem Professor ... ... electio ... fundationis ...

Fund: Uladi... ...

2 ... Ubi redierunt Varsaviae ... Ex publico quidem nil nisi Studia ... Privatis ... foris Rem attulerunt ... Decano Warszawiensi Qui et erat ... nei ... Multas et ... fundationes ... in Academia fundandas ... sed fortuna ... fidem mutaverunt.

Raciborsius ~~...~~

Uladislavig ... obiit.

Uladislavius noster ... ad Regem ... Patronum ... fundationes ... religio... pecunia ... in ... Bolesij legaverat in aliis ...

leg: quam ille tantum oretenus legaverat Academiae

Ordinatio

Fundationis Adm Rndi Dni Ioannis Raciborski Decani Varsovien et Canonici Pultovi
en pro alumnis studiosis in alma Academia Iagielonia Cracovien duntaxat
et non alibi studijs liberalibus operam navantibus sustentandis, iuxta Ere
ctionem Loci ordinarij faciendam, ad quam Ordinationem Erectio suprascri
pta refferetur, ex mente et intentione pientissima in Regni et in eo Eccle
siæ bonum promovendum Die duodecima Mensis Martij Anno Millesimo Sex
centesimo Trigesimo primo factæ, conscripta et manu eiusdem Adm Rndi
Dni Fundatoris subscripta et sigillo consueto Officij Decanalis obsignata
perpetuis temporibus duratura.

Quandoquidem Adm Rndus Dnus Decanus Fundator pro sustentandis terrigenis
suis Czernen et Varsovien Pallatinatus Masoviæ terrarum studiosis in alma Aca
demia Cracovien studijs liberalibus operam navantibus Villas et hæreditates suas
nobilitares Gramnice Darridij Gramnice Ladij Grannice Slasij Grannice Folwarki seu
Folwarkowo Zgorzelskie Skupie et Jeziorki Vnbili Capitulo Prælatorum et Canonico
rum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Ioannis Baptæ Varsovien Actis Castren Varsovien
inscripsit et bona eadem eidem Vnbili Capitulo in effectum suprascriptum perpetuo
resignavit, ac in possessionem realem tradidit, et assecurationem ab eodem V.
Capitulo de sustentandis eisdem studiosis ex proventibus eorundem bonorum
in Actis Capitularibus contentam, iuxta ordinationem per Fundatorem faciendam
obtinuit. Idcirco inhærendo eidem Contractui cum Vnbili Capitulo facto infra
scriptam Ordinationem, idem Adm Rndus D. Fundator fecit constituit et ordinat
et præsentibus scriptis manu sua subscriptis declaravit. Imprimis statuit con
stituit et ordinat iuxta suprascriptum Contractum cum Vnbili Capitulo factum, re
servata sibi eorundem bonorum ad tempora vitæ suæ extrema dispositione pro
ventuum pro libitu suo plenaria, duas partes Studiosorum terrarum supra
scriptarum Nobilium et tertiam partem studiosorum earundem terrarum plebei
orum tot personas sustentandas perpetuo fore quod personis ad sustentandum
proventus eorundem bonorum sufficiet. Cuilibet illorum pro qualibet septimana
per quadraginta quinque grossos Polonorum elargiendo. Pecunia autem ad susten
tationem suprascriptam ex proventibus eorundem bonorum collecta, quolibet anno
ante aut ad summum pro quolibet festo Sancti Ioannis Baptæ mitti et
transmitti anticipative debet per V. Capitulum Varsovien Cracoviam ad
thesaurum almæ Academiæ Cracovien consuetum in manus Collegarum personarum
Academicarum eiusdem Academiæ thesauri eiusdem Custodum consuetorum
cum scitu M. Dni Rectoris eiusdem Academiæ pro tempore semper existentis.
Qui quidem Dni ex gremio Academiæ Collegæ et thesauri eiusdem custodes
dictam pecuniam transmissam per se numeratam in thesaurum Vniversitatis
in arcam specialem in effectum comparatam, et bene occlusam reponere et
pro quolibet Quartuali anni trimestri correspondenti partem eiusdem pecu
niæ pro eodem trimestri proportionaliter spectantem ad manus provisoris

458 455

eorundem alumnorum studiosorum extradere et numerare debet. Pro cura labore
rationis et dispendio supplendi defectus erroris in numerando obrepentis et adulter
moneta pro quolibet anno circa repositionem in thesaurum eiusdem pecuni
Decem Flor. Polon. supradicti Dni Custodes Academici ex eadem pecunia
mis sibi receptos coniunctim habituri et reliquum sub seris et clauibus
tertia sera et claue Prouisoris in arca thesauri Vniuersitatis obseruat
Prouisor vero eorundem alumnorum ab Vniuersitate eiusdem Academiæ de
in annum ex Collegis maioris vel minoris Collegij qui sit magis idoneus
confirmari debet. Durante tamen vita eiusdem Rdi Dni Fundatoris ab
Fundatore dum et quando ipsi placuerit constituendus et eligendus
eiusdem remotione breuiori tempore si inutilis et negligens fuerit
existente. Qui quidem Dnus Prouisor debet esse distributor suprascr
pecuniæ alumnorum septimanatim quolibet Sabbato vel feria sexta modo
suprascpto distribuendæ et studiorum director morum et diligentiæ
oribus ex Scholæ seu clasium frequentatione in adultioribus ex lectio
auditarum gradu in vtrisque ex stilli et studiorum profectu dignoscendo
Imprimisque alumnum non nisi literis patentibus V. Capituli Gnalis Varsouien
sub sigillo eiusdem V. Capituli et subscriptione Præsidentis Gnalis Capitul
emmanatis aut per literas patentes Fundatoris nomen cognomen statum et
incolatus præsentati nobilitatem et plebeitatem suprascriptarum terrarum
continentibus præsentatum, destinatum M. Dno Rectori Academiæ
scriptus Dnus Prouisor præsentare et in album studiosorum inseri procu
tandem studio iuxta Præsentati profectum et habilitatem explorata
tione Præsentati alumni ad quem statum inclinet loco vbi commode et
manere voluerit, considerato et approbato applicare et ad distribuendum
dem suscipiendos admittere et in libellum alumnorum suscipiendorum
bere, debet. Susceptionis autem et admissionis eorundem alumnorum
sptus seruandus est modus. Quod quantitas pecuniæ a V. Capitulo Varso
pro alumnis pro quolibet anno anticipatiue transmissæ et quot ex ea
quantitate pecuniæ alumni modo suprascripto per annum sustentari
sint considerari debet et ex ea consideratione et computatione salte
suscipiendi et admittendi erunt pro eodem anno alumni, quantum
eiusdem ad sustentandum eosdem sufficiet. Deinde considerandum
qui priori tempore obtinuerit literas præsentationis a V. Capitulo
potiore iure gaudeant. admissionis et susceptionis ad eadem
stributiones septimanales, ita tamen quod si obtentis literis Capitul
postulationem admissionis aliquis illorum neglexerit et interim
sterioris literarum alter susceptus et per Dnum Prouisorem admissu
in album alumnorum inscriptus fuerit extunc eo in passu prioris tempor
ratio non erit habenda, si vero de potioritate iuris ad suscipiendos inter
tos quæstio intercesserit extunc iudicio Dni Prouisoris et M. Dni
et Dni Decani artium Vniuersitatis suprascripta quæstio dirimenda
Similiter et iudicio eorundem negligens discolus et post trinam admonitio
non resipiscens ab eadem prouisione seu distributione alienandus

Et in locum illius alter sufficiendus seu substituendus erit. Habendaq erit ratio et consideratio Vt pro quolibet anno non nisi vna pars Studiosorum Nobilium terrae Cernens et altera pars nobilium terrae Varsouiens. tertia vero pars plebeiorum per medium ex vtraq terra Cernens et Varsouiens computando ad eandem prouisionem seu distributionem suscipienda erit, nisi forte aliquo anno plenus seu par numerus ex vna suprascriptarum terrarum non fuerit, nam eo in euentu ex altera suprascriptarum terrarum numerus competens proportionalis sumptibus anni transmissis supplendus erit. Susceptis autem et ad capiendas distributiones admissis suprascriptis modo suprascripto studiosis suprascriptus Dnus Prouisor ab alumnis iunioribus, qui classes frequentabunt singulis septimanis circa distributionem, a maioribus vero publicarum lectionum auditoribus per testimonia recognitionis lectorum singulis mensibus profectum in studijs et stillum explorare debebit. Alumni vero suprascripti suscepti et admissi adultiores ex publicis lectionibus quatuor lectiones et qui ad spiritualem statum inclinati fuerint lectionem casuum conscientiae. Qui vero ad statum saecularem seu militarem praesertim nobiles inclinati fuerint lectiones Historiae et Geometriae militaris et Arithmeticae fundationis Vladislavianae nouae. iuniores autem alumni classes frequentantes vltra lectiones classium arithmeticam eiusdem nouae fundationis et disputationes Baccalaureorum die Dominico celebrari consuetas audire et interesse eisdem debebunt. Adultiores quoq alumni publicarum lectionum auditores disputationibus interesse. et singulis in semestri sive vna studij commutatione ter respondere tenebuntur. Omnes etiam alumni suscepti tam adultiores quam iuniores secundum ordinem admissionis ad distributionem participandam hora distributionis pecuniae memoriter per vnum ex gremio sui ordine receptionis seruato declammare tema declammationis a Dno Prouisore tribus ante septimanis assignato. et stilum elegantis characteris scribendi praesertim iuniores exercere tenebuntur. Singuli quoq suprascripti alumni suscepti et distributionis participes exercitium pietatis in Oratorio Sanctissimi Rosarij Academico cum caeteris studiosis obire et pro Rdo Dno Fundatore diebus festis litanias Beatae Mariae Virginis seu tres Orationes dominicas, singulis autem Quartualibus anni psalmum poenitentialem miserere deus tam pro superstite quam defuncto recitare adstricti erunt. Ac insuper Dnus Prouisor procurare debet, vt in Votiuis sacris Vniuersitatis Academiae fiat more aliarum fundationum commemoratio Rdi Dni fundatoris praesentibus eisdem alumnis et pro eodem Dno fundatore Deum deprecantibus. Cui quidem Dno Prouisori alumnorum pro suprascripta ipsius cura et laboribus ex pecunia a V. Capitulo transmittenda et in archiuo Academico conseruanda Centum Flor. Polonic. pro quolibet anno cedere et spectare debent, pro rata parte cuiuslibet trimestris circa receptionem ex thesauro Academico pro alumnis sustentandis pecuniae recipiendi et per Dnos Custodes thesauri extradendi et soluendi erunt. Suprascriptus autem Dnus Prouisor ex pecunia tam percepta quam exposita annuatim circa Dominicam Judica more aliarum fundationum coram M. Dno

Rectore et Consiliarijs Vniuersitatis rationem facere et alumnos ibidem a M. Dno Rectore
in continenti explorandos praesentare debebit. Cuius quidem rationis sic factae
copiam in scriptis sub sigillo Academico et subscriptione M. Dni Rectoris et Consilia-
riorum prout est moris idem Dnus Provisor ad V. Capitulum Varsoviense eo
tempore dum pecunia a V. Capitulo transmissa fuerit transmittere tenebitur
cum sufficienti quietatione de transmissa et recepta pecunia sub sigillo
Academico et subscriptione M. Dni Rectoris et Custodum thesauri Vt autem
attente et diligenter suprascripta ratio perceptarum et expensarum expedia-
tur ex tunc Dnis auditoribus eiusdem rationis quolibet anno decem florenos
Polonic. omnibus coniunctim ex eadem pecunia transmittenda et in archivo
Academico conservanda soluendi et dandi erunt. De caetero Vt plures
possent esse participes beneficij eiusdem sustentationis studiorum statuit
ordinat et declarat Adm. Rndus Dnus Fundator non nisi suprascriptos alu-
mnos tam Nobiles quam plebeios susceptos et admissos a tempore susceptionis
seu eiusdem beneficij participationis ad quinquennium in hebetioribus ingenijs
et ad summum ad sexennium in acutioribus ingenijs Vbi fuerit magna spes in-
signis studiorum profectus gaudere posse eodem beneficio sustentationis.
Quod si aliquis alumnorum breviori tempore cursum studiorum perfecerit aut
lauream Magisterialem consequutus fuerit, ex tunc in locum illius ad parti-
cipandam eandem sustentationem alius suscipi et admitti debet. Nihilo-
minus tamen si ex alumnis aspiranti ad lauream Baccalaurealem aut Magi-
stralem sumptus deffecerit et aliunde providere sibi non potuerit et ingenij
elegantis cum magna spe insignis eruditionis extiterit remittendus erit
ad V. Capitulum Gnale Varsoviense subsidium pro consequenda laurea non tantum
pro redimendis laureae lectionibus, ex proventibus bonorum fundationis petiturus.
Quod quidem V. Capitulum Gnale sublevandi ad summum Triginta Flor. Polon.
in passu Alumnum habebunt facultatem praesenti ordinatione Adm. Rndi Dni
Fundatoris sibi concessam. Quod si ex terris suprascriptis Cernensis et
Primum autem postularunt Rudnicky, ostendi sibi autentica exemplaria literarum
illarum ab Acad. productarum. Ad delineationem Summi Pontificis dixit, aliquid
aliud fuisse postulatum a Pontifice, ab Academicis nimirum durium Confirmationem. Vnde
liquet semper habuisse dependentiam a Sede Sancta Academiam.
Ad Synodum Petricouien. dixit, fuisse ibi non paruas difficultates, et actum
grauiter de Reformatione Academiae.
Quantum ad postulationem tertiam, dixerunt DD. Deputati, rem eam esse
lubricam, quam, et tempus absumant frustra.
Dico ad Priuilegium illud, non habuit Subscriptionem manus Regiae, sed duntaxat
Lipskij subscripsit. Ergo Credibile est. etiam inscienti Regia Maiest. obtentum.
Deinde non fit mentio Collegij eius, aut modi sic erigendi, sed duntaxat
fit in communi More aliorum Collegiorum. Ergo hoc Commune, et generaliter
positum, nec expressum Circumstantijs modi, facti, non derogat Speciali
Priuilegio Academiae.
Tum datur illis facultas duntaxat emendarum in vicinia domorum, quod
illis per nos interdictum est, possidere fundos domos, debitis saluis iuribus no-
stris, non fit autem mentio, Cui vsui futura sint illae domus.

481 478

276

Insuper cum Privilegium contra Privilegium + quaeritur, debet innotescentia fieri parti, cui videtur praeiudicare, quod non sit futurum ad eius detrimentum, alias non potest esse firmum, et validum.

Resp. illud parum ad rem facit, quod talia Privilegia vigorem non habeant, cum publice in Comitiis ex consensu Reipubl. non sint obtenta.

Responsio ad Bullas.

Ad Bullas respondit D. Rector eas esse communes, nec derogare quicquam [illegible] Academiae, aut Privilegio ipsius, deinde datas esse respectu penuriae doctorum et solitudinis Academicarum hic autem habemus eam copiam Professorum ut [illegible] libenter inspexeremus prout facimus.

Ad Decisiones factas esse in favorem urgentibus vehementer et ardenter [illegible]tis, deinde duntaxat in Possessorio obtinuisse non in petitorio, quia nos Iuribus et Privilegiis Regni semper referebamus ad Comitia.

Deinde nos appellasse a Sententia, et posse revocari haec Decreta, ad interecessionem S. R. M. ad Sanct. Sum.

Productio Privilegii Academici.

Magnif. D. Rector Academiae, antequam produceret Privilegium [illegible] dicto Sigillone. Primum dixit se fuisse a tempore immemorabili [illegible] usu prohibendi, ita prohibuit Universitati Wratisl. Gymnasio.

Ita prohibuit Posnaniae IEzuitis, cum vellent occupare Academiam instituere aliquam iuxta formam Academiae, cum [illegible] D. Daniele [illegible]

Tandem ostendit Matricam antiquissimam et primam, in qua nomen suum [illegible] inscripsit primus Fundator Academiae Wladislaus Iagello, et iuravit, deinde sigillum, quod [illegible] versitati dedit.

Ventum est ad examinandum Privilegium, quod in particulis examinavit et exposuit

1 Magnif. D. Rector, primum [illegible] Fundatorem, ut Rector Academiae habeat iurisdictionem in omnes, studiosorum [illegible] Crac. seu Cracoviae seu vel subiacentibus suburbiis commorentur, et quam excludat ab Universi[illegible] sam, si non esse facultatem subsistendi Cracoviae, et circumcirca [illegible] est in ista Scholarum, et Iurisdictiones Universitatis. Ut qui excludatur ab Acad[illegible] recipiatur ab adversa parte, quod etiam Stephani ordinatio vult.

2. Dedit facultatem Rectori Fundator Academiae condendi leges Crac. quae ad [illegible] [illegible] studiorum pertinent et integritatem conservandam. Cum autem [illegible] primam legem de praestando fideli iuramento PP. exsolvunt eos.

+

[illegible], Academiis neminem tueri, si diversis lingua, velut [illegible] habebis universitatem.

3. Habetur expressè in Privilegio, ut omnes quicumque accedunt Concordata Studiosi habeant propium Rectorem. Ergo rectorum prohibetur diversitas.

Habetur, Academiam istam voluisse à Fundatore habere instar Cratamina [illegible] fontem et margaritam, [illegible] et [illegible], ad quam non solum populis, sed etiam externis finitimis pateat accessus.

[illegible] ostendit Privilegium Anni 1563 quod in Comitiis Warsaviae ab Ordinibus Regni et Senatu latum est, quo confirmantur [illegible] prærogativæ, [illegible] Academiæ [illegible] si informa [illegible] et non [illegible] nos [illegible] ab [illegible] [illegible] præstat et [illegible] ex Academicis [illegible] prædicat. [illegible] nihil hic amplius [illegible] erit. [illegible] [illegible] Rector [illegible] Respublicas. [illegible] [illegible] grandior Academiæ quod habebimus facultatem [illegible] extremo in Academia [illegible] gratia et [illegible] [illegible] [illegible], futura autem hæc occasio aliquibus non ingrata, si [illegible] sive [illegible], tam ardenter cupientibus Academiam quam [illegible] et dolo [illegible], qua nos hactenus maiore [illegible] quam [illegible] [illegible], [illegible] dedamus.

Responsio Jesuitarum

Ad immemorabilem [illegible] dicendum [illegible] [illegible] Roma [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] à docendo Academiæ alios quoslibet. Sic temporibus [illegible] [illegible] cum [illegible] [illegible]

2. Ad [illegible] Schola [illegible] [illegible] nunquam cogitasse, sed [illegible] [illegible] ab [illegible] [illegible] [illegible] Ordinationi [illegible] etiam [illegible] Roma promouisse, et si qua sunt [illegible] ad [illegible] data à [illegible] [illegible] nomine, non liquet ex illis an nos prohibeat, vel non.

Ad Inscriptione Regis [illegible] in [illegible], et [illegible] [illegible] responsum.

Ad Jurisdictione Academiæ dictum non esse [illegible] [illegible], [illegible] Jurisdictionem Academiæ [illegible] [illegible] si [illegible] [illegible], aut [illegible] ab Academia ad Collegium suum recipere.

Ad Ordinationem Regis Stephani dicit eam non facere quidquam ad causam, cum non sit recepta [illegible] cum [illegible] [illegible] in Comitiis [illegible]. [illegible] istam Ordinationem impeditum est ab iis qui à [illegible] Academiæ sunt.

Ad facultatem datam Rectori legum condendarum responsum [illegible]. Ergo habebit Academiæ Rector ius statuendi leges et sancita, in Cives.

278

Corac. etiam Consules, quid repugnat, et istos subjiciendos Rectori, et legibus Universitatis, si essent Professores aut Scholares.

De Juramento Rectoris praestando nihil dictum.

De Rectore proprio. Dixit Radnicky. Dicit statutum Academiam habere proprium Rectorem, sed non dicit unum, id est, qui habeat ... habeant proprium Rectorem in Academia, et proprium ... ut similiter. Perinde atque in Juristis quisque habet suum Praefectum ... aut Magistrum ... similiter ...

Ad Privilegium datum Academiae Anno 1603 Sophistae respondit: est enim ibi in statutis. Quod in Vetere antiquo Sachowicidae ... Radnicky aliter lectum est à D. Rectore Academiae ...

... quid hoc pronomen ... non refertur ad Academiam ... eligetur ... per ... Cancellarium. Sed per singulos ... Privilegia ... et ... statuta ...

Caeterum ad ... Academia ... dixit ... quae vaticinatur ... D. Rector ... aut ... nec est causa cur velint Academici ... , potest ... aliqua ... quae partis et animi utrorumque coalescant omnibus utrumque ... et integris. ... pactum ... ... est ut accedant deliberationi DD. ... Si actum ... satis ... et instantiae pro Academia ... qui ... Partibus. ... in re plura ... esse causa ... Contravenientibus. ... Ill. D. Episc. Vladisl. ... Lublinsky, qui non ... sed quia non potest esse, ...

... primo DD. Academicis ... et ... dixit Illmus Dnus Episc. Vladisl. ... si quidem sint contra nos ... Decreta Romae. ... si petere ab Illmis Ordinibus intercessionem ... Subiunxit D. Episc. quod si non moveatur ista postulatione Illmi, ... faciat intercessionem nostram quanti ... sententiam. ... D. Rector ... nolit quicquam de ... nem ... Illmi ... nobis erit perferendum, et tolerandum hoc Illmi Episc. Non oportere etiam ... defendere ... Subiunxit Illmus Rector. Perinde nobis esse hoc, atque illud, si ...

dubio procul, nisi fueris in extremis. Atque cum dixisset, facta reverentia discessit est à nostris.

Advocati ex praecipuis DD. Zuchar, praesertim Rudnicky, Lancicius, Shimbek J. dictum illis non nimis graviter, stare aequitatem à parte Academiae, iura eorum plena colligata cum iuribus Regni, atque videri ex re, et pacis communis, et Regni totius, ut occludantur istae scholae seminaria tot dissordiarum.

Responderunt illi se non posse quicquam motu, et arbitratu proprio, nisi ex Consilio sui Generalis, sed tamen daturos se velle in crastino super ea re responsum. An dederint, nescimus.

---

de necessitate Collegii.
Petrus Lenciy ad Ill. D. Gembicki 1623.
quod in aliis habet.

Subscripserunt ornamenti Legati Municipales plures.
Marschalcus Comitiorum Illmus D. Nicolaus Comes de Ostrorog Pincerna Regni
Illmus D. Abrahamus Gołuchowsky Capitaneus Stezicensis.
Illmus D. Nicolaus Koniecpolsky Capitaneus Oswiecimensis.
Illmus D. Stanislaus Garwasky Judex Plocensis.
Illmus D. D. Hieronymus Radziewsky Palatinus Lanciciensis.

Anno eodem 1633. die 13 Martii.
Articulus conscriptus pro Academia Cracoviensi, in Senatu legebatur, corrigebatur, et approbabatur, praelegente D. Marschalco Comitiorum Regni, ut Academia fundata à Regno sit sub protectione Regni Poloniae, et Legati in S. Sede Apostolicam designati sunt.

Anno ~~eodem~~ ~~Dni~~ Dni. 1634. de data 24 Maii. ex Moschovia, ex castris ad fluvium Wiasoma. Rescriptum Regium Serenissimi Regis WLADISLAI IV, ad Patres Provinciales Societatis Jesu ut Decreto SS. Pontificis obedirent, et scholas suas dimitterent.

Anno Dni. 1634. in Vigilia SS. Apostolorum Petri et Pauli, in Castro Cracoviensi R. Pr Stanislaus Ptłosky Societatis Jesu tunc Praefectus designavit et protestationem Manifestationem ad Officium praesens misit et inscribi; ad solam S. R. Mtis Jurisdictionem etc. Subscripsit. Joan: Komorowsky Pincerna Belzen. Vicecapitaneus Crac. et ...

Anno eodem 1634. in Vigilia Visit. B. M. Virginis.
Remanifestatio facta est per Universitatis Rectorem, eorum Cancellarium, quia et ex consensu omnium Ordinum incipit. Omnia gaudet Universitas Crac. et sibi gratulatur etc.

280

+

Decretum pro Academia Crac. Anno Dni 1634.
Sanctissimi Dni nri Papae Urbani VIII.
Impetratum per Illmum D. Georgium Ossolinski Comitem de Thenczyn, Legatum ad Sedem Apostolicam, ut a Scholis [illegible] Societatis discedant, et nullo modo docere videantur Iuventutem, cuius Exemplaria ingrossata sunt in Archivo Castrensi Regni.

Constitutio Regni in Comitiis Generalibus Felicissimae Coronationis Serenissimi WLADISLAI IV Regis Poloniae in ANNO DNI. 1635. sub titulo. Akademia Krakowska, incipit. Stwierdzaiąc prawa wszystkie Akademiey Krakowskiey, podług Constitutiey Sessiey Koronney należey, za Declaratią Oyca S. żeby w [illegible] wszystkie [illegible] Oyców Societatis JESU, Szkoły tejże Akademiey otworzone, zawieszamy etc. etc.

Ao Dni 1647 Junii 5. Coorta seditio Studiosorum contra Luteranos et facta ingressio in lapideam Cuiusdam Luterani Domi dicti in platea Fratrum Minorum ad dextram partem eundo ad Eccles. S. Francisci. Causa ingressionis istius quod suspicio esset praedicationis, et Conventus Luteranorum ibi fieri. Sed multum profectum est, quia pueri tantum erant imbelles, aliis extra Civitatem Consultantibus, inopinato ad exortum clausis tumultum. ut ut in opposita pagina patet.

CAVSA CVM HAERETICIS HABITA, in Rectoratu Magnifici D. Rectoris, M. Jacobi Vitellij S.T.D. Canonici Cracoviensis

Anno Dni 1641. Junij 5. Coorta seditio studiosorum contra Lutheranos, et facta impressio in lapideam cuiusdam Lutherani domum dictam, in platea Fratrum minorum, ad dextram partem eundo ad Ecclesiam S. Francisci. Causa impressionis istius, quod suspicio esset praedicationis, et conventus Lutheranorum ibi fieri. Sed stultitia profectum est, quia pueri tantum erant imbelles, alijs extra studentibus consultantibus inopinato ad exortum clausis tumultum. Et superveniente satellitio Castrensi, et palatinali, armato ferro, et igne, ita ut ad terrorem bombardarum omnes diffugerent, non pauci etiam ex plebe vulnerati. Unus occisus servitor cuiusdam Presbyteri Cathedralis iuxta Eccl. S. Francisci, cum mortem deprecaretur, et se non fuisse in tumultu asseveraret, sed casu incidisse in turbas istas. Non potuit humilis precatio furorem mollire saeviorem, tribus globis ocreato sclopeto transfossus est, in crastino mortuus.

Tandem vero intra triduum funus eius ducerentur, ad Ecclesiam S. Francisci non pauca hominum comitante frequentia, idem illud satellitium in medio foro, quasi ad proelium cum morbo instructum, et ordinatum, grandi iaculatione, versus plateam Fratrum dissipando fugavit, ita ut omnes metu periculi diffugerent etiam sacerdotes, cadavere solo in platea deserto. Alter etiam studiosus nobilis Jedrzeiowski globo vulneratus, sed citra periculum, globus enim cutem tantum in utraque parte ad latus sinistrum transfixit intactis visceribus. Quem Deus servare vult etiam ex periculo eripit, nisi se ipsum temere offerat.

Facta a me tunc Rectore Universitatis Jacobo Vitellio protestatio in castro, in et contra satellitium hoc, et principales seu impulsores, sed quia palatinum non nimis nobis favere tangere videbat non recepta in castro. Cum vero graviter ut potens fremeret contra nos Palatinus Cracovien. Stanisl. Lubomirski impellente contra nos tametsi de gremio nostro esset quodam eius medico, infido, et non nimis amico Universitatis. Data commissio ab eodem palatino ad inquisitionem, ut constet, a qua parte iniuria stet.

Tandem alia impetrata a S. R. M. Wladislao IV.

Cum contra nos, et studiosos nostros palatinus valde contra Universit. properans, fuerunt autem isti Commissarij, Rdmus Abbas Praepositus Sulieiovi. Illustris D. Francisc. Dembiński Succamerarius Crac. Illus. D. Castell. Consederunt Commissarij in Praetorio (ibi enim designatus erat locus ad inquirendum occasiones turbarum et autores) invitatus etiam Rector ut adesset vel aliquos mitteret. Rectori non videbatur ut praesens adesset sed submisit duos Professores, quibus ita praecepit, ut ne admitterent pro parte Academiae fundare iurisdictionem, quod et fecerunt, salva in omnibus autoritate S. R. M. quia praeiudicialis nobis erat futura illa commissio a seculari iurisdictione. Blanda tamen allocutione, et ut videbatur humanitatis plena, alliciebant nos ut illi praevaricarent, dicentes non futuram iurisdictionem istam contra iura et immunitates Eccl. et Academiae. Considerant nos vel ipsius humanitatis gratia. Inducti autem blanda ista invitatione consederunt lecta per nuncium specialem commissio, tametsi a nobis non admissi, adeuntibus vero nostris, mandatum est sic scribi a DD. Commissarijs. Fundata iurisdictio in praesentia DD. Professorum missorum a Dno Rectore.

Quod cum esset ad nos relatum, iniuriosam esse istam inscriptionem, et videri nos consensisse ad iurisdictionem, statim in crastino missi sunt plures, ad expostulandum de iniuria cum nos salva in omnibus dignitate S. R. M. non consensimus ad fundationem iurisdictionis.

+

282 Prodit quidem ex DD. Commissarijs ergo vos Vultis Jurisdictioni Regiae vos potestati Regiae nequaquam vero agnoscimus nos T. nim, Clementissimae et supremae eius in Regis potestati, sed Commissio ista minus nos cum sit periculosa ipsius informationis de negotio S. R. M. post longam controversiam tandem imperaverat DD. Commissarij expungi in praesentia DD. Professorum: Prohibebamus eos cum omnes essent partes adversae et ipsius Palatini fautores. Periculosae sunt lites et Controversiae, Ubi dives et potens cum paupere et in primo litigat Expeditionis itaque ad S. R. M. Professorem Xaverium, et tales dedimus libellos – – –

+

Causa Academiae cum Jesuitis
1633.

Legatur Jo. Thuanus in Anno Dni. 1607. libro 138. de Institutione Societatis JESU Politicae ... pro Jesuitis et Causa Universitatis Sorbonicae contra Jesuitas.

33 Contra Dyberrn Redemt hi d. Christophori Kreinam[?] Quod adsint Ather[?] tussissime[?] in Academia Controversa

Causa Academica cum Jesuitis

~~287~~

487

~~487~~

288

+

In nomine Dni Amen

ACTIO

Quæ agitabatur in Comitiis Generalib⁹ Regni Poloniæ A. D. M. DC. XXX. III. VI Martii in Castro Cracouiensi; inter DD. Academicos parte unâ, & PP. Iesuitas alterâ de aperiendis studiis & prætensionib⁹ Scholarum Cracoviæ. In præsentia Illustrissimorũ DD. Iudicum Deputatorum, tam è Senatu, quàm è Curia electorum. Reverendissimorũ DD. Matthiæ Lubinski Cujaviensis, Henrici de Dabrowica Firlei Præmysliensis Episcoporum. Illustrissimorũ D.D., Stanislai Koniecpolski, Castellani Cracoviensis. Firlei, Palatini Sendomiriensis. Adami Grudzieczki, Miedzyrzecensis. Martini Zegocki, Przemecensis, Castellanorum. Ioannis Zebrzydowii Ensiferi Regni Poloniæ. Lucæ Orzelski. Alexandri Trzebinski Succamerarii Leopoliens. Alexandri Zaleski Vice Iudicis Siradiensis.

Hanc actionem polonice scriptam vide in Academia controversa f. 1046 et seqq. vide quae Radymninski superius habet.

SESSIO I

Postquam Illmi DD. Deputati Iudices convenêre de modo procedendi hac in Causa, Reverendissus Epus Cujaviens brevè instituit alloquium. Illmos et Magnificos DD. Deputatos Iudices, eo fini pro Tribunali sedisse; non ut processu Iuris Ordinarii Causam exciperent aut decidant litem. Verùm ut summariè Controversiis auditis, Iuribusq Partium cognitis, referant illorum esseam in Senatum et Curiam.

Quoniam verò Academia hac in Actione Personam Acto:~~ris~~ sustinet; proinde æquitas postulat, ut primò sua gravamina exponat.

Quibus auditis M. D. Naiman Canonicus Cracov. Rector Universitatis, cum assistentia Doctorum et Magistrorum omnium Facultatum, actâ gratiâ Ill. Mi. DD. Deputatis Iudicibus, quod impendere operam suam non negaverit,

ut tandem aliquando Academici pacifice munere suo fungi in usum
Reipub. incipiant, nobilemq Juventutem debito, non eo quo ha-
ctenus modo in Continuo tumultu et aerumnis, erudiant:
cabatur, at tandem ~~tandem~~ ad quietandam hanc unicam Scholam
Reipub. modos conquirere aggrediantur, inq suo proposito urgendo
gnavi sint. Tum protestatus est solenniter se hac in Causa
nolle quidpiam facere, vel dicere, in convulsionem Decretorum, quae
intercesserunt (vel jam lata fuerunt) Sacrae Rotae Romanae
diminutionem Authoritatis Sedis Aplicae: atq adeo si quidpiam
dicere, vel facere contingat, id pro non dicto, et n. facto habere
Adhuc protestatus est se nolle quidpiam agere, vel dicere,
laesionem fraternae Charitatis Patrum Jesuitarum Fratrum suorum
(esto juniorum) oleat. qui tanto Annorum spatio, Academiae candidum
periebantur amorem.
Insuper si quidpiam dictum fuerit per modum discursus, quod
turbet statum Academiae: ne hocce pro Conclusiva decisione ha-
beatur: siquidem Rector citra Facultates non quidquam in tam
gravi negotio statuere potest. Hujus vero Cautelae subjunctae
rant exempla occasioni: quoniam aliquot decenniis privata
quia minus Cautorum Academicorum, per Rotarum publicum
summatim collecta erant, in modum cujuspiam Concordiae; atq
poribus Posteritatis reservata sunt, quae tum allegentur, cum
stes et Authores praesentis concordiae defuerint.
Demum quia sua refert nosse hunc quo cum hac in Causa
gratur; possetq fore ut ex defectu Mandati oboriantur difficultates
urgebat. M. D. Rector a parte adversa demonstrari sibi Ple-
tentiam, haberetne eandem ad hanc Causam promovendam. Re-
sponsum est a PP. Jesuitis huc se sistere in persona
trem Hinezá, Provincialem Poloniae. cum Patre Rudnicki
ctore ad Basilicam S. Petri Cracoviae cum assistentia
rum è Societate. Patrem vero Provincialem habere hu
spectans Mandatum nemini dubium. Nihilominus si necesse
forte facile doceret se etiam specialem modum ad hanc Cau-
sam habere, Plenipotentiam.
Hinc M. D. Rector. Mea inquit interest tanquam Rector
Gymnasii Cracoviensis juxta Statuta Regni, unici, scire quo
titulo hoc loci Pr Rudnicki adest: si quatenus Rector
vendum discendumq est, quisnam ille alter Rector? quo Jure ha-
quarum Scholarum, quive fundatarum? atq in his cardo rei

titur et hæc est medulla totius negotii.

Hæc contra P. Rudnicki, eludendo instantiam ait.
Non est quod afficiat Clariss. DD Academicos Titulus Recto-
ris, quo vocor, id enim est Nostræ Consuetudinis ut ubi est
Collegium, et domus non professa ibi Prælatus hoc titulo gau-
deat. Gaudebat illo tanta annorum serie Prælatus S. Stephani
nec tamen id afficiebat Clariss. Dnos Academicos. Gaudet
illo et reliqui, velut Parochi, scholarum Magri, qui tamen nil
derogant Juribus Academiæ. quoniam hoc nomen Rectoris
est generale.

His responsum dedit M. D. Rector. Recensiti gaudent hoc ti-
tulo, caeterum dispari à vobis ratione: nempe apud vos Titulus
Rectoris in ordine ut adverto ad Collegium. Hic verò in quaesti-
one est, ubinam locorum vestrum sit Collegium? quis illius Fun-
dator? quae Privilegia? quae Jura? Et equidem nostrâ interest
haec scire. quibus quoque sua non desunt Collegia, Rectoresque proprios.

Tum P. Rudnicki. Esto non plus de Juribus haberemus,
præter Decreta Pontificum, quibus etiam apud vos locus est,
iam Causa dicta esset. Ad haec M. D. Rector. Adverto in-
quit hic esse petitionem principii. Hoc enim est in quaestione,
Dum asseritis vos Romæ obtinuisse Jus docendi Collegio ve-
stro, ubi locorum illud Collegium erat? nunquid in spatiis
imaginariis? nam non entium nullæ qualitates. Sequitur si
Collegium vobis non erat, ut re judicata niti non possitis. Ac
eam ob Causam postulamus quibus demonstretis, quonam
illa Jura sint quibus Collegium vestrum fundatur? et
habeatne omnia requisita Collegii

Interim P. Rudnicki. Quandoquidem Jura solent esse
Privilegiaria, aut à Regibus, aut à Repub., aut à Summis Pon-
tificibus. Exquirimus quo Jure contenti esse vultis?

R. M. D. Rector. Eo, quo nos gaudemus. Interim Pater
Rudnicki. En à Summo Pontifice Decretum præ manibus
habemus ~~nostris~~ est. quo nobis adjudicatum est. Vobis itidem à Summo
Pontifice sunt approbationes. Ait M. D Rector. Non satis
est habere à Sede Aplicâ Decreta tali superfundata (ut
dixi) basi. At vero etiam requiruntur id nobis demonstretis
quod nostra Collegia gaudent, (quin vestra etiam forsan aliqua)

292

videlt Erectionem, aut Fundationem Collegii, Consensum Reip. approbationem Sedis Aplicæ.

Hæc omnia habet nostra Academia, erecta primum à Casimiro post à Jagelone piæ recordationis, Regibus Poloniæ; intercessit Consensus Reipub., demum Sedis Aplicæ approbatio accessit. Unde id sciendum est, quod Urbanus V. Casimiro Regi scribens nedum confirmat Jura et Privilegia, libertates, et immunitates datas; at etiam exhortatur ad exornandam amplioribus privilegiis hanc preciosam Scientiarum Margaritam; et in quantum concessa fuerint, ea omnia confirmare et approbare vult.

Non absimili rone procedebatis, ubicunq vestra Collegia fundabatis. habuistis ante omnia Erectionem, proximum illi Consensum Reipub., cuius intererat scire, quis, quo modo fundetur. Postremo approbationem à Sede Aplica. Idem à Vobis et nunc contendimus, quis Fundator vestrum, ubi consensus Ordinum Regni Poloniæ extat, commonstretis eundem.?

Cum intra hanc orbitam contineretur Pr Rudnichi, excepit eandem. At enim inquit grossum hac dere disseramus, Compendio agam. Exhibete ubi eiusmodi Jus concessum habetis quo nos à docendo prohibeatis, producite id ipsum; nos vero spondemus facimus, fore ut hoc ipso temporis puncto, tam à Patribus Romanis grãm à Collegio proprio recedamus.

Hic sermo fatum quoddam videbatur Reverendss. Episcopo è re petitum, regiq serviens. Jam vero M D Rector. Non tenetur inquit Privilegiatus non Privilegiato Jura producere; sufficeret enim quemvis possessorem turbatum iri, nec non ubivis cuivis, etiam vilissimo rationem reddendam. Proinde nos quoq id à Patribus exigimus, qui nobis demonstrent, Jura et Privilegia quibus gaudent, si nostris simillima fuerint, etiam fiet nobis. Quodsi longe diversa à nostris. hoc vero in posterum iam noscet agnoscenda Sacræ Suæ Regiæ Maiestatis Ultro

* Vestrarum Illrmarum Dnationum intima gratia.

Extremis nostris hæc iura nostra asservamus. (hic Privilegiorum librum produxit) Tandem et his legibus nostris in facie Reipub. Iuribus et his locis, nostræ Curæ commissis, pedibus Sacræ Regiæ Maiestatis subiectis, cunctis quæ muneris nostri sunt renunciamus. Quid enimvero proficient nobis in continuis litibus, Contentionibus calumniis et opprobriis vivere? nullamq pacem arctæ quietam habere: ubi pignora VV Illustrissimarum

Dnationum nihil crebrius auribus perciperent quam maliti:
osos de nobis sermones, libellos famosos, rixas & nihil
tuerentur nisi perpetuas rapinas, convicia. Nos vero non
amplius ageremus, praeterquam perpetuas reconciliationes, Juventu:
tis exhibitiones. Ergo igitur petimus, ut Vrae Illmae DD.
propendere in hoc inclinatione voluntatis velint, partemque ad:
versam eo ducere, ut illa Jura sua commonstret, et Privilegia
ut omnino notum sit nobis quibuscum hoc in negotio litem
agamus. Quid enim aliud est, incertum quo in loco monstrare
Collegium in spatiis imaginariis, quam eludere nosque, vestrasque
Illmas Dnationes.

Instituit Pr Rudnicki. Quoniam vero inquit nullum col:
legium Dnones Vrae agnoscunt, quid est quod accusatis?
Sinant nos tranquillè placideque vitam ducere. Nam vobis non fit
injuria. M. D. Rector ait Est vobis collegium de facto, non
de Jure. Pr Rudnicki Quoniam expostulatis à nobis, quibus
Jura exhibeamus. En ecce Jus acquisitum per Decreta Rotae
habemus. Vos etiam si aliquibus Juribus gloriamini, cur illa
Romae non produxistis? M D Rector. Non produximus ait
quippe Causa agebatur in possessorio: non in petitorio. At enim
quoniam huc devoluti sumus, ut Jura exquiramus quo tan:
dem Jure Collegium Cracoviae habere praetenditis, demonstretis
opus est. Non Decretis Romanis: hae enim in quopiam alio
sua fundamenta ponunt.

Pr Rudnicki Esto nihil aliud haberemus praeter Jus Com:
mune à partibus nostris, non amplius desiderandum esset. Cum
vero c. quanto de Magistris. quibuslibet idoneis Personis
Jus docendi permittitur, ubique huic ipsi acquiescere deberet DD V.
Intercepit hic sermonem M. D. Subiudex Siradiensis
Ergone etiam in mea possessione me invito docere praesumeretis?
Coepit Pr Versare se in utramque partem non solum mente, sed etiam
corpore Pr Rudnicki. Duo sunt inquiens de quibus interro:
gat M. D. Vra. Primum est Numquid liceat nobis ponere
fundamenta Collegii super fundo M D Vrae? Id vero mani:
festum est neutiquam licere. Alterum. Si aliqua portio fun:
di esset extra possessionem Dnonis Vrae, ibi collegium in:
stituere, studiaque aperire possemus. Neque sane ab hoc in:
stituto Vra Dnatio nos ~~pro~~ impedire posset. (Haec dicente
omnes quotquot erant contuiti sunt semet ad invicem) id enimvero nobis
licitum est Jure Communi.

Ait interim M.D. Rector. Scholastice mecum procedit Dnus Or...
hæc dicendo. Sed verò hæc non sunt huius loci, et huius subiecti
ipsum nos à vobis expostulamus quibus demonstretis Ius spe[ci]
ale à partibus vestris hatenus quatenus à nostris est: quod si
illius pudeat. En habetis copiam vestri Privilegii quod à tot an[n]i
nis non erat propalam. Romæ autem illud producebatis, unde per[mis]
acquisitum est. Hæc dicens posuit Privilegii à Serenissimo Reg[e]
magnæ memoriæ copiam, scholas Basilicæ S. Petri concernentis.
Huic Pr Rudnicki vestram inquit Dnonem hoc n rogamus,
qui nostra Iura patefaciat. Enimvero est nobis domi scrinium
quo asservantur præter Vram Dnonem, plura etiam patefaciemus
iubente necessitate.

Hæc intra M.D.D. Deputati Iudices partem utramque secedere iusse-
runt: tum accersitos Reverendissimus Epus Cujaviensis sic affatur.
Post ista accessoria quæ DD Vræ huc afferebant tempus adest, ut
Iura sua qu Dnones Vræ producant. quoniam verò Patres
citati sunt iuniores, ipsorum interest, quo hoc ad oculum demonstrent,
quâ ratione hic fundati sunt, et quibus Iuribus muniti sint.

Pr Rudnicki Siquidem M. Dnones id à nobis exigunt, En
Iura nostra exhibemus. Primo Ius Commune, quanto de mo-
ribus. Cum verò interrogaretur haberetne præterea aliquid?
Cunctabundus ait. Adest et insuper mihi Ius alterum. Consen-
sus Dnorum Academicorum, quem lego.

Occupatoque loco proximo ad Reverendissimos Epos, orsus est lecti-
onem Instrumentorum duorum. Unius posterioris Anni 1653.
Februarii. Alterius prius facti 1ma Februarii ad eum modum,
ad quem impressum est in libello famoso Antiquitatis dicto. Atque
n satis fideliter. His dictis conclusit. Quoniam Ius Commu-
ne partium nostrarum est, Consensus Dnorum Academicorum, De-
creta Romæ intervenerunt; arbitror satis Iurium nos commonstrasse
quæ nostrarum partium sunt.

M.D. Rector ait. De Iure communi (n est huius loci, ait) quo quidem
aliquanto longius et latius prosequar. Cum res ea scholæ Petr-
sit, quam huius loci. Idem de Romanis Decretis. de quibus
interea nihil. Sed quod consensum attinet. En præ manibus
habeo genuinam originem quæ cuidam è nostris à Patribus
concreditam est. Perpendant Illmi DD. Deceatne rem tan-
ti momenti tam vili chartâ comprehendere? Possibile ne est
nostros Patres, homines gravis alias Iudicii, potuisse tam leviter
hoc negotium transigere, quominus illud nullius authoritatis ...
tario, n satis bene instructo (quod patet ex ipso contextu) com-
mitterent, eoque contenti essent. Et fuerit mihi satis ~~esse~~ dicere

Per non usum hocce Instrumentum invalidum esse; nihilominus efficiam ut appareat nunquam in rerum natura eiusmodi factionem fuisse.

Etenim quod primum est. non celassent illud his 50 Annis Patres Soc Jesu; sed praesertim aliquot post annis cum agitabatur Controversia de scholis coram Summo Pontifice Sixto V. qui audacter asseverat per Patrem Rescham Patres Jesuitas nisi rogatos neutiquam docendi munus assumpturos. quod si aliquem Consensum prorsus haberent, certo certius sponte eundem vulgassent.

Alterum est. omnem lapidem movebant PP. Jesuitae tempore Synodi Petricoviensis. Cui adfuit Arcturus Jesuita. Reverendissimus vero Karnkovius ipsismet faventissimus, ut susciperentur in Academiam, et una nobiscum profiterentur. iuxta testimonium literarum a variis Episcopis datarum quas lego. Quod si vero aliquem Consensum Patres habuissent. quo fine Synodi tempore tanta molimina fecissent. aut cur non dixissent. Academicos dedisse sibi consensum super scholis aperiendis.

Ultra. facerent mentionem in eodem consensu Patris Martini Pilznensis, qui suis in Ephemeridibus manu propria scripsit; difficilem et arduam Controversiam fuisse tribus septimanis cum Sociis Jesu, ex parte scholarum Cracoviae. sponsionemque fecisse se non se praepedituros Academiam. Subiunxit tamen id ipsum. Kum vero promissis stabunt, res et tempus docebunt.

Huc spectat quod vir clari sui magnus Sokolovius, de nuptu Jesuitarum cum Academicis scripsit. Epla 5. in abolitione C1.b.

Insuper nullo non tempore cavebant Jesuitae, illam de semet inter mortales opinionem, quasi illi scholas aliquas omnino deposcerent. Revocabo hoc loci quod vir insignis Reverendissimus Szysonski Epus Cracoviensis scribens contra Actionem Equitis Poloni, Orbi promulgavit. vide abolitionem 6 L. Itidem Pr Szarfanicki in vita S. Ignatii idem confirmat, quod Rdissmus Szysonski. Neque hoc minus documentum est, quod usquedum hoc Instrumento non sunt usi, quamvis occasio utendi non deesset; donec omnes e vita excessenunt, in quorum memoria recenti expirare poterat.

Ad extremum manifestus est processus nr in causis ejusmodi, PP. Societatis. quod plerumque dum Causae minoris momenti aguntur, solenne habeamus celebrare convocationes, nec non Conclusionibus inscribere, quidquid statutum fuerit, de re vero tanti praejudicii ne unum quidem jota!

Sed verò concedamus Nostros tam faciles fuisse captu. Interim ego inquiro, nunquid penes nos erat deperdere aliquid Reipub? hæc non huic Regni Gymnasio? Non enim nos latet aliquantis prioribus seculis, in Coenobiis ceu Tynecia, in clara tumba, Miechovia, fuisse scholas in quibus educabatur Juventus: atque hoc erat Vocatio Religiosorum. atqui hæc educatio erat in usum suum non Reipub. Suscitavit Deus præpotens Sanctæ memoriæ Regem Jagellonem qui eregeret eiusmodi Lyceum in quo non juxta genium proprium, ~~sed~~ suamque necessitatem, sed ad Genium Reipub. Juventus educaretur. Hic igitur erexit Gymnasium Regni, Cujus Jura, non sunt Jura nostra, sed Reipub. Nos illorum duntaxat velut Custodes ~~Conductores~~ sumus, Respub dominium habet. Quasi itaque poteramusne aliquid eiusmodi Instrumentis deperdere huic Gnali Scholæ? Litigabatis Patres cum Pilznense et Gorscio, fatis concessere, mors omnia solvit.

Verum enimverò ut Dnones Vræ sint informatæ, rei seriem accipiant. Instituebant Patres cum Nostris Svasus (an colloquium) ex parte docendi. In promptu erat Notarius Publicus, qui cuncta ~~subdol~~ verba aucupabatur, carptimque colligebat; eiusmodique Scriptum prout Vræ Dnones perceperunt, concinnarunt Patres, qui num eâ pollerent authoritate hoc in Causâ, quam subiiciunt congruerunt, et præseferunt, trutinæ Vrarum Dnonum

Pater Rudnicki. Ne molestè ferant V. DD. quod sit Concordia Schedæ sit inscripta. Hoc enim moris observat potissimum Spuale. Quas verò M. Rector allegat, illæ literæ privatim scriptæ, quibus ne fides habeatur æquum. Hoc autem quandoquidem Instrumentum est omni fide [illegible] jùs est: nisi enim Instrumentis credatur, quid (per Superos) certum erit, quid stabile?

Hoc insuper obiiciebat, non esse validam seyselam. non fuit hoc in Actis, Ergo non erat. Neminem enim didici esse Scriptorem, qui summatim colligeret Acta Universitatis. Quod vero Rmi P. Szczepowski et Szafarnicki attinet, non est vocandum in Controversiam, magnam ab illo fieri injuriam Societati, qui dicit illam involare in Jura Universitatis: hoc namque nec unquam in votis habuit nec habet.

Contra hæc Magnif. D. Rector. Disputare interim de valore Instrumentorum, n' est hujus subiecti. Sciat quisque opus est vegvin [illegible] sensum utriusque partis, Notarium Rogatum. Rectam deliberationem

actum principaliter destinatum, negotii partium requisitionem, et interrogationem, et publicationem facti. Ceterum omnium exstet nota in Instrumento, et de necessitate. Quae omnia ut manifestum est in illa origine desunt. Hic à Jesuitis altercatio orta est, quasi apud Mag. Rectorem non esset origo (an originale) characterem conferentibus characteri, instrumentum instrumento, signum signo. Compertum est unum et eundem fuisse Notarium, et aliquot instrumenta per omnia similia edidisse. Purgabant se Jesuitae hac de re. Apud nos (inquientes) quoties de gravioribus re Instrumentum conficitur, solenne est, ut tria exemplaria curemus describi: quorum unum mittitur Generali. alterum in Collegio (cuius interest) conservamus. 3tium habet Provincialis. Omnis intentio e medio multorum in ora omnium misit. Bene sane Patres; Est vobis praesentissimus modus asservandi Jura, aliorum tutior securior.

Hoc insuper deducebat M.D. Rector, quasi longe alia mente huiuscemodi Instrumentum sit confectum esset, quam à Partibus praetenditur: nam ad finem Conclusio est. et Dominus promisit se praedictis acquieturum. Salvo ne fiat mentio de Universitate in Privilegio facto super Ecclesiam S. Barbarae. Res itaque Templi D. Barbarae veniebat in discrimen, non vero instituto Iuventutis Cracoviae.

Explicabat haec serio Pr Rudnicki. S. Dominus promisit ne fiat mentio. de illa clausula. Citra praeiudicium Iurium Academiae in favorem Patrum non Academicorum. Verum haec subtilis interpretatio refutata est abunde.

Pr Rudnicki parabat manum ad accipiendum illud Instrumentum compositionis proteensis, quod producebat M.D. Rector, nisi ab eodem receptum fuisset per manus M.D. Ensifer. quod M.D. Rector reddidit, illud ubi exegerit Pr Rudnicki, citra molestiam redditum est sibi à M.D. Rectore, his additis. Capite illud à me gratis, unaque cum illo omnimodam unionem.

Hic jam quieverat pars utraque. Ecce Reverendissimus Epus Premisliensis desiderio tenendi tenetur quadam ducebat minuere contra Jus commune M.D. Rector. qui carptim rem expediit. revocatum ibi Capitulum cum grano salis masticandum esse. S. servatis servandis. velut apud nos. postquam Doctor Romanus appareret, tunc recipitur cum responsione pro loco. alterum est si necessitas fuerit, ut doceat aliquis.

ztuum ut sine praejudicio alterius. Atqui ut sine scandalo.
Demum dispar homini est ratio. habere licentiam docendi
et erigere Collegium. Cui namque permissum fuerit docere, non
eadem occasione Collegium aedificare licitum est, multitudinem
convocare. scholam contra scholam, studiosos contra studio-
sos opponere. nam plurima ad constituendum Collegium re-
quiruntur, quae ad docendum neutiquam necessaria sunt.

Tandem Pr Rudnicki. Tribuit nobis Rota Collegium
respondit hujus Capli. Cui M. Rector. Non hoc ingenue fate-
estis, sed Privilegio subreptive obtento. quod occultabatis
~~atq~~ usque dum cardo rei verteretur, demum illud vulgastis
quod ita fuisse allegavit e processu huiusce Causae. numero
43. ubi manifeste patet quod demum in ultimis decisionis
informatoribus produceret Regium Privilegium. Replicati-
onem huic obtulit Pr Rudnicki. Id se allegare asserens ad
ipsorum Procurator scripsit. Cui responsum. Esto sed fue-
rit etiam hic ipse Procurator non scriberet, nisi hoc a vo-
bis productum fuisset

His actis partes abscesserunt. Illmi seu Deputati Ju-
dices, postquam se corripuerunt, alteram sessionem pro ho-
ra 8va postridie assignarunt.

Sessio II.

Septima die Martii, ad quam accesserunt insuper

Illmorum DD Deputatorum Judicum concors erat consensus
ut continuando hesternam sessionem auscultarent Jura a par-
tibus producenda.

Quia vero primo Jura sua producere aggressi sunt PP Jes.
requisiti sunt qui ad illa hesterna producta insuper aliqua pro-
ducerent, si forte aliqua haberent.

Pro hac sessione personam suam stitit Pr Lancicius, Pro-
vincialis Lituanorum. Pr Schembek, aliique PP Satisfi-
ctum igitur voluntati Illmi DD Deputatorum Judicum
Pr Rudnicki liberam vocem misit. Ac antequam quidquam di-
sus est postulavit sibi omnino dari literas authenticas et
authographa, quae proxime antecedente sessione DD. Academici

allegarunt, nihilominus si quidpiam aliud Illmi DD. videbitur ab hoc
etiam se velle supersedere paratum se esse denunciavit

Illmi Dni Deputati Judices rogarunt, ne amplius hoc diffugia
essent, ad demonstranda vero Jura si forte sint, accederetur siquidem
respectus temporis arcti habendus esset

Producebant igitur PP. Jesuitae Privilegium authenticum,
extractum è metrica Anno 1623 obtentum: Cui praeter alia punc:
cta hoc inerat, ut Collegium habeant iuxta Bullas Summorum Ponti:
ficum praecipuè Pii V. et Gregorii XIII proximum Basilicae S.
Petri Cracoviae, ut hocce Collegium instituatur, illudq[ue] exerceatur
sine praejudicio et impedimento cuiusquam, ut conformetur in omni:
bus Juribus Regni

Requisiverunt interea Academici Clausulam, quam inesse Pri:
vilegio in forma Academia, Patres subsannando crepabant. Verum
Pr Rudnicki minus urbane dixit. Sumus hoc in passu à vobis
decepti. Fingebatis enim hanc esse Clausulam, ut vobis fidem
haberemus. Aliquanto asperius mordacem hunc Sermonem tule:
runt omnes, praesertim DD. Academici certò affirmando trecentis annis non quempiam à se deceptum esse: Et quamvis
petulans (dicterium) suum dictum excusaret Pr Rudnicki, et in:
continenti revocaret, multos nihilominus laesit

Lecto Privilegio quaesitum est ex Patribus Jesuitis, haberetne
quidpiam amplius? ait Pr Rudnicki Hoc ipsum est quod pro:
duximus, quodq[ue] Patribus satis est.

Post hoc M.D. Rector nonnihil severius attingens Controversias
graviter Congressus est, Patres mala fide cum Academia egis:
se: qui habentes ut affirmant quendam Consensum ab Academia
in quo se se fundaverant, Deduxerunt pauperes Academicos, Con:
sulto Marcanum furelatos, in iacturam sumptuum infandam
eundem tanto celando tempore; nec eum producendo in principio
litis; nec se eodem protegendo: Si enim alicuius momenti fuis:
set, prout falsò crepant, res transacta fuisset, finemq[ue] habuis:
set disceptatio.

Sed insuper hoc in passu qua fide egerunt. Ex quo inquit
Romam nos extraxerunt, ibiq[ue] tenui supellectile nostra nos
privaverunt, cum potuissent unica instantia liti finem impo:
nere, ad Romana Tribunalia toties nos migrare cogebant, nec pri:
us ipsi usi sunt, quoadusq[ue] nos ad extrema fese perduxissent.

demum illo in puncto eundem praesentant. Ubi nihil amplius
nisi affectus malevolus, et animus nocendi reperitur. Verum
inquit Non demiror ego quod ipso non utebantur, quoniam
non usquam in rerum natura fuit, prout jam declaratum est.
Quodsi fuisset tales tamen Contractus, qui consensu fiunt,
dissensu mutuo dissolvuntur. velut Contractus innomina-
ti, c. gemma de Sponsalibus.

Quod autem Jus Commune concernit. Jam satis affatim dictum
est. Ipso carptim (breviter) intelligendum esse, servatis ser-
vandis: ubi ejus necessitas fuerit. ubi non fuerit cum prae-
judicio alterius, cum scandalo alicujus. Ut autem mihi donet
suum Jus Commune, ego ipsum donabo meo: ita enim fieri
moris est, ut qui Jura Communia allegat, audire cogatur le-
gem legis contrariam.

Est digna consideratione lex l. unica. C de studiis libe-
ralibus Urbis Romanae lib. XI. ubi distincte prohibetur, ne
ullus munus docendi privatâ authoritate sibi assumat, col-
lectos ne undecunque discipulos ne circumferat, sub poenâ infa-
miae et expulsionis. Ibidem Certus numerus Professorum,
velut Rhetorum[3] Grammaticorum[2] Philosophorum[3], Jurisconsultorum
decernitur, certa loca deputantur. idque vel ideo, prout lex sup-
plet, ne discipuli sibi invicem possint obstrepere, vel magistri,
neve linguarum confusio permixta, vel vocum aures quorun-
dam vel mentes à studio literarum avertat.

Hic omnibus patet ad oculum à Jure Communi hoc praescri-
beri, ut (non sicut prout Patribus libet chaos quoddam in-
troducere) ordo in docendo sit; ne unus alterius vocem in-
tercipiat, unusque alterum praepediat. Jam vero quisquis trutina-
verit, advertet, eorum scholam unam alteri contrariam, scholas
amice sese invicem antipathiâ laborantes, sibi opposita esse: quoties excuden[illegible]
est, alii aliis (nescio qui eloquar) velut mutuo conflictu[illegible]
spectant. Quisque sanae mentis id agnoscere potis est, Ejusmodi
fundationes Collegiorum plus nocumenti, quam emolumenti adferre.

Quod vero spectat Summorum Pontificum Bullas (quae à nobis cum
omni debitâ reverentiâ tanquam filiis obedientibus suscipiuntur) sic intel-
ligi debent, seseque ipsae manifeste hunc in modum declarant. gra[illegible]
ubi locum habeant, ubi jam PP. Societatis suscepti non ubi pri-
mum suscipiendi sunt. Insuper. quia ibi illorum fit mentio,
ubi necessarii sunt, quod cuique dilucide ex contextu illarum perspi-
cere fas est.

Sed verò procedamus ultra. Ostendam ex ipso instituto PP. So-
cietatis, non ipsis hæc licere, quæ hoc loci importunè efflagitant:
legens enim Bullam Confirmonis eorum ~~Instituti~~, adverto quod
illos velit habere in arcta paupertate, quibus n(on) sit fas habere
quidpiam, neq(ue) in privato, neq(ue) in Communi. Hic lecta est Bulla.
Inventum itaq(ue) est contra hoc, Emplastrum, Collegia; in quibus
non utiq(ue) Jesuitæ illi, sed Scholares, et Studentes, (sic enim
in Bulla vocantur) inhabitantes, villas, prædia, facultatesq(ue)
possidere [sunt] pote~~statis suæ~~ est. Hic itaq(ue) inquam. Primarium
ipsorum institutum est, nihil possidere, sed ut alia claustra Re-
ligiosorum mendicantium id curæ habere, ~~vel~~ ut per necessitatem
paupertatem, sinceros animos transfundant Fidelibus. Quando-
quidem autem repertus est modus contra primarium institu-
tum, habendi possessiones, per Collegia, proinde restringendus
est, tanquam odiosum, non ampliandus talis modus, qui est
contrarius primo instituto. Devenerunt jam eo perfectionis
Dei gratiâ ætate nostrâ PP. Jes(uitæ) hic in Polonia ut plu-
ra habeant Collegia, quam Jesuitas, plures villas, quam
Scholares. Quid igitur (per pietatem Vestram obsecro ~~vos~~) est
causæ, quid necessitatis, ut hic Cracoviæ nova Collegia
contra antiquam Scholam, Rector contra Rectorem, erigatur?
Ego prorsus penitusq(ue) nullam adverto.

His missis, accedo nostram Causam. Ex quo Academia
erecta est ab aliquot Seculis, nostrâ omni intererat, tueri
pacificam possessionem, à cunctis, quicunq(ue) insultarent insul-
tibus, ut in pacifica possessione, hujuscemodi gaudentes Im-
munitatibus et Juribus, cujusmodi habemus à Serenissimis
Regibus DD. nostris, à Repub., à Sacra Sede Ap(osto)lica
maneremus: et quamvis hoc infaustum privativè nostra pri-
vilegia non continerent, sufficeret id ipsum, quod ab immemo-
rabili, n(on) a Seculo, sed aliquot à Seculis in pacificâ possessio-
ne Juris docendi perseveremus. Si enim hac dunta-
xat super Clausulâ privativè fundemur, quotusquisnam
suorum Jurium securus esset? siquidem à quovis posset [turbari] com-
moveri; vel eatenus quatenus n(on) fuerit exclusiva quoad alios
Offerretur Præfectura (Capitaneatus) ex quo non est ad-
ditum, in privilegio, privativè quoad alios, posset aliquis ~~datum~~

302

ejusmodi reperiri qui diceret. Nihil impedit quominus ego
quoque sim hoc loci Capitaneus; non enim à Iure Privilegiis ex-
clusus sum. Locaretur pro annua pensione cuipiam praedium,
alter quispiam se habere praedium ius ad idem libere loqueretur. nam non
est in Contractu privative: quo facto sequeretur, ut ob defe-
ctum huius Clausulae, non quisquam suorum Iurium securus es-
set: quisque posset, Privilegium contra Privilegium nactus, alte-
rum excludere, illum vero quispiam alter. Venient Barbarai-
bitae, atque pari praetextu dicent se libertatem docendi ha-
bere; itidem scholae pies Curatores, caeterique. unus hoc mu-
nus Privilegio, alter illo. Atque ea ratione nunquam esset pacifi-
ca possessio. Illud vero legem quorsum faciemus? Concessum
uni censetur denegatum alteri.

Quamvis autem non plus de Iure haberemus, praeter hanc immemo-
rabilem possessionem, cum usu et consuetudine prohibendi alios,
censeo quod satis superque Iuris monstraretur. atque si id ipsum
convinceremus, dum Romana actio agitabatur, prout paratae erant
remissoriales, sed deerat census easdem eliberandi, certo certius
scio nos nunquam talia damna passuros, Decretaque relaturos
fuisse. Quod vero talem immemorabilem habuimus, en ecce ma-
tricula vetustissima; (nam plures sunt) cui nomen suum in-
scripsit S. memoriae Rex Jagelo, Iuramentumque praestitit
Ego N. Jagelo Iuro tibi Dno &c spondeoque in omnibus
protectionem meam, et opem.

En sigillum, quod hoc eam ob Causam adtuli, ut idem
in facie Reipub cum Iuribus nostris deponam. Si forte cum
antiquis Iuribus ab aliquot seculis habitis, in possessione
nostra manere non poterimus. Hoc sigillum à magnae memo-
riae Fundatore datum. de insigniis Regni duo Sceptra par-
ticipat, indicans, Rectori plenarium totaleque regendi munus
traditum esse super illos, qui in Academia navabunt operam
literis. Adsunt insuper Statuta, et per ea Condendi super
eos omnes, qui Iurisdictioni Rectoris subjacebunt, itidem ab
aliquot Seculis.

Ut autem ad recentiora accedam, est Constitutio Anni 1613
quam lego. Academiae Cracovien. illam in toto approbamus
et in usu antiquo et consuetudine conservamus. manifestum itaque
est Illmis Dnis vestris, hic nobis usum antiquum
et consuetudinem approbari, ~~ubique~~ possessionem illorum velim
quae

Atq crediderim ego S. memoriae Sereniss. Regem Dnum nostrum, pro-
ut omnino pietate refertus erat, nunquam intendisse eâ rõne
prout a PP. praetenditur Collegium fundare: atq defacto citra
dubium notum habeo ipsum ignorasse hoc, quales sive aliqui futu-
ri essent Scholares. neq has Clausulas quae in hoc Privilegio
reperiuntur, adverto intendisse Dnum Sanctimoniâ et Justitiâ
insignem; sed varijs negotijs distento, possibile est coetera obre-
psisse. Et haud equidem hoc inusitatum est, non hic tantum ve-
rum etiam Romae talia subreptitia rescripta, tacitâ veritate et
suggestâ falsitate obtentâ, emergere. Hic etiam non latet nos qui
privilegia praesertim de rebus gravioris momenti obtinentur.
Non eo inficias Serenissimum piae memoriae Regem hoc fini
Privilegium dedisse, ut Patres lapideas coemant, praedia con-
quirant; sed ut fundationes Maiorum suorum novo Privile-
gio Patres commoveant, hoc verò nunquam in votis habuit,
neq id ipsum de tam pleno Sanctitatis Heroe, ut sentiam per-
suadere mihimet possum.
Quod ita fuisse, deducam Collegio Posnaniensi; eademq operâ
Patribus ostendam Nos hactenus fuisse in usu prohibendi Scho-
las. Obtinuerant pro Collegio Posnaniensi ut ibidem in for-
ma Academiae promotiones celebrarent, ad modum nostrum:
Reflexerunt nostri animum super hoc, expedieruntq Romam ad
Summum Pontificem, Paulum V. obviam huic eundo, ne tales
obices, tametsi in loci distantia obsint Academiae. Effecimus-
q id, ut Summus Pontifex prohiberet, quominus tales ~~neq~~ co-
natus ad effectum deducerent.

Hac ipsa tempestate, erant nostri apud S. memoriae Sacram
Regiam Maiestatem. dumq ipsi legeretur illa Clausula
Privilegii Jagelonis, in qua diras imprecatur violatori
Jurium Academicorum, usq adeo exhorruit Sanctitate pieta-
teq insignis Heros, ut ab omnibus coeptis desisteret.

Hic considerandum. Si Sereniss. Rex sancta memoria
in tanta loci distantiâ praejudicium Academiae facere no-
luit, quid facere vellet in loco Fundationis Antecessoris sui
S. memoriae. Vel, si respiciebamus violentias huius usq adeo
loco distante, scilicet Posnaniae, et Vratislaviae quanto magis re-
spiciamus defenderemusq Jura nostra domi, etiam sedulo.
Jam quod spectat Bullas in Privilegio expressas: non dispan

307

ferme ratione Patres procedunt, ac ille apud Æsopum qui tentaturus Apollinem occultatum manu sua passerculum continens, cum ad Cortinam astitisset, sciscitatus est, viveretne an mortuum esset quod manu teneret? si dicerent vivere, passerculum suffocabo: si dicerent non vivum, ostendam vivum. Similiter … ce Bullis utuntur, si urgerint Privilegium Jagellonicum in his asilum inveniemus: si Bulla locum non habebunt privilegium valebit in umbonem. Et nihilominus tentata per… fuimus.

Sed vero quis eam opinionem habuerit de Rege tam sancto … eo discriminis Academiam nostram deducat! qui per tales Bullas praesertim Pii V. spectat funus et sepulturam Academiae, cum penitus in exterminium et eversionem Academiae revocata Bulla prodiit. Nemo est qui apud se impetret de … ra eiusmodi cogitationem. Verum quidquid impetratum est … in parte, totum id via inusitata, non manifeste ut nos … sed clancularie et subreptitie, ad interitum et exitium nostrum captatum est. Quod inde quoque manifestum est, quia … quae adeo occultabantur ut vix fere ipso in calce negotii … Romae (prout dictum est) hocce Privilegium producendum esset. indeque illud nacti sumus.

Addam hoc insuper Appendicis. quod cum Collegia et … Academiae construuntur, … certus ordo instituatur, ut … nos expresse a quo hocce videri potest: ubi Jagello Rector … Studiosos Actiones Jurisdictionis ordinat. Monstrent ipsi Patres ubi expressum sit. Certe sane quemadmodum toties … ne umbra quidem similitudinis Collegii extruendi monstr… ab ipsis. Atque adeo hujus mentis sum. Summum Pon… ficem omnino propter … hoc continuaverit, quae sic dicta mandatum daturum, ne sese Patres hoc docendi Actis … plus fatigent. atque consulendo malo quod oritur ex … controversiae Bullarum, in ordine ad suum usum, aliusmodi … diturum Bullam, in qua aut penitus tollet, aut moderabitur Pii V. dispositioni. Vos quoque ut filii obedientiae hoc … passu ipsi obedietis.

His pessulum obdens P. Rudnicki inquit. de quo … possemus facere cogitet nobiscum Summus Pontifex cum … Pii V. Bulla, non est facile ominari. hoc enim a …

ratione Summi Pontificis propendet. Deinde quod praesentia concernit duo inquit mihi hoc loci commonstranda. Primum Imum An habeamus Jus docendi? Postremum an expediat? Hoc enim ut mente Cerno M. Rector exigit. Ante omnia convellit nobis Consensum M. R. tribus de Causis. Unam inquit. quia nobis eundem non demonstrastis. Altera quia Romae n. produxistis eundem. 3tia quia in usu illius n. fuistis.

Ad imam sic respondetur. Non esse de necessitate Partis adversae, quod sua praesidia et munimenta parti adversae communicet: uti hoc etiam in Casu more fratrum processimus. Cum enim Reverendissimi Lancelloti Legati ad Conciliandos dispares nostros cum Clariss. Dnis animos, operâ uteremur, fecimus hujus instrumenti copiam uni Clariss. Dnorum, à quibus hoc demum redditum est nobis. quo facto non est ex nobis occasio expensi non necessarii

Ad 2dum dico. Nos habuisse alia Statumina nostrae actionis, indeq. n. fuisset nobis hoc ipsum Instrumentum producendum.

3tium ita solvitur. Non fuimus in usu illius: nam utendi occasio defuit; atq. ita fert mea opinio satisfactum esse argumentis allatis partis adversae. quantum ad Consensum.

Quod immemorabilem Consuetudinem spectat, haec sublata est per c quanto. de Magistris: nam est Consuetudo vitiosa et Vetustas erroris, prout declaratur Decisione 4ta in Causa nostra. Illic eandem legit. Allegabant similem Consuetudinem suis temporibus Parisiensis Academici in causa per omnia simili cum PP. ordinis S. Dominici, à docendo Parisiensis Academia ejiciebant: quos ne turbarentur, praeceperat Summus Pontifex. neque molestia ulla exhiberetur prout fusius patet in nostra decisione. quam legit

Quod Genus instituti nostri est, num ad normam illius vivamus aut extra orbitam muneris nostri evagemur, ex qui attendit nobis. Magnifici Dni Ejus nihil interest.

Jam quod spectat Constitutiones, quoad has ut Magnificis Dnis satisfiat, ratione illorum quae ad initium hodierni Colloquii nostri minus Caute diximus: dono dabo M. Dni hocce quod legit, longe tenore diverso quam est. ~~ita~~

Ita enimvero M. D. legit. Academia SS. ~~or~~ illam. s. illam Aca-
demiam. Iam vero legendum erat illa id est Privilegia et ornamen-
ta: haec enim diversa sunt. Cum haec fusius deducere gestit
ipsi Illri DD. deputati Iudices cum non essent audiendo tam
tas subtilitates, dixerunt exiguam hic esse differentiam. Toli-
enim referendo ad ornamenta, idem valebit, velut M. Rector legit.

Quod rei est spectantis Academiam Posnaniensem; sic se habet.
Vita functus Rdissimus Opalenski, qui erat animi generositate pro animi generositate
creverat ~~decretum~~ in animo, habere in majori Polonia in Urbe
metropoli Posnaniensi per omnia similem Academiae minoris
Poloniae Academiam citra ullam nostram solicitudinem aut in-
stantiam. Cumque esset Augustae Vindelicorum Auspurgii, inde Romam obiter se con-
tulit, operamque huic negotio ad effectum deducendo locare coepit,
sed incertum est cur non perfecerit. Quemadmodum igitur hoc
neglectum habebamus, ita neque ullam curam impendebamus.
Verum aliquod interdictum fuisse à Summo Pontifice cum
nullus, tum itidem nec M. D. Rector demonstrare potis est.

His auditis M. R. legit literas Pauli V. in hoc negotio
ad piae memoriae Rdissimum Tylicium Epum Cracov.
in quibus complet Summus Pontifex se hoc causam ~~negotium~~ de Aca-
demia Posnaniensi in aliud tempus differre. multis alter-
cabantur secum, habuerintne haec verba vim inhibendi
aut suspendendi negotium. Tandem iam altercationi mo-
dum posuerat Pr Rudnicki, et ecce toties repetita fla-
gitatione alteri puncto de necessitate, num expediebat, ani-
res dare volebant Illr DD. Deputati Iudices.

Videbatur hic effugere voluisse tanquam infamem expostula
probationem. An expediat. ? Pr Rudnicki: verum gratia ab
ipso expostulatum est. Tandem tandem inquit de neces-
sitate nostri Collegii dicere minus videtur esse necesse: ne
utique deviarem, sic dixero. hoc in passu. nos necessitati
moren gessisse. Risum hic effusum quidquid erant
ediderant. Coepitque confundi Pater Rudnius. Ille inter-
rum Dabo inquit rationem dicti. Nam effuse non est ride-
dum. Atque illa dicebat, quae à nemine, nec ab ipsomet
intelligi poterant. Donec ad extremum. Verum inquit mo-
est cur de his dicamus, id namque citra offensionem cuiusquam

esse n' posset. Dnones eidem Ora's possum interrogare quid necessitatis erat cur Posnaniæ fundabamini? Responsum audiit Parsis inquit. Nedum Vos mundus habuit, et jam nos Posnaniæ emolumento fuimus.

Quo facto orsum sermonem ultra texebat. Quod ordinem docendi concernit, quemadmodum apud Vos Jagelo instituit eundem nostro in Privilegiis non requiritur ponendus. apud nos enim teri ubivis locorum idem ordo, proinde non est novus instituendus. Q

His dictis finem dicendi ~~posuit~~ fecit. M. autem Rector reassumpsit. Nostis inquit cujus authoritatis apud nos sint Privilegia posteriora? Cum hac de re sint Constitutiones. quibus sine Stantibus nullis negotiis assequi possumus quidnam sit de hisce novis Privilegiis contra antiqua obtentis. (candatis) sentiendum.

Quod Bullam Pii V. spectat. Sciant opus est, datam eidem ansam ab Hæresibus instantibus, contra Lutheranos. Patres. contra Hæreticos contra Academias Germanicas, in quibus passim magna sui parte uxorati regimen tenent. His bullis animos sumitis. Contra Cives ipsae sunt terricula menta inauspicatum fidei Cath. creantes, nos Jovis alites quorum inlectoris oculus in solem fidei, dilatisque gradibus in Ecclesia Cath. exploratus est. Quibus huius Bullæ vim commonstrate, ubi vestra præsentia requiritur; non ubi plures estis quam Athenis noctuæ. Legite alter alteri Bullam legendo intelligetis vosmet illa propter penuriam docentium hisce prorogationes dinari, pro Conservatione Religionis Catholicæ.

Pr Rudnicki. Exciderat e memoria huius mentio quod M. D. Rector ex Jure Civili allegavit: non esse hic locum Juri legi. Siquidem in eo deficit Jus Civile. quod Jus Canonicum disponit. Cui M. Rector opposuit ci de novi operis nunciatione Sacrorum statuta Canonum. Principum Constitutionibus adjuvantur

Caeterum ut V. DD. perspectum habeat inquit M. D. Rector qua ratione nobiscum agebant P. P. relegam interim V. V. D. D. epistolam cuiuspiam Principis Jesuitar, exaratam ad piæ memoriæ Rdssmum Gebicium Praesulem Gneznen. Post quam Illr. DD Deputati Judices cuperent ex animo nosse cuiusnam illud epistolium esset; M. Rector respondit.

primarii cuiuspiam Jesuitae. Ipsi etiam Jesuitae flagitare coe-
perunt. Quisnam ille esset princeps Jesuita? Interim M. Rector
in instanti En inquit est, postquam inspirasset Patre Lancicium.

Atque legit literas in quibus hoc inter Caetera spondet Pr Lan-
cicius quasi Patres nihil moliantur contra Academiam. Sed in id tan-
tum agunt ut suos instituant. Commentatus est diversimode Pr Lan-
cicius hanc dictionem. Suos iam dicens Studiosos. iam vero esse
exclusivam particulam Tantum. Sed quoad omnia et singula ac-
cepit responsionem.

Quod vero inquit M. Rector consuetudinem Jurium concernit
Concessero, irrationabilem et perniciosam non esse servandam. talis
Jura et Canones oppugnant. non vero quae est salutaris, et necessa-
ria Ecclesiae Catholicae, Reipubque, qualis haec est.

PP habebant vides necessitatem hic suas aperiendi scholas. Cui ab-
sum enimvero Cum sit duplex necessitas. altera iniqua. Cum ali-
quis vult me privare Jure meo, quia ipsi necessarium est, talem
habent Jesuitae. altera est Justa et aequa, quam nos hodie de-
ciamus, cum nobis necessitas imponitur ut nostra Jura tueamur.

Quia vero nobis obiectum est quod non interdixerint sibi Sedes
Aplica Academiam fundare. sufficit nobis quod talis secutus in ipso
effectus, ut coeptum non urgere cogerentur. Atque sic fuerimus in pos-
sessione pro interdicendi Patribus erigere Collegia, pro quibus
alia Academia, prout ante seculum unum prohibuimus, quominus
nus Vratislavienses fundarent Academiam, ut maior
nostrae Maiestas esset.

Quod autem Bullam Pii V. attinet, legatur causa motiva
exinde intelligetur, qui, quemve finem sortita fuerit. Sic a
petiverunt Rdssi Epi legi Bullam Pii V. Lectaque est a
Provinciali. Deinde Pr Rudnicki Encomia post egit Pii V.
vans eum Professi e Claustro D. Dnici virum sanctitate
de Cuius Canonizatione modo agitur. Erasi ob ipsos
tas eo Sanctimonies devenisset.

Hinc M. R. Non mihi unquam in mentem est hoc loco de-
gare quidpiam, ac detrahere Sedi Aplicae. Bullis iisdem
eadem S. Sede provenientibus. prout ante omnia feci protestatio-
nem nihilominus inquam. hanc Bullam Pii V. perniciem et
cidium Academiae laturam ex quo non cum grano salis et
dum sensum intelligetur, aut iuxta eum sensum quem
tres detorquent. Neque opus est multa de illa dicam, cum
suopte contextu clare manifestetur.

Prae aliis 3 adverti in hac Bulla quae nos ab illius dispositione
expeditos faciunt. 1ma Causa, penuria Professorum cuius mentio
facta in Bulla. altera propagatio Religionis Catholicae. 3tia quia

competit erectis n' erigendis Collegiis. Ordiar ab ultimâ. Mai
nifestum id universis est, quod ab illo tempore, quo Patres Jesu:
itæ Benefactores nri ad initium, Ortæ Sanctimoniâ Candere
Coeperunt, passim Academici eos complectebantur, nec non Colle
giâ iisdem fundari permittebant. Nos Caeteroquin hac in par
te excitata animadversione deprehendimus, et sicut de eluxi n'
permitt~~ebamus~~ simus eo ipsos facere; tametsi è medio nostrum viros
praestantes habuerunt, Skargas, Wujkos, Herbestos, & in corpore
suo quibus mundo celebres extiterunt.

Quia verò successivè Coeptæ sunt agitari Controversiæ inter illos et Aca
demicos, impetrarunt istam Bullam, sicut ex illâ ipsa plenè intelligi
potest, quâ concedit illis Summus Pontifex tantas facultates, quas
tas audivimus. Verum ut hoc extendant ad Collegia pridem fundata,
aut ad nova protendant, id verò nemo unquam legendo assequetur.

Zelô est propagatio fidei. Satis luculenter manifestus est Sedi
Aplicæ noster hac in parte zelus. atq adeo hic summopere Commendati
sumus, à Sede Aplica, quod ad hanc intactam petram semper no:
strum Zelum protestaremur. Nos etiam agebamus Jesuitas, uti et vos,
et usq dum Jesuitæ sumus, nulli secundi sumus, ubi Religio
agitur, in varijs ~~turbis~~ ac Ecclesiæ Dei dissensionibus, nullo tem
pore ibi non praestitimus operam ubi Authas Ecclesiastica vigebat:
neq passi sumus abstrahi, quamvis à Legatis diversimode territi fui
erimus. Testes sunt nostræ promptitudinis ad unitatem Ecclesiasticam
fasti, ipsaq Juramenta quæ praestant nostrarum Scholarum studiosi.
Ergo igitur vos neutiquam potestis inde gloriari, quasi Academici
de propaganda fide n' laborent, vos ipsi laboretis.

Jam quod spectat penuriam Professorum. Ea copia illorum est,
ut si placeat, vobis etiam eosdem Communicemus: Satis super
sunt. Extant Professores et Doctores qui profitentur 60. Baccalau:
rei 30. & hi sine intermissione profitentur, docentq usq ad ani:
tem illorum suæ Professionis munere debitè ~~funguntur~~, adjutore
opus n' habet. Illic ubi non est qui doceat, Bulla Pii V. vos
expedit, ibi cum vestris Scholis atq Universitate vosmet. Eo vero nos
ne impediatis

His Pr Rudnicki respondens. Inde inquit rem aggrediar,
quod hæc Bulla non competat erigendis Collegiis, Jam enim du
bio per decisionem Rotæ responsum est. legitq eandem. Quam
decisionum valorem Illr DD. Judices investigabant, quibus
Pr Rudnicki. Tanti inquit valoris sunt, quanti Regulæ Juris
Sed M D Rector. de illis se dictinum spopondit.

Quod ad penuriam Professorum idem inquit. Non est ado
grata Causa dispositionib Summi Pontificis. Proinde non est neces
se.

fundare se super motivo, ut inquiunt DD. Vri. Verum suf-
ficit inhaerere dispositionibus: nam ibi est vis legis. Est
enim Regula Juris. Cessante ratione legis, non cessat
Lex. Omnes audita hac Jurisprudentia nova mussare ad invicem
coeperunt; potissimum Eminentissimi magis periti. Textusque contrari-
os scientes. at ille proterve novo errori inspectabat.

Mag. Rector informabo inquit V. Illmas. DD. quid sunt
Decisiones. Decisiones in Rota nihil aliud sunt, praeterquam
disputationes super dubiis, quorum in Controversiis occasio
est ab Advocatis facta, et ab Auditore approbata, quae
tantum ligant, in quantum Juri vel rationi innituntur. Non
inusitatum est easdem mutari, abrogari, tolli. Exprobra-
bat interim Pr. Rudnicki, ut vel saltem unica probare-
tur quae esset sublata. Re. M. Rector me praesente, 30 uno
decreto sunt sublatae. Pr. Ustiensis se praesente 40 fu-
isse annihilatas testis est. passimque adsentitur illis; quo-
niam peterent in Decisionibus, aut revocarint decisiones
aut Causa restituta in integrum. Tum Pr. Rudnicki Verum in-
quit hae non sunt sublatae. audiitque responsum. Tandem
sed estote patientes, tollentur.

His actis Illri. DD. Judices non amplius patientes mora
in audiendis decisionibus, Decretum legi jusserunt. in quo
quia non est expressum, quod Collegium, nisi Collegium Cracovi-
ense inquit M. D. Rector. At vero ut patescat cui basi innituntur
Patres. En ecce pudet Vos vestrum nominare Collegium
manifestate aliud nuncupate nomen illius, nunquid Col-
legium ad aedem S. Barbarae? an S. Stephani? num ali-
cubi? Non me latet intentio Patrum quare id fecerunt, quod
tam generali nomine Collegii Cracoviensis scholas suas
nuncupaverint. ut ubi-ubi fundabuntur, eorum decretorum
usum habeant. Jam hic erit Collegium, iam ibi, atque
deo tota Cracovia fiet Collegium. Non sine fundamen-
to ego ad initium hoc a vobis exquirebam ut mihi osten-
deretis ubinam hoc benedictum Collegium habeatis.

Interim Pr. Lanicius ex immensis compilatis Cau-
sae. in quo etiam compilatum habuit processum, est fo-
ra partium, legit Citationem Compulsorialem, ubi in Citatione
hoc verba Collegium ad Basilicam S. Petri Cracoviae ..
executor Citationis Clericus afferebat. Hinc M. D. Rector
Haec mihi à vobis legitur, quod Bothowski in Citatione

scripsit. Itane vero a Bothoviis fundati estis? Aedepol nescivi. Tum Pr Rudnicki. Verum ut bene dicis. Si Collegium non habetis, quorsum controversamur? Nunquid ~~parvam~~ exile ~~parvum~~ in aspectu vestro est. Si non est ad Basilicam S. Petri; non habetis quod in accubetis. Interim M. Rector eludendo hanc Ironiam. Si inquit illud non inhabitatis, commigrabimus illuc. Posthac Partes controvertere substiterunt.

Tandem Rndss. Epus Cujaviensis alium nomine exquirere coepit, haberentne insuper PP. aut DD. Academici ad dicendum contra haec quae producta sunt. Cum vero pars utraque non se disceptaturam amplius denunciaret, rogavit M. D. Rectorem, qui Jura quoque sua produceret. Et ecce M. Rector aliquanto longiori Controversiâ debilitatus, hunc in modum fari coepit.

Causam quam habuimus cum PP. Jesuitis Romae agitatam esse in possessorio non in petitorio, de qua non poteramus contendere Jure sine Ordinibus Regni, ad quos proprietas et dominium Iunium nostrorum spectat; nos vero illorum fere sumus ceu quidam ~~Conductores~~ Depositarii: quam ob Causam ibidem producere detrectabamus, ne hac in parte Reipub praejudicium faceremus.

Quoniam vero nunc Temporis favor S. R. M. Dni nri Clementissi Illmorum DD Senatorum, nec non Ordinis Equestris accessit quod tandem aliquando oppressionem afflictorum hominum cognoscere dederant facultatem, accedo ad commonstranda nostrum, aut potius Ollr DD Iura.

Demonstro itaque primo ex libro Privilegiorum nostrorum Privilegium aeternae memoriae Casimiri Regis Poloniae, quod lego, in quo patet constitutum esse unum Rectorem qui in civilibus habet potestatem judicandi omnes Studiosos. Tandem demonstro, quâ ratione nobis Urbs Cracovia cum suis adjacentiis semet obstringebat tueri, et opponere sese pro nostris Iuribus. neque fovere illum quem Rector proscriberet. ut tali facto sit penitus quasi Connubium quoddam stabile Academiae cum Urbe. Quid si vero ut PP. affirmant penes quemlibet esset potestas fundandi Collegia, ubi alter quidem palam clam alter sese insinuaret, brevi futurum esset ut posthac Academia totaque Collegia disparerent. Haec Iura nostra sunt constitutionibus affirmata.

Accessit postmodum Urbani V. confirmatio in qua non data solum Privilegia Summus Pontifex confirmat, at etiam Regem exhortatur ut hanc unicam Margaritam, et fontem Scientiarum irriguum amplioribus Praerogativis ornet, et condecoret; ultraque ut ei sit prodi

Generale, ad quod tanquam ad unicam margaritam, et irriguum fontem, non tantum incolæ Regni, verum etiam externi coangu-gentur! Testis hujus est Contubernium Hungarorum, quod hactenus extat. Testis Contubernium Germanorum.

Quoniam vero Summus Pontifex Urbanus V. hortatur Regem ut nos amplioribus Privilegiis et prærogativis con-ferri, sequitur ut tanta calamitate pressi, tametsi non qua-piam alio gaudeamus Jure, possimus confugere ad Illmas Dnones vras, DD nostris faventissimos, ut nobis Ora-tiones Jura de novo tribuant, quibus muniti, securi simus ab his insultibus PP. Jesuitarum.

Quisquis consideraverit quid sit Studium gnale, advertet quod in-cludat non duntaxat has scholas, quas Cracovia Complectitur, sed ex quo est Schola Regni, sequitur ut totius Regni scholas contineat. in Cujus possessione fuimus, expediendo in oppida et Civitates in sua Professione sufficientes Magros, et Baccalau-reos, majori forsan cum profectu Juventutis nobilis, quam ho-die spectare licet. Atq est cur nobis debeant PP. quod pa-cifice vivant, nec à nobis turbentur ob scholas in Regno Poloniæ nobis devastatas. Eadem Jura approbarunt, con-firmarunt Summi Pontifices, velut Martinus V. Joan-nes 23. Julius 2dus. Leo X. Paulus V.

Insuper data nobis est facultas pro conservatione Studii Statuta Condendi, super omnes docentes, et discentes, nemine excipiendo. Imo erat hic, ad Aedes B. Virginis Schola quam Academia fundata esset. agitabatur Controversia Rec-ctoreque ille Magister qui erat prior tempore, ad Jurisdictionem Re-ctoris. decretum est etiam hunc debere subjacere Rectoris Authoritati. Quid censendum est? Si tum temporis essent Jesuitæ, quid? nonne ad eandem Jurisdictionem exigerentur. prout non est in Controversiam vocandum. Si Memoriæ Jagel-lonem si ominari sibi licuisset de his futuris tumultibus aut suspicari potuisset, certo certius subjunxisset hoc privi-et aliquid præterea. *

Præsertim cum manifestaret ejusmodi in Academiam animum, quod omnimodam maledictionem Successoribus imprecatur, si quis aliquid illius fundationem hanc ejus fundationem ausit violare: Circaque ordinem dis-tinctionem id Curæ suscepit, ut minima quæq etiam ordinem de-bitum inter Professores, et Studiosos provideret. ut omnes scholæ, et studentes habeant proprium Rectorem.

Cui Rectori hoc etiam inter Coetera Concessum est ut quisquis nec abhinc extra Civitatem esset ablegatus, per eundem, illo ipse

nec à Suburbiis, neq à Casimiriâ, neq Clepardiâ foveri possit.
Interim videte Patres, quid flagitatis, sultorne ut vester Populus studiosus meæ Jurisdictioni subsit? quod si extra Civitatem eos ablegabo?

Accessit tandem Ordinatio S. memoriæ Regis Stephani, in qua vetat, in Urbe et suburbiis studiosos foveri in hospitiis, citra facultatem Rectoris; secus facientes ad mulctam Marcarum pendendam obligat.

Hæc sunt Jura nra Illmi Dni, quæ non importunè expressimus (extorsimus) enimverò hoc etiam quod nobis datur cautè suscipimus; sed nobis ultro oblata sunt. accepta à Regibus DD. nostris, à Reipub probata, à SS. Pontificibus confirmata. magna sui parte in Statuta Regni inserta, quæ nullo unquam tempore ~~abscondebamus~~ occultabamus, Verùm quemadmodum ad obsequia Reipub. Vrarumq Illmarum Dnorum exploratam Candoris alacritatem quavis ~~tempestate~~ præferebamus; sic ita palam et apertè eadem accipiebamus, utebamurq iisdem.

In quorum possessione ni consistamus, nihil faciendum restabit, quam ut redditis eis ipsis Juribus Illmis DD Vestris, quæ de manibus Vrarum Dnorum sumpsimus, nunc cum munere nostro faciamus. Orisq nostrum Dei gratiâ non suâ prorsus caret, beneficiisq quibus gaudens, pacificè Deo et eloquentiæ litare potest. Jam verò Juniores consulant de se ipsis.

Ne sint eius mentis DD Vræ grati ac hoc exili 10 marcarum proventu, intra lares Academicos detineamur. Maiestas eius loci ad nos hucusq pelliat, libertates et Immunitates in ea paupertati et vitæ modestiæ (an in victu parsimoniæ) nos detinent: quæ quantopere iam in ipso hoc principio sint læsæ, facilè id quisq agnoscere potis est. ex Scholis trivialibus à PP Jesuitis, enormiter (an insigniter) exhaustis.

* In classibus etiam id ipsum ~~pro~~ à multo vidissemus tempore, ni singularis gratiâ Illmorum DD Vrarum accederet, qui ad hæc usq tempora Vestra pignora, Reipub pretiosa Cimelia ad nos dirigendo, nos in spem erigitis, fore futurum Numine favente olim, ut nostram oppressionem introspicere velitis: Cuiusq mentis sumus? non unquam futurum, ut Nos Studiosaq nostra pubes in Laniena à Vobis extradamur.

Quod si verò hanc in re amplissimam gratiam VV Dnationum obtinere n potuerimus, Patres hero huic suos intendant nervos, cui mulier illa in proverbia Salomonis, quæ dicebat Dividatur puer; non sustinentes tueri lanienam depositorum nobis pignorum, nec non lacerationem Cuius unicæ Scholæ,

Reipub, Futurum ad extremum est, ut nosmet pacem cum Patribus
nobismet sanciamus, datis potestati illorum his locis, ut prout in
q-quaq ita hic etiam regnent. (rugeant). quo facto forsitan Ju-
tis fiet necessitati Patrum Jesuitarum.

Tunc exsurrexit Pr Rudnicki ingriens. Adeo fundam his
Mag. D. Rectorem super his verbis. Cproprium Rectorem
quibus nostrum non abalienari Collegium, monstrabo manifeste
inde, quia proprius Rector refertur ad Rectorem Universita-
tis, verum n' removet Rectorem alterius Collegii.

O. In exercitu et quispiam dicere quemvis militum ha-
bere suum Primipilum; nihilominus hoc ipso n' stringuntur
alii, quo minus habeant suos Primipilos. Ubi unus è m[illegible]
sermonem suum interpellavit, rogavitq ut in exemplum sumeret
Imperatorem, non Primipilum, averteretur hoc exemplum. At
q nimis quam errare coepit, volebatq nonnihil progredi, sed omnino
non poterat penitus metam praefixam tangere.

Tandem quod attinet Judicia M. Dni Rectoris Civilia
quae nos exercere nefas est: nolumus, nec unquam prospe-
mus actum ejusmodi Magnifico Dno.

Adstipulamur itidem Eivo, M. Rectorem posse excludere
at non nisi Academicos studiosos, non alios, à nobis servari
exclusi recipiantur, procul est.

Non differemur etiam M D Rectorem habere potestatem condendi
Statuta. Sane intelligendo id ipsum, id est rationabilia pertinentia
prosuis studiosis, n' alienis, aut illis qui sunt alterius cujuspi-
am Jurisdictionis.

Quod insuper docentes attinet intelligendum hoc est de
docentibus his, qui sunt sub Jurisdictione Sua Magnificentiae Dni
n' de aliis: eo enim modo etiam in Patres. Ordinis suam
minimi, Bernardinum. Francisca extenderet Jurisdictionem
M. D. Rector, quod M D. deducere nequaquam potest.

Stephani ordinatio haud est recepta: tot enim tantaeque
disceptationes illius causâ ~~illius causa~~ à Comitiorum tempore
orebantur, nedum Conclusa, propter varias contradictiones.

Ipso Eoi dicente, responsum est n' de hac ordinatione sed
sed de alia, quae est in ordine ad Academiam. Sit sane ingens
Pr Rudnicki.) intelligenda tamen est, de studentibus Uni-
jus Universitatis) n' alterius Collegii

Sed fiat. Sint ejusmodi Jura, cujusmodi à Dnis Acade-
micis praetenduntur: at enim quoniam accesserunt Decreta, cum
Clausula derogatoria, ac insuper Bulla Pii V. derogans

Juribus Conspicuis omnibus, ordinationibus, Consenserunt
iam obditus est pessulus, apposuit summus Pontifex manus,
non est penes DD. Academicos, ut se se opponant.

Quod attinet extrema, ad quae videntur velle confugere Dni
Academici, id ipsum praenunciantes. hoc infaustum praesagium
vertent Superi omen, excogitabitur modus, quo et Clarissimi
Dni ex asse Jura sua conservabunt, et nos Clariss. Dnis in
charitate fraterna nostra officia deferre poterimus.

Jura Cl. Illmos Dnos de nostro talia datum iri quae nos à
docendo Cracoviae impediant, non spero ~~futurum~~, ei dedecorum
in Cl. Dnos est. Non ea est nostrorum meritorum infelicitas,
qui eo malorum perveniamus, eamque mercedem laborum nostrorum referamus.

Idem Censeo de Actis, in Domino mortui, non ita pridem Regis
Dni nostri, neutiquam eos passuros tantarum virtutum et
meritorum in eos, Dni, Acta, rescindere. Non habebant alium
modum commodiorem antiqui majores Tyrannos Conciliandi
de Tyrannis, atrocibusque hominibus, illorumque salutem puniendi, quam si Acta illorum et Causas rescinderent, et nullas
facerent. Hoc dicto subsistit.

Interim M. Rector. Refricant mihi memoriam hoc loco Pr.
Rudnicki Clausulam derogatoriam, quod fuerit imposita Bullae
quod ad normam Illmus Judicis Pii V. non est miraculum, quod ad normam
cium exercebatur, nec aliter poterat iudicari, esto quam occulati
orma haberemus Jura: nam tollit omnimoda Jura, Privilegia Statuta locorum, dispositiones ordinationes. Paucis
multa. penitus nihil est quod huic Clausulae resistat. Enim
itaque innixa Clausulae Patres, optime sane. Vicenti triumphantes.

Quia sero de nostro animo resoluto subdubitant Patres clementes,
Sciant cuius est id ipsum primi voti potentium suo, quam Illmos sperant.
hoc sero factum est cum oblectatione Suarum Paternitatum

Jam postquam pars utraque secessit, datum est spatium et
locus deliberationi Illmorum DD. deputatorum

Longas post deliberationes Illmi DD. Deputati Judices vocarunt cum M. Rectore, Patrem Sigonium et Patrem Broscium
Ac primi Rmus Epus Culmensis nomine Ceterorum
Illmorum dominorum usus est persuasionem M. Rectori, ut aliqua
media et Concordiam cum PP. Jesuitis inire vellet Academia: praesertim quia iam intercesserint Decreta Romana

Cui M. Rector respondit Jam iugiter quinquaginta
anni elapsi ex quo ipsi ore media a Patribus despiciantur

016

nihilominus nulla unquam inveniri possunt. praeterquam ne
studium aperiant Cracoviae: cum ipsae media certo et
praesentissimo interitui essent Academiae. Jam vero lethi
* lius hoc vulnus et ignominiosius quod sibi aliquis ipsi infli
git, quam quod a propriam alio infligitur. proinde eligi
mus inquit potius extrema pati quam super una vel ali
cui consentire: ad quod per nostra quoque Juramenta acce
dere nefas est nobis.

His auditis Rmus Epus Cujavensis, Siquidem
nolunt Dnones vestrae convenire nec consentire super ulla
concordia, dicendum erit Dnis Dnominibus, quod Illri Dni
hoc in negotio advertenint. Perspexerunt, Vras Dnes
[..]qui melius ... habere jus tam in possessorio quam in petitorio
unicum est in Controversia, scilicet modus capitulandi Dnis Dnonibus
Contra Decreta Romana. Ex parte cujus sunt variae Illmorum Do
minorum Sententiae, Vestrae Dnones ipsaemet edisserite quod
hoc in passu opus sit. MD. Rector subministravit media
Scribant inquit nomine Reipub ad Dnum ... negotio & ...
potientur Dnones Vrae. neque est quod sollicitos faciat, de ...
Tandem cum verbis Consolatoriis Illri DD Deputati Judi
dimiserunt MD Rectorem. Evocatus que est demum P.
Rudnicki cum Patre Lancicio quibus ad oculum exponebant
iniquae et ignominiosis modis contra Academiam impetum fecerunt
Privilegia subreptitie conquisiverunt, Romae Causam fa
bus, Intercessionibus, aliisque subtilibus modis promoverint
ac evicerint: ideo persuadebant ipsis ut sponte potius a ...
desisterent, quam si cogerentur lata Compositione: quod
majori cum ignominia sua esset, prout ille prior procedendi
modus cum laude gloria. Hic P. Rudnicki coepit com
sita oratione Patres movere, revocando merita S. memoriae
Regis Serenissimi. eo prorsus tendebat, quod inquit nullatenus
a Coepto desistemus. Cum ergo contumaciter id se non
... asseveret, attractus est pallio a Patre Lancicio
movente qui taceret. Petiit que concedi sibi tempus deli
berandi, ut pertinentes responsum darent. Postsac ...
Suasse Contulit

15 Martii legebatur lata de Academia Cracoviensi
Compositio, ut quae id continebat, ut suspenderetur ...
negotium ad usque altera Comitia. Interea vero ut occluderen
tur scholae a Patribus Jesuitis donec de ea plenior ...
fuisset. Confirmatio Jurium Academiae reassumpta,

ordinatio, ne ullus Cracoviae praesumat agere studiosum, qui Jurisdictionem Rectoris Academiae Cracoviensis non agnoscat.

Contra haec puncta pro aliis haec adhibit Archiepus. Approv: et iungat manus Summus Pontifex, nulla ratione fieri potest ut non auditis Partibus Scholae Jesuitarum excludantur. Nondum audita est decisio Dnorum Deputatorum. Rndissimus Kiiovensis non est. Hic referre coeperant Contenta Controversiarum Illmus Dnus Capell. Cracov. succincte: Illmus Palat. Sendomiriensis laxius. Tandem ubi venit Rndissimus Cujaviensis, referebat eoque cum sermone tendebat ut Summo Pontifici hoc negotium reservaretur. ~~Tandem~~ Demum post secretum colloquium S. R. M. dicere iussit se ~~iam~~ hoc in negotio ad Sanctissimum iam scripsisse idque in voto habere, ut resolutio a Sanctissimo Eiusque Causae expectetur. Placuit hoc nonnullis. Rndissimus Plocensis puncta Epistolae S. R. Mtis revocabat. E Lituania nonnulli hoc totum negotium decisioni Summi Pontificis committebant; Sed altera parte egregiam suam operam protestabantur pro Academia, Constitutionemque rogabant; praesertim quia his in Comitiis agitur de Confirmatione Jurium. Tandem multas propter altercationes hoc est constitutum.

Academia Cracoviensis

Quandoquidem Jus Patronatus Academiae Cracoviensis totius merito interest Reipub. Jam vero Certa Decreta Rotae Romanae in Causa inter almam Academiam et PP Societatis de fundandis Scholis intercesserunt; quapropter Nos quemadmodum in pactis Conventis nosmet obligavimus, procurando pacificationem huius Academiae, ad Summum Pontificem intercedemus, ut Causa in integrum restituta, ad decisiones nostras Reipublicae hanc causam remittere dignetur: ubi et Jus Patronatus Reip., et Jura Academiae in sua integritate nos Conservaturos pollicemur. quae ipsis tam a B. memoriae Jagelone Rege, quam aliis nostris Antecessoribus data sunt. interque alia Eiusque Reip Jura, in Volumen legum inserta, tam in toto, quam in parte approbamus.

Finis

Haec manu sua scripsit
M. Joannes Miesalski
pro tunc Phil. Doctor
et Professor.

Mense Aprili Rectoratu 2º Christophori Keimani M. D. Post peracta felicis-
simae Coronationis Regni Comitia Omnes Senatores et Illres terras Kurzij cum
gratijs abeuntes Cracovia Salutati Serenissimus Princeps Joannes Albertus Cardinalis
Academiae Cancellarius Andreas Szoldrski Nominatus Kioviensis Rdus Petrus Gembicki
regni Maioris Secretarius Illmus Stanislaus Lubomirski Terras Russiae Palatinus Thomas
Zamoiski Regni Vicecancellarius Caeterique Academiae fautores et amici
In Septembre Cracoviam venit Illmus Georgius a Tenczyn Ossolinski Curiae et Regni The-
saurarius 4 ad SSmum Urbanum 8 cum obedientia a Serenissimo Vladislao IV Rege Poloniae
Romam proficiscebatur a Rectore Salutatus, iteneris fausti apprecationem recepit
Cursanique fidi ad Academiae Conditionem futuram spopondit
Idem factum apud Rdum Andream Gembicki Suffraganeum Gnesnensem Abbatem Tre-
mesnensem Legationis Romanae ad Stam Sedem Urbanum VIII cum Obedientia Secre-
tarium, Illres DD. Zielenski, et Dobieslaus Cikowski, pro incremento Academiae
Idem se facturos studiosissime polliciti sunt
Deliberationes autem Almae Universitatis tandem 23 expeditis eiusdem mensis Con-
clusio Exi. Dni Rudlowski substituti Kurzij Universitatis Romae simul absque
habitu at qui inquireret et disspiceret quomodo agentes nostri in negotio Unive-
rsitatis gessissent, quomodo illud ad terminos in quibus est adduxissent, cum non fue-
rit intentio Universitatis, post Remissiones renovatas ad partes, litigare. Inte-
rim mandatarij pro illo tempore Universitatis post Editam hic Causam alter in
alterius culpam refert. alterum caput sue delegationis erat ut supplicaret SSmo
quatenus pressuram Academiae Romae involuta est libris, hic oppressa tumultu.
paterna providentia consulat sue integritati et tranquillitati. Quod nisi fa-
ciat, breui nullam Universitatem Academiae futuram Cracouiae propter mini-
cas machinationes Patrum. et qua resolutione ordines regni declarauit
Universitas se non posse stare cum Jesuitis eadem sue Sanctitati proponat
et referat. Tenor eius est huiusmodi
Exllmus Dns Doctor Stanislaus Rudlowskj vice Primum ad Deputatum Dno 13 7bris
et dico totius Universitatis 23 mensis eiusdem Conclusione Anni 1633 Primum
Controversias vel lites aliquas Romae cum Jesuitis non mouebit, imo ne aliquas
quidem, sed Juramenti Maiestatis Regiae in electione, et Coronatione, demum Con-
stitutionis Regni productione, quae ex solenni Controuersia facta, processus omnes
perimit, erit contentus. Quas Regias litteras ad Stam Sedem et Eminentissimos
Cardinales epistolis atque Illmi Dni Kurzij Regni informatione et sue Illmae
Orationis Singulari gratia similibusque fauoribus promouebit. Secundum quod
est Caput rei ne commune hic Cracouiae cum Jesuitis aliquid nobis adferre
tur contentio videlicet vel Concordia aliqua, meminerit, hoc nullum
posse nobis Certiorem esse interitum. Quod si aliquid vel minimum Juris
legendi sibi reservare Jesuitae Cracouiae velint ab hoc se omnino subdu-
cat, idque prorsus inuita et reclamante Academia fieri suo tempore et loco
protestetur, si quidem ex necessitate concordandi vel cedendi aliquo
Jure Jesuitis maximum nobis imperdet periculum. Declarabit autem
hanc Universitatis intentionem Illmo Dno Legato, et Rmo Dno Secre-
tario, cum eo quod Universitas maneat extrema quaeque pati quam
hic vel minimum illis concedere. Sufficiet tamen nobis si negotium
totum in Poloniam remittatur

M. Stanislaus Rudlowskj
I V D et Professor
faciam sic et non aliter

M. Doctor Christophorus Keiman
Universitatis Studij Generalis Rector

Pro viatico et negotijs Exllmo Dno Rudlowskj dati sunt Hungaricales 200
Super Currum bonum Caballi cum necessarijs 150.
Informatio Secretior in Scripto data quod habetur in 4 Rectoratu in Recto
ratu 2do Christophori Keimani f. 28

503

~~500~~

Illas litteras scr. Conrq. 88
[illegible]

Admodum Rnde Dne
amice et confr obsnde

Przybiwszy do W. J. M. oddałem list od Academiy, legit diligenter Character ktorim describit Dlugosz placuit. Respons odesłam. a przitim y list do P. Podskarbiego, iako posła do Rzimu. Contenta patebunt ex copia; informabunt tedi W. M. Jeom. iako nailepi. y negotiu suum commendabunt ferventer: favebit et secretarius legationis. teko y W. M. faciant suas partes. Et hoc omnia sint in secreto. bo y miedzy W. M. sa, ktorzij silere nie mogą. Ceterum W. M. bene valeat. Academicos nõie meo salutet. Surno da taka solicitudine podkrensuicke. Quid ajak nobiscu, Rev. P. Ostrowski dicet. Dat w Woboznie. nad Zwierowidami 30 Augusti 1633.

Admodu Rnde D. vrę

amicus et confr

Petrus Gembicki
Secris Mtis

504

501

~~220~~

Beatissime Pater

Post oscula beatorum pedum Sanctitatis Vrae

Posteaquam Suprema Dei ordinatione et Communibus Ordinum Regni nostri votis in Regali Solio Consedimus: muneris nostri interest paci et tranquillitati non solum in Regno Universo, sed etiam in singulis ditioni [Regno nostro] ~~nostrae~~ subiectis urbibus providere, et quae ad perturbandam eam spectant quantocius amovere. Cum vero in primaria Regni nostri urbe Crac. occasione Scholae adversae contra Academiam a Societate excitatae non mediocres ipsius Scholarium utrinque animis tumultus exoriantur; exponendum Sanctitati Vrae duximus eam voluntatem esse Regni Ordinum ad quos Iuspatronatus Academiae istius pertineat ut cognitionem eius Sanctitas V. ~~ad Antiquum restitu~~ ~~tas~~ ad Regni nostri iudicia remittat (Praesertim cum et Societas iuri suo iam renunciavit eam Controversiam in Comitiis proxime a Regno designatis iudicibus cognoscendam subiiciens.) Cum enim leges Academiae istius cum legibus et immunitatibus Regni cohaereant sibi Ordines detractum iri existimant quicquid de integritate * Academiae fuerit diminutum. Quapropter ~~pro supplicibus nostris~~ ~~et autoritatem nostram Regiam [illegible] et implorantibus~~ ~~nos~~ pro officio nostro et Ordines omnes apud Sanctitatem Vram intercedimus. Turpe enim foret Regno Scholam quae Iurisdictioni Regni sit non habere: aut eam contraria et gravi aemulatione permittere extingui; praesertim cum Scholarum Societatis omnia plena hic ~~in Regno~~ sint: relinquatur locus alter, quietus ab adversaria, ubi liberi possit nobilitas liberos suos educare. Id circo quod iuris Romae praesidium sibi praetendit Societas ~~[illegible]~~ ~~praesidia sufficient alterius partis et Alumnis eorum quae fe-~~ ~~etiam in Cleri negotio solet negari~~ ~~a Sanctitate Vra~~

[Left margin:] * pro Schola Catholica Regia et tantis [illegible] probata.

vel manu regia PP. Jesuitis Rectori Crac. [Videlicet] intimetur, vel

505

501

actum ibi supprimat hic vero eitem

~~Regnum postulat~~ Ut ~~eam Causam~~. ~~Regno side~~. Ut de rebus et Privilegijs suis cognoscat ~~eam~~ permittat Cuius Sanctitati et benedictioni Paternae nos fidelissimos subditos devotissime commendamus.

Ad Barberinum

Eminentissime Princeps.

Agitata est Roma inter Academicos Crac. et Societatem de Scholis Crac: controversia: et cum alij satis suffragatorum haberent, alijs vero pares praesidia pro more non darentur, factum est ut inferiores ab Judicibus illis abirent Academici. Non mediocriter ~~…~~ ista, Status et Ordines Regni nostri permovit, quod de re sua et Iure patronatus proprio, Romae esset disceptatum. Propterea causam eam apud Sanctissimum tuendam Regni Ordines susceperunt. Plurimum enim interest libertatis Regni Academiam integram esse, Cui hactenus ornandae amplificandae, Reges Praedecessores nostri multum beneficentiae et operae collocarunt. Admissa hac alterius Scholae in urbem Regni primariam admissione omnia tumultibus et factionibus dissidentium Scholarium complebantur; Ut incolis etiam nunquam tranquillitas sit futura sed lites ex litibus et bella in media pace continuo expectanda. Interponat Celsitudo Vestra ad Sanctissimum ut cum satis sit Societati Regno toto Scholarum ad opprimendam veterem et florentem Academiam et Sanctae Sedi fidelem, semper ne inducant novam iam emulationem Scholarum. Bulla Pij V. non dat eis facultatem, praeterquam ubi doceantur ab eo Cuius interest ubi desertae sint Academiae, et paucitas docentium quae deest in Academia Crac. ut alijs etiam in Regno locis suffitiat Magistrorum suorum copiam. ~~Interim Celsitudini V. nostram benevolentiam pollicemur. Bene~~.

IIIᵗⁱᵃ

Ad Vrbis Urbani | Vel Magalotti

Eminentissime Princeps.

Grauiter accepit in proxime praeteritis Coronationis nrae Comitijs Regnum et Status omnes contra immunitates suas et libertatem, Decreta lata ab Judicibus Romanae Rotae, in fauorem Societatis. Cum enim Academiae integritas ijsdem Regni legibus communita sit, quibus et omnes Ordines, nihil ipsa detrimenti capere potest, quin hoc ipsum redundet ad Regnum Vniuersum. Postulabatur publice ab ordinibus, scholas istas priuatim à Societate inductas, sine Priuilegio Collegij (quod prius à Regno in Comitijs obtineri oportebat) occludi, prohiberi. Sed quia Sanctam Sedem religiose semper, et officiose veneramur, nè ea res pertinere videatur ad autoritatem eius aliquomodo tenerandam, tantisper cessatum est: tamen lege publica sanxit Regnum, incumbendum esse apud SSmum ut Decreta in fauorem alterius partis lata moderetur, atque eam rem in Regno apud suos Judices permittat cognoscendam. Quod ipsum etiam à Celsitudine Vra postulamus, ut qua est autoritate et gratia apud SSmum et nostro et Regni nomine agat; ita enim oportet nos utriusque partis docere rationem: ne dum altera in Regno nimium quàm sublata est, altera omnino extinguatur. ~~Cuius Celsitudini~~ nrae ~~quasi offa et beneuolentiam pollicemur.~~ Dat.

Ad Protectorem ~~Regni~~

Eminentissime Princeps.

Quid rerum actum sit Romae, inter Academiam Crac. Regni et Principum Regum praedecessorum nostrorum alumnam, atque Societatem notum est Celsit. Vrae: quod cum de Jure docendi disceptarent, alteri patrocinium fuit plus intercessorum, alteri nec tuendi iuris sui integri relicta potestas. Namque omnia praesidia, quae in grauibus causis concedi dari solent, ~~essent~~ sunt ei interrupta. Celsit. Vra, ut legum ...

506
~~503~~

nostri ignara fortassis eam rem, quam oportuit promovit ardentius: Cum (forte)
haec Academia omnem suam integritatem cum Regni incolumitate con-
iunctam habet: ut nihil incommodi passura sit, quin magna pars eius
detrimenti Communi afferatur libertati. Requirimus ~~[illegible]~~ Celsit.
Vra in nos et Regnum nostrum studium, et benevolentiam, sancte
persuadeat, ut literis et hominibus in Academia ista literatis, qui
pro humanitate et modestia, quam illi unquam iura violassent, nostrae
tranquillitati causam eam Rotae Regni Iudicibus, seu Praelatis cognoscen-
dam: et eius vim nullam in solitudine Academiae non vero in sin-
gularitate Doctorum et Magistrorum, eam habere interpretetur. Nam
enim quidpiam aliud ex hac decisione Rotae consecuturum est, quam
istud, ut nec Respub. patiatur iuspatronatus sibi eripi nec Academiae
scholares ordinem et disciplinam ex directa institutione posse exspe-
ctari. ~~Cuius Celsitud. nostram quoque benevolentiam pollicemur.~~

Ad 2. Protectorem Iesuitar.

Eminentissime Princeps.

Defendendae Societatis contra Acad. Celsitud. Vra studium suscepis-
se Regnum nostrum arbitratur: namque pari passu semper fue-
runt Regni et literarum incolumitas. Quod non profectum est ut ar-
bitramur a Celsitud. Vra in rem nostram animo malevolo, sed fortasse
in alteram partem valde pio, dum sibi persuasum habet iniuriam fieri Socie-
tati, quod suo iure prohibeatur ubi illi utendi sit facultas, ubi
nulla sit necessitas. Habet Societas permulta loca Regni et quidem tu-
ta satis, ubi non prohibetur illi usus iurium sibi a Sanctissa Sede
concessorum. Sed ubi plura consequuntur scandala et detrimenta, quam uti-
litates, ibi si prohibetur quisquam, non ius eius laeditur, sed communi
integritati providetur. Nos pro officio nro et status Regni postulamus
a SSmo, eam causam ad Iudices nros remitti, alioquin in nro foro, de ne-
cessitate tot scholarum Societatis disceptari. Celsitud. Vra persuadeat
Societatis Generali, ut consiliis desistant talibus, unde plus incommodi
quam utilitatis et consolationis ad Societatem sit profecturum. ~~Cuius Celsitud.~~
~~nostram quoque gratiam Regiam~~ pollicemur.

1634 20 July Dr Bartholomaeus Iaruszowski I.V.D. et Professor cum Dre Bartholomaeo Gryzbowski S.T.D. ad Comitia Regni Gratia ad suam Mtem ab Universitate missi, ut S. R. Mti Dno nro Clementissimo ex Moschis reduci gratularentur, et quod in tam averso solo et adeo atrocis bellis, tamen nros sua Mtas meminisse dignata sit gratias quam maximas agerent et rogarent ut breve hoc perpetuus Asylum Universitas habere possit. Literas vero tales dedit

Sacra Regia Mtas
D. D. Clementissime

Gloriosum et felicissimum contra acerbissimum hostem successum cum Universa Resp. tum et nos fideles subditi S.R.M.V. ad pedes procumbentes ex animo gratulamur simulque supremo victoriarum datori Deo vota ex oluimus. qui nobis laudatissimum Ltem resetuit celeriter triumphantem. Habemus praeterea amplissimum S.R.M.V. in nos benevolentiae testimonium, quod iam litterae nostrae, sub felicissimo dominatu S.R.M.V. ab adversitate respirarint, humillimae S.R.M.V. procumbentes habemus gratias quod regali patrocinio nrae ab aliena potentia insuperabilem S.R.M.V. fit tutata. Incredibile istud est et divina sua in hoc Regno S.R.M.V. felicitas, parentibus pragmatis, concordiam redire, oppressos defendi. Suum cuique ius integre reddi. Talem in terris Deus O. M. tot populis et provinciis voluit in loco suo esse regem qui hoc ageret quod Numini celesti efficiendum esset potestate. Nos pro continuo victoriarum successu S.R.M.V. et diuturna incolumitate in Sacrae aedis sacrificiis nostris vovemus ut adhuc triumphum ex Moscho subacto alter ex immanitate Turcarum et Tartarorum gloriosum cum immortali S.R.M.V. laude per quam primum accedat. 15 July 1634 Ex Universitate Crac.

Illme et Rdissime Princeps D. D. Clementissime. Ad Archiepiscopum Gnesn.

Controversia tot annos per Comitia magna litterarum nostrarum perturbatione et impensa agitata, non tam causae ratio, licet aequissima quam S.R.M. O. R. Cl. gratia finem attulit. Renunciarunt Scholis Patres atque hoc ipsum in Castro Crac. sunt testati tranquillitas nobis restituta, sed impensas decennii, molestias nemo tam nemo refundet, nisi ille qui omnia aeque moderatur imperia, arbitrio Scimus Illmam Cel. V. quod ubi erat facultas a parte nra stetisse, quo iure et nunc postulamus interponat ad S.R.M.tem et ordines, ut ne aliquando talis erumpat calamitas, quae etiam et status omnes in consultatione Reip. occupatos, involvat, caveatur securitati et tranquillitati nrae, nos autem dabimus semper operam ne quid a nobis pro tam insigni patrocinio et tutela Reip. desiderent unquam. Nos in sacrificiis nris Illmae Cel. V. diuturna incolumitate vovemus Cuius amplissimo patrocinio Acadm. nram commendamus.

Illme D. D. et Patrone Colendissime. Ad Ossolinium Cancellarium

Quantum nobis profuisset apud S. Sedem Patrocinium Illme D. V. vel ex inde patet quod Pps ut se difficultatibus exolverent, molestias Crac. Scholis reservaret, etiam cum declaratione super ea re in Castro Crac. constat apud omnes esse de eo negotio SSmi Rescripto et non prosentatum fuisse sibi molestias intulerunt cum tamen et ascivit quos Romae miserant nunc eis dictum esset illis rem non aliter constitutam. Nos tam singularem Illmae D. Vrae in Academiam voluntatis beneficientissimae significationem perpetua colemus gratitudine, quod rem litterariam tot annis fluctuantem, et incolumitate sua apud ordines laborantem, erexerit et suae reddiderit tranquillitati. Obligati sumus Illmae familiae de Tenczyn Ossolinios (tametsi et antea fuissemus semper) sed nunc novo ornati et aucti beneficio, ut iam quasi alteros conditores nostros et instauratores summo cultu et maxima prosequamur veneratione. Mandabimus tam beneficium in nos domus vrae studium posteritati. Fuisse tam prudentem ex hac familia Heroem qui non solum de Rep. universa (magnifica et splendida, cum admiratione urbis Romanae perfunctus ad SSmum legatione) optime meruisset, sed etiam extreme oppressam Academiam incredibili in agendo dexteritate ad pristinam vindicasset libertatem. Deus Opt. Max. eius in litteras pietatis sit munificentissimus Illmae D. Vrae quamprimum lucubrato aliquo in Reip. praemio remuneretur, ex animo vovemus et simul protectioni Illmae nos Academiamque nram humiliter commendamus 15 July 1634 Ex Universitate

Ad Regni Maior. Secretarium Rndissimum Dd Magno Regni

328

Perillus et Rme Dne

Singularem sp[illegible] cognovimus affectum Rmae D. V. in Universitatem nrad, sed hoc
tempore cum maxime periclitaretur incredibilem Nobis et rebus nris ita obuir
constituit ut tutiore loco esse n possint quam cum essent in Clientela Rmae D. Vrae
Nos itaq debemus tantum et solum Rmae V. Celsitudini sed tibi Allmo Tanchs
unde itaq quasi renati sumus, ex qua tanquam fonte omn beneq vita salus
et libertas nobis profluxerunt. Namq Rma D. V. nobis Romi Rdus Suffraganeus
Romae: utereq primo [illegible] et singulari modo praestitit eo loco Rectori quo
[illegible] nemo melius et securius stare potuisset. Debemus idcirco tanti Illmae
D. Vrae quanti conservatoribus et Protectoribus nomine clientum debetur. Si
[illegible] R. D. V. renunciasse scholis Patres, utinam vero prius id factum
fuisset nos tot impensis molestys, et gravi perturbatione caruissemus
sed neq nos pendet [illegible] et multo tono incommodis. Supplices postu
lamus a Rma D. Vra ut cum litteras nras suscepit patrocinium, amplius
de securitate nra prouideat, ne postmodum aliquid sit quod gravius quie
tem nostram perturbet. Nos vero pro incolumitate Rmae D. V. et futuris
in Reb. et Dita ornamentis DEum O. M. in sacrificys nris precamur Suis
patrocinio Academiam nram humiliter commendamus. Dat[illegible] 15 July
Ultimis diebus Augusti Rndi Dni a Comitys redeuntes retulerunt Universitati
tecerunt talem Sacrae Regiae Mti gratam fuisse Academiae gratitudinem
neq minus grata vota quae pro incolumitate sua in Moscovia Academia
fudisse audiuit, et id totum quod ibi accepit felicis successus suis devo
tis magna ex parte tribuere supplicationibus. Suam quoq Regiam gratiam dili
gentiae Academiae pollicita, sed primum Martem (usq hic verbis) demum Palla
dem se expedire velle. Breue quod attinet Originali in Metrica Re
gni transcripto transumptum autenticum, manente ipso Originali pro Relatione
in Comitys ad Illmo D. Nuncio facienda) Sua Mtas [illegible] misit. Cum vero Rndus
Grzybowski impatienter exhibitionem Breuis urgeret, Sua Mtas renideret
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Supplicationes Academicas optime sibi
1a est. Inquies gentis sive coelo sive terra asperis, hae-ctus genius. Quemadmodum enim Romani omnium Deorum fana intra moenia, habuerunt praeterquam quietis cuius templum extra pomoeria Urbis posuerunt, ita Sueci, Quietem suam extra fines suos in aliorum terris ~~posuerunt~~ locatam habent quam tum demum cum bella ex bellis serunt reperiscuntur, alioqui contra proprios reges si non sint quos infestent, arma sumpturi. Manifesto id liquet ex ipsorum hystoriis. Nam a temporibus Erici Sancti regis ipsorum ad usque Gustavum Adolphum exceptis nonnisi duobus regibus nullus illorum quiete Sceptra adiit aut gessit. Quod autem bella quam diuturna cum exteris gesserint fusissime referunt Blondus, Saxo Grammaticus, Paulus Diaconus Joannes, et Olaus Magnus aliique. Nostro certe quo vivimus saeculo Regem suum Hereditarium, Sigismundum huius nominis Poloniae tertium specie Religionis Catholicae regno et Patria exclusserunt Patruelemque Carolum Sudermaniae Principem regem suum esse dixerunt. Hic in Livoniam infestos exercitus duxerat ~~sed~~ et a [illegible] Zamoscio a Polonis victus ejectusque est. Hanc ipsam eiusdem filius Gustavus Adolphus; cum tota Polonia ad Chotinum contra Osmannum Turcarum tyrannum pugnaret, A° 1621 praesidiis vacuam, cum Rigam intercepit, de quo ejiciendo dum in Senatu decernitur, Prior Gustavus 1626 Prussiam regalem invasit. Quo cum induciis ad Sexennium pactis, ipse in Germaniam transiit, in qua licet ipse occubuit, nusquam tamen Imperium totum afflixit, donec Pacis Osnaburgicae omnia quaeque extendebat potissimam autem Pomeraniam ex qua in Prussiam facilem aditum haberet obtineret., Ista ista naturalis quodammodo causa bellorum Suecis.

2a Sumitur a Consilio. Sive arcano Regni ipsiusque Suecis quod primus Gustavus Adolphus sanctissime servandum Reliquit

Suis Successoribus Nimirum ut bella ex bellis extra fines Regni
in alieno solo serant ex eaq[ue] semente, auream messem pace do-
mestica, et spolium Orbis feliciter metant. Non enim iidem fru-
Sueciae, tuto et quiete ob ferociam colonorum diu potuerunt im-
perare qui in exactionibus gravati cum e cautibus nil praeter
dolores et sphacelos colligant facile tumultuantur et tu-
pos regentium excutiunt. itaq[ue] ad tumultus vitandos optime
per delectum ad bella, hoc est ad certam mortem si multi
qui domi relinqui fuerint utpote pauci et per aetatem
imbecilles, operas ad vitam sustentandam, et tributa solvenda
et quietem Principi rependent.

2o Cum regni illius maiorem partem cautes humidae et nives
inaccessae occupaverint, ut per justa et injusta bella ad
fertiliores terras, coelibatu cum fide Catholica inter ipsos ex-
tinctus, imperium suum et gentem multiplicatam extendant.

3 Nobilitas Suecica per bella sese a jugo paupertatis et
Regis immoderata potentia in libertatem sensim vindicat. Nam
et olim et nunc Suecia in tres divisa est Status Nobili-
tatem, Sacerdotum, et agricolam, quoties ~~ergo~~ Rex colonus se
adiungebat in decernendis gravioribus Regni negotiis, tota
gravis nobilitati incumbebat, Nunc jam quando nobiles
in exercitu regimen tenent, oneribus se ferendis facile
subducit, et totum onus in colonos et agricolas reclinat.

4o Cum aliis a Fide Catholica et Unione Ecclesiae gentibus est illis com-
nempe Foederis Evangelici promotio. Catholicorum, (Papatum di-
cunt) exterminatio. Domus Austriacae exstirpatio et do-
tem huiusmodi. potissimum autem Maris Balthici dominatio

In Singulari ut patet loquuntur belli contra Polonos gerendi
nullam unquam justam Sueci habuerunt rationem Nam gens no-
stra suis contenta rebus amicitiam sancte cum vicinis coluit
in nullis provincias causa dilatandi imperii involavit. Memor
fortunae instabilitatis amicos ostiis sibi comparavit. Itaq[ue] Ca-
rolum Canuti Regem Sueciae exulem Rex Casimirus Jagellonides
Gedani humanissime excepit, fovit, et pecunia quantum
opus habebat juvit. Ioanni Finlandiae Principi Catharinam
Sororem Rex Augustus connubio junxit. Sigismundum
Ioannis Regis Sueciae filium liberis suffragiis Throno Sar-
matico admovit. Sed quo remotiores hae duae gentes, fa-
ctum sibi gratiores fuerint, propiores factae ostiis et san-
guine. Orbem bellis, campos caedibus, montes et plana cam-
porum castellis et munitionibus exasperaverunt. Nisi quis Livo-
niam, causam bellorum statuat, quod se in clientelam Augusti regis
dedit. quam armis a Moscho Rex Stephanus, cum cessione ad
eam omnis juris vindicavit. Cui Esthoniam et patrimoniale ho-
num Rex Sigismundus adiunxit. Non mali igitur alius quam
monocaly. Interiores belli Sueciae in Polonia
vidit

Causae armorum sumendorum Caesari, contra Suecos, et juvandi Polonos si compendio dicere liceat fuere, Quies haereditariarum Provinciarum. Propulsio in alieno solo suarum injuriarum, de alieno solo exercitus sui sustentatio. Et Regnum futurum unde defensio ipsius Iuris extensio. Alias tamen Typographij ob suppressionem Matthaej Cosmerovius quod juris publici Idiomate Germanico fecisset, in maximum periculum Publicationis bonorum incurrerit. In illo ergo libello ipso per ordinem referuntur

1o Quod Sueci specie amicorum, atrocissimi sint hostes Domus Austriacae
2o Datam fidem frangere quavis occasione studeant.
3 Parati sint cum alijs Principibus contra fidem, pacis vim Publicae rei facere.
4 Sola avaritia ducti, Spiritualium ac Ecclesiae thesauros spoliant
5 Divorum sepulcra violarint, et exhumaverint.
6 Populos Pacem pecunia emere coegerint
7 Contra pactam pacem, Tyrannorum more, multos in famulatum redegerint.
8 Religionem Catholicam funditus eradicare incipiant
9 Cum Gallis de pro interitu Domus Austriacae, conspiraverint et eo nomine pecuniam receperint.
10 Minatoria et effectus futuri nuncia in lucem ipsorum emiserint
11 Maiorem Glogoviam in Silesia hostiliter invaserint Eidemque [illegible] expilaverint
12 Status Imperij Romani contra Regem Romanorum concitarint
13 Haereditarios Subditos ad rebellionem moverint
14 Plagia commiserint, et operis obligatos abduxerint
15 Insalutato Principe Territorij, contra prohibitionem in haereditarijs terris, delectum militum fecerint
17 Haereditarium nominis Christiani hostem, ad pacem et foedus cum Domo Austriaca iterum frangendum bellumque gerendum sollicitaverint
18 Exploratores et indagatores, sub falso praetextu, in terras haereditarias emiserint
19 Non declarata ai sui intentione, fines Silesiae presserint
20 Terramque hominesque indicibiliter vexarint

21 In aula Imperatoris per residentem insidias struxerint
22 Rogoczium provitaverint ad foedus frangendum, ut insalutato Cae-
sare domino suo iter per Hungariam violenter arriperet
23 Hunc eundem post maleficium hoc Cracoviam ad suos
stipendiarios receperint
24 Ibidem contra Austriacos ad extremum defenderint hominem
25 Cum eodem castra sua coniunxerint, et pacta fecerint in-
scio domino suo
26 Instrumentum Pacis Osnabrugis erectum violaverint in eo
quod contra Generalem Amnistiam Regem Poloniae tanquam
adjutorem Caesaris propter datas literas passus Cracoviae
armis injustis invaserint
27 Eundem unum ex consanguineis Caesaris ex Regno et gen-
te pepulerint; quod tamen ipsi in Duce Megapolitano pro
parte sua summe servandum censuerunt
28 Hinc ipsum tanquam confoederatum eradicare volunt
29 Ipsius Legatum dishonoraverint et ius Legatorum vio-
laverint
30 Suei dominii vasalli varijs injurijs affecerint
31 Postposito omni timore divino Tyrannidem in spiritua-
les et seculares vicinos exercuerint, olim et iterum violenter
lacesserint
Has ob causas S. C. Mtas ex mero opere defensionis ne nimis
sero veniret succursum Regi Poloniae praestitit. Non enim
defendere videtur, non tantum qui latitat sed et is qui
praesens negat se defendere aut vult suscipere actionem
L. 52 ff de Regulis Juris.

Animorum
in
EuRopA
et
Vicina Asia
Motus
De
Suecici Belli Motu
in
Polonia
Qui fuerint
Autor innominatus
In Germania primo
In Suecia 2o Ao 1656
Upsaliae edidit
Stromatice Scommatice

Causas
ob quas
Carolus Gustavus Sueciae Rex
Ser^{mum} Principem ac Dominum Dominum
Johannem Casimirum Regem Poloniae et Sueciae Haereditarium
Bello adoriri se professus
Breves et Diminutas
Breviter Limatas et Eliminatas
A. D. M. DC. LVII
Liber dignus Lectu.

Iniustitia
Armorum Suecicorum in Polonos
Responsione apologetica
ad
Epistolam
Cyriaci THRASYMACHI
ad
Andream Kiracorem
ob
Quas
Carolus Gustavus Rex Sueciae coactus est
Regem Poloniae adoriri
a
Lucta de Lubrys
manifestata
Ao Dni 1657

BREVIS AC PRÆLIMINARIS

ENUMERATIO

CAUSARUM,

ob quas

SERENISSIMUS ET POTENTISSIMUS PRINCEPS

AC DOMINVS,

D. CAROLUS GUSTAVUS,

Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Rex, magnus Princeps Finlandiæ, Dux Eſthoniæ, Careliæ, BREMÆ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiæ & Vandaliæ, Princeps Rugiæ, Dominus Ingriæ & Wiſmariæ; nec non Comes Palatinus Rheni, Bavariæ, Juliaci, Cliviæ & Montium Dux &c.

coactus eſt

REGEM POLONIÆ

bello adoriri.

Kurtze und Præliminar-Erzehlung

Der Urſachen/

Warumb

Der Durchläuchtigſte/ Großmächtigſte Fürſt und Herr/

Hr. CARL GUSTAV/

Der Schweden/ Gothen und Wenden König/ Groß Fürſt in Finland/ Hertzog zu Eheſten/ Carelen/ Bremen/ Verden/ Stetin/ Pommern/ der Caſſuben und Wenden/ Fürſt zu Rügen/ Herr über Ingermanland und Wißmar/ wie auch Pfaltz Graff bey Rhein/ zu Gülich/ Cleve und Berg Hertzog/ &c. &c.

Den König in Pohlen mit Krieg zu überziehen/ gedrungen worden.

Erſtlich gedruckt zu Alt-Stettin.

355835 I. St. Dr.

VEtus verbum eſt: Furor fit læſa ſæpius Patientia. Qvod autem non patientia duntaxat Suecorum, verum etiam ipſa Pactorum religio à parte Polonorum multis modis læſa & violata ſit, denique neceſſitate adactam eſſe Sac. Reg. Majeſtatem, ad capienda adverſus Regem Poloniæ arma, antevertendaque ea mala, quæ ſibi à dicto Rege jamjam imminere vidit; id ſeqventibus comprobabitur.

Nam etſi pactis Stumdorfienſibus ſancitum eſt, ut Reges Regnumq; Poloniæ omni hoſtilitate abſtineant, durantibus Induciis, adverſus Reges Regnumque Sueciæ, eisque mediatè vel immeditatè ſubjectas Provincias, Caſtra, Civitates, ac territoria, nec quidquam per ſe moliantur ac tentent, tentarive faciant, in horum detrimentum aut præjudicium; tantum tamen abeſt, ut credi poſſit, BOTIUM cum militaribus copiis inſcio & invito Rege Poloniæ VLADISLAO QUARTO, tot Provincias & Ducatus dicti Regni pervadere potuiſſe, ad infeſtandam armis Livoniam; qvin potius certis documentis conſtat, inſtigaſſe Regem Poloniæ eundem BOTIUM, ut illam expeditionem ſuſciperet. Quod antè memorati BOTII inſtitutum etſi effectu ſuo in aliquibus caruit; plurimum tamen mali inopina illius irruptio, ſubditis Regni Sueciæ ibi locorum attulit: Nam multi pactorum religioni fidentes, trucidati, bona eorum direpta & ſpoliata, magnusque metus illi provinciæ illa-

tus.

ES iſt ein altes Sprichwort: Furor fit læſa ſæpius patientia: Weñ die Gedult gar zu offt und viel gereitzet wird ſo bricht ſie endlich in einem Grimm auß. Dz aber nicht allein die Gedult der Schweden/beſondern auch die unverletzlichen Verträge an Seiten der Pohlen vielfältig violiret und gebrochen: Daß alſo auch endlich Ihre Königl. Mayt. zu Schweden gedrungen worden die Waffen wieder den König in Pohlen / zu ergreiffen / und daſſelbe übel von Ihr zu wenden / welches Sie von gedachtem Könige für ihren Augen ſchwebend geſehen: Solches ſoll durch das jenige / ſo hiernechſt folget/erwieſen werden.

Denn ob wohl in dem Stumdorffiſchen Vertrage geſchloſſen worden/daß die Könige/und Cron Pohlen/Zeit wehrenden Stilleſtandes/ ſich aller hoſtilitäten / wider die Könige und das Reich Schweden/auch deroſelben Mittel oder unmittelbahr unterworffene und gehörige Provincien/Feſtungen/ Städte und Gebiete/enthalten ſolten/ auch zu deren Schadē und præjudiß nichts nichts fürnemen und tentirē/noch durch andere tentirē laßē: Deñoch ſo mag man ſo gar nicht gläuben/daß der Obr. Both ohn Wiſſen uñ Willen des Kön. in Poh. VLADISLAI IV. mit einigen Kriegstruppen durch ſo viel Provincien und Hertzogthümber gedachten Königreichs/umb Liefland feindlich zu infeſtiren / gehen können; ſondern es erhellet vielmehr auß gewiſſen Documentis, wie der König in Pohlen gemelten Both angereitzet / ſolchen feindlichen Zug auff und vor ſich zu nehmen. Welches des Obr. Boths Vornehmen/ob es zwar in etwas ſeinen Ef-

fect

ctus. Ac licet eâ de re per literas queſti ſint Senatores Regni Sueciæ apud Senatores Reip. Poloniæ Magnique Ducatus Lithuanæ, nihil tamen ſolatii retulere; ut argumento ſit, hoc non tantùm ſcientibus, verum etiam impellentibus Polonis accîdiſſe; proinde nec à veritate alienum eſt, habuiſſe tum temporis Lithuanos exercitum ad manus, quo recuperarent Livoniam, exercitu & præſidiis nunc deſtitutam ſi propoſitum BOTII ex voto ſucceſſiſſet; ad minimum illius facti authores merito cenſentur, quod, ubi voluiſſent, impedire potuiſſent.

Par etiam ratio irruptionis CROCKOVII in Pomeraniam fuit, quæ â parte Polonâ averti potuiſſet, niſi res Svecorum in Germaniâ turbatas, eamque Provinciam, proximum rebus afflictis perfugium, devaſtatam voluiſſent. Nec ſatis fuit Polonis, CROCKOVIO tranſitum indulſiſſe: verum etiam ex Putcenſi fortalitio, aliisq; in Boruſſia locis, auxilia & tormenta eadem ſubmiſſa. Et niſi hoſtiles illæ copiæ ope Comitis KONIGSMARKII, tum temporis Generalis vigilium Præfecti, ejectæ fuiſſent, eam provinciam, ut & adjunctam illi provinciæ Maris Balthici oram, in ſummum diſcrimen adduxiſſent. Et, ſi culpâ vacare voluiſſent Poloni, utique petentibus Suecis, ut reditus CROCKOVIO per Polòniam prohiberetur, vel ut eundem perſequi ſibi liceret, haud facile denegaſſent, manifeſto tum hoſtili erga Sueciam animo.

Qui-

fect nicht erreichet / ſo hat dennoch deſſen ſchleuniger unverhoffter Einfall den Unterthanen der Reiche Schweden / ſelbigen Orts groſſen Schaden zugefüget: Zumahl ihrer viel / ſo da getrauet / daß man den unverbrüchlichen Vertrag halten würde / umbgebracht / ihre Güter geplündert und geraubt / und der gantzen Provintz groſſer Schrecken eingejaget worden. Und ob wol die Herren Reichs Rähte in der Cron Schweden / bey den Herren Reichs-Rähten der Pohlniſchen Reſpublicq; und deß groß Fürſtenthum̃s Littauen / durch Schreiben darüber geklaget / haben ſie doch nichts tröſtliches erhalten: Daß alſo Beweiſes gnug / es ſey ſolches nicht allein mit Wiſſen / ſondern auch auff Antrieb der Pohlen geſchehen. Iſt derowegen der Warheit nicht unähnlich / daß die Littauer zu der Zeit einige Kriegsmacht zur Hand gehabt / womit ſie wann des Obr. Bothes Vorhaben nach Wuntſch abgegangen were / Liefland / ſo damahls ohn Beſatzung und Kriegs Volck / wiederumb unter ihre Botmäſſigkeit bringen möchten: Zum wenigſten werden ſie vor Anſtiffter dieſes begiñens und Unweſens gehalten / welches ſie / wann ſie nur gewolt / hetten hindern können.

Gleiche Beſchaffenheit hat es auch mit dem Einfall deß Krackauen in Pommern / welcher von Pohlniſcher Seiten hette können abgewand werden / wenn ſie nicht der Schweden Sachen in Deutſchland über einen Hauffen geworffen / und gedachte Provintz / als zu welcher man bey wiedrigem Glück Zuflucht nehmen müſte gern verwüſtet wolten geſehen haben. Es ſind auch die

Poh-

Qvibus machinationibus Oeſelia Inſula, quæ poſtremo cum Rege Daniæ bello, factâq; ad Bromſebroam pace, Regno Sueciæ ceſſit, â Rege Poloniæ VLADISLAO ſit tentata, qvamve ceſſionem illius Inſulæ impedire ſit conatus, Ejusdem ad Ordines Oeſelanos literæ ac diploma, Cubiculario ſuo BERGIO traditum, quo eos ad defectionem ſollicitaverat, ſatis ſuperq; commonſtrant. Nam tametſi nihil unquam juris ſigillatim in ante memoratam Inſulam toto illo tempore, quo ſub ditione Regis Daniæ fuit, prætendit, utq; ceſſiſſe eandem Regi ac Regno Sueciæ, certis cum Rege & Regno Daniæ pactis ſcivit, Chriſtianiſſimo Galliarum Rege, & Dominis Ordinibus Generalibus Fœderati Belgii mediationis officia præſtantibus, non deſtitit tamen hoſtilem in Suecos animum re ipsâ teſtatum facere, & fortaſſe nec ſpe ſua fruſtratus fuiſſet tam recenti mutatione imperii, niſi provida Gubernatoris Suecici cura hanc Poloniæ machinationem intervertiſſet.

Ad hæc tentatam fuiſſe fidem Subditorum Regni Sueciæ in Livoniâ, haud incertis teſtimoniis conſtat; qui etſi in officio permanſerunt, non potuit tamen Rex Poloniæ violatorum pactorum culpâ carere.

Nec defuêre cum Rege Daniæ CHRISTIANO QVARTO, tum temporis alieniore, ut & ARNHEIMIO, & BAUDISIO molitiones in perniciem Sueciæ, qvæ ſingula recenſere longum

Pohlen hiemit nicht begnüget geweſen/daß
die Krackauen den Durchzug verſtatet; be-
ſondern es iſt demſelben auch auß der Puß-
ker Schantze und anderen Ohrten in Preuſ-
ſen Hülffe geleiſtet und grobes Geſchütz zu-
geſandt worden: Und wann dieſe feindliche
Trouppen nicht durch Succurs deß Herren
Grafen Königsmarcks/damalige General
Wachtmeiſters/ auß dem Lande getrieben
worden/ hetten ſie dieſe Provintz und die da-
ran gelegene Seekant in euſſerſte Gefahr
geſetzet. Da aber die Pohlen hieran unſchul-
dig ſeyn wollen/ hetten ſie auff der König-
chen Schwediſchen Bitte und Begehren/
daß man Krackauen den Rück-Zug durch
Pohlen wehren/ oder aber zulaſſen möchte/
daß ſie ihm nachſetzen dörfften/ ſolches nicht
leicht abgeſchlagen. Worauß dazumahln
der Pohlen feindſeeliges Gemüht gegen die
Cron Schweden ſatſam offenbahr worden.

Mit was für machinationibus und Hin-
derliſt der Inſul Oeſel/ welche im letzten mit
dem Könige zu Denemarck geführten Krie-
ge durch den Bromſebroiſchen Friedens-
ſchluß dem Königreich Schweden abgetre-
ten worden/ von dem Könige VLADISLAO
IV. nachgegangen ſey/ und wie Er ſich un-
terſtanden die Abtretung ſolcher Inſul zu
verhindern/ das bezeugen gnugſam ſeine
Schreiben und Mandata, ſo Er ſeinem
Cammer Herren Bergio an die Oeſelſchen
Stände überliefert/darinnen Er ſie zu Ab-
fall gereitzet und angemahnet. Denn ob Er
wohl an dieſer Inſul die gantze Zeit über/da
ſie unter des Königes zu Dennemarck Ge-
biet geweſen/ kein Recht jemahls abſonder-
lich prætendiret; auch wol gewuſt/daß ſel-
bige

longum foret, & à propoſito nobis compendio alienum.

Hæc tempore VLADISLAI QTARTI patrata: nunc ad ea tempora, qvibus fratris ſui ſucceſſor, Rex JOHANNES CASIMIRUS Poloniæ rebus præfuit, deveniendum. Etenim conſtitutum ſibi habuit Sereniſſima & Potentiſſima Suecorum Regina, Domina CHRISTINA, cum Principibus Regni Poloniæ ſinceram amicitiam colere, utpote tam propinqvo ſangvine ſibi junctis, & quod ſatis longinqui temporis induciæ ſpem facere vîderentur, conſopiri aliquando poſſe mutuas utrorumque Regnorum controverſias, ſtabilemque neceſſitudinem, inter Principes tam arcto ſangvinis nexu devinctos reduci. Eoq; rogatu dictorum Principum, videlicet JOHANNIS CASIMIRI, & CAROLI FERDINANDI, Fratrum, haud gravate commendatione ſuâ, apud Senatores Ordinesq; Regni Poloniæ, Magniq; Ducatus Lithuaniæ interceſſit, ut in electione novi Regis, præcipue dictorum Prîncipum rationem habere vellent. Addidit etiam deinceps hoc ſingulare affectus ſui erga modernum Poloniæ Regem documentum, ut illius cauſam Reip. ſigillatim commendaret, anniteretur que omni modo, ut ante memoratus Rex voti ſui compos fieri poſſet. Quod Reginæ ſtudium etſi proſper & voti dicti Regis congruens eventus conſecutus eſt; Eum tamen nihilo mitiorem ſe præbuiſſe, & ad æternam

cum

bige dem Könige und Reiche Schweden durch gewiſſe mit dem Könige und Reiche Dennemarck auffgerichtete Verträge / vermittelſt des Aller Chriſtlichſten Königs in Franckreich und derer Herren General-Staaden der vereinigten Niederlanden interpoſition, cediret und abgetreten worden: So hat Er dennoch nicht unterlaſſen wollen / ſein feindſeeliges Gemüth gegen die Schweden im Wercke ſelbſten darzuthun und zu bezeugen; were vielleicht auch bey ſolcher neuen Verenderung deß Reichs in ſeiner Hoffnung nicht betrogen geweſen / wann nicht die gutte und genaue Auf- und Fürſichtigkeit des Königlichen Schwediſchen Gouverneurn, ſeine deß Königs in Pohlen / liſtige Anſchläge zu nichte gemachet hette.

Uber das iſt auß gewiſſen Zeugnüſſen und Kundſchafft bekand / das der König in Pohlen der Unterthanen deß Reichs Schweden in Lieffland Treue und Gehorſam angefochten und verurſachet habe: welche / ob ſie wol bey ihrer Pflicht verblieben / vermag doch der König in Pohlen der Beſchuldigung / daß Er die Pacta nicht violiret / ſich keines Weges entfreyen.

Es hat auch nicht gemangelt an mancherley Vornehmen mit dem Könige zu Dennemarck CHRISTIANO IV. welcher zu der Zeit mit der Cron Schweden nicht allerdings wol geſtanden / wie auch mit Arnheim und Baudißen / ſo zum Schaden der Cron Schweden gerichtet geweſen. Welches alles abſonderlich zu erzehlen zu lange / und unſer fürhabenden Kürtze entgegen iſt.

Dieſes alles iſt zur Zeit VLADISLAI IV.

began-

cum Reginâ Sueciæ pacem propenſiorem, ſequentibus probabitur.

Initia inſignis illius amicitiæ, qvæ tum promittebatur, hæc fuère, ut in commercio literarum cum Reginâ Sueciæ, latinâ lingvâ uti noluerit nullam aliam ob cauſam, qvàm ut hocce modo devitaret eam titulorum rationem, qvæ pactis induciarum eſt expreſſa, titulum qvæ Sueciæ Regibus Regibus adſtruit; Poloniæ vero derogat: id unice agens, ut hac viâ ipſum pactorum fundamentum convelleret.

Deinde inſudaſſe Regem Poloniæ indigitatæ ſuperius defectioni ſubditorum Suecicorum in Livoniâ, & Rigæ capiendæ conſilia agitaſſe certo certius liquet.

Adhæc Coſackorum gentem, à Rege Poloniæ ſæpius invitatam fuiſſe, ut in Livoniam irrumperet, resqve Suecorum ibi locorum turbaret, haud levibus indiciis compertum habet Sac. Reg. Majeſtas. Ita infeſto Regis Poloniæ erga Suecos animo, nihil defuit, niſi ut peſſima cogitata adverſum innoxios & pactorum obſervantes (qvos nec unqvam fractæ pacis cauſa gens Polona culpare potuit) exequi non potis fuerit, ſic diſponente Divini Numinis juſtitiâ.

Sunt & multa alia contra pacta, fidemq; publicam, ſubditosq; Sac. Reg. Majeſt. factitata, quæ uberiori cauſarum declarationi ex ipſis actis deducendæ relinqvuntur. Et potuiſſet hæc fortaſſe aliquanto diutius inulta tolerari: Verùm ex quo Sueciam Rex & Re-

ſpubl.

begangen worden: Nun muß man auff die Zeit kommen / da ſein Bruder JOHANNES CASIMIRUS Jhm ſuccediret und in Pohlen zur Cron gelanget. Es hat warlich die Durchläuchtigſte / Großmächtigſte Königin zu Schweden / CHRISTINA Jhr iederzeit fürgeſetzet gehabt / mit den Königlichen Princen des Reichs Pohlen / auffrichtige Freundſchafft zu pflegen / als welche Jhr mit ſo naher Blut Freundſchafft verwandt; zumahln der auff ſo lange Zeit gemacht Stilleſtand der Waffen / Hoffnung zu geben ſcheinete / daß dermahleneins die Streitigkeiten / ſo beyde Reiche gegen einander haben / niedergeleget / und eine beſtändige Freundſchafft unter ſo nahen Anverwandten Princen wiederumb geſtifftet werden möchte. Dißfalß Jhr. Königl. M. dann auch / auff Erſuchen erwehnter Princen und Herren Gebrüdere / Hn. JOHANNIS CASIMIRI, und Hn. CAROLI FERDINANDI, gantz gerne mit Jhrer Recommendation bey den Senatoren und Ständen des Königreichs Pohlen und Groß-Fürſtenthumbs Littauen einkommen und intercediret / daß man bey Wahl eines neuen Königes / gedachte Printzen und Herren in Obacht haben / und die Gedancken auff Sie richten möchte. Hiernechſt hat Jhr. Kön. Mayt. auch dieſes ſonderbahre document und Keñzeichen Jhrer affection gegen dem jetzigen König in Pohlen hinzu gefüget / daß Sie deſſen Sache abſonderlich der Republicq; commendiret / und auff allerley Art und Weiſe ſich dahin bemühet / daß vorerwehnter König ſeines Wunſches möchte theilhafftig werden. Welche fleiſſige Be-

werbung

ſpubl. Polona oſtentatione perpetuæ pacis, toties ludificavit, & interim crebris internunciorum miſſitationibus; interim binis Lubecæ inter utriusq; partis Commiſſarios congreſſibus, fucum Suecis fecit, non eſſe ſe à pace perpetua alienum, nullo alio fine, quàm ut tempus traheret, nocendi facultatem captaret, varios in Regnum Sueciæ hoſtes concitaret, occaſionemq; Suecis adimeret finiendæ graviſſimæ illius controverſiæ, qvæ utraque hæc Regna maximâ bellorum calamitate per multos annos afflixit; neceſſitatem S. R. M. Regnoq; Sueciæ dictus Rex impoſuit inferendi belli. Nam ut cætera omittantur, hæc quæ obiter dicenda ſunt, docere poſſunt, quàm parum animi Regi Regnoq; Poloniæ ad pacem perpetuam fuerit.

Qvippe primo congreſſu Lubecenſi Commiſſarii Polonici plurimis vitiis refertas plenipotentias adduxerunt, ubi titulum S. R. M. Sueciæ, ſibi arrogavit Poloniæ Rex; ſubruto hocce modo ipſo pactorum fundamento. Ac licet antè nominati Commiſſarii, agnito errore ſuo fidem Legato Gallico fecerint, habituros Commiſſarios Sueciæ intra trium vel qvatuor hebdomadarum ſpatium alias & emendatas plenipotentias, atq; Commiſſarii Suecici eâ Lubecæ tamdiu præſtolati eſſent; nullæ tamen advenêre, conjectâ in ſemetipſos culpâ, qvod Regem ſuum, à tam præjudicioſâ ſibi, ut putabant, mutatione alienum, eâ de re compellare non ſint auſi.

Se-

werbung der Königin/ob ſie wol einen glücklichen/un̄ nach gedachten Königs Wuntſch/ gefallenen Außſchlag erlanget / hat Er ſich iedoch nichts güttiger noch geneigter zu einem ewigen Frieden mit der Königin zu Schweden erzeiget / wie dieſes auß folgendem ſol erwieſen werden.

Der Anfang der ſtatlichen Freundſchafft/ ſo man damahln verheiſſen / iſt dieſer geweſen / daß der König / in Wechſelung einiger Schreiben mit der Königin zu Schweden, ſich der Lateiniſchen Sprach nicht gebrauchen wollen/keiner andern Urſachen halber/ als daß Er ſolcher Geſtalt die Maaſſe/Art und Weiſe zu tituliren / welche in dem getroffenen Vergleich deß 26. Jährigen Stilleſtands exprimiret iſt / und den Titul den Königen zu Schweden zugeeignet / denen Königen in Pohlen aber auffhebet/vermelden möchte; ſich einig und allein dahin bearbeitende/wie Er das Fundament der Pacten und Verträge ſelbſt über einen Hauffen werffen könte.

Hiernechſt iſt mehr dann allzugewiß/daß ſich der König in Pohlen euſſerſt bemühet habe / umb die Königl. Schwediſchen Unterthanen in Liefland zum Abfall zu bringen/ iſt auch mit Rahtſchlägen umbgegangen wie die Stadt Riga möchte eingenommen werden.

Uber das hat auch Jhr. Königl. Mayt. nicht auß geringen Anzeigungen erkand un̄ wahrgenommen/wie die Coſaken vom Könige in Pohlen offtermahln gelocket worden / daß ſie in Liefland einfallen / und den Königl. Schwediſchen Stat daſelbſt beunruhigen möchten. Hat alſo dem Feindſeeligen

625

Secundo Lubecenſi congreſſu, hoc præter aliam morâ fuit, quod Sigillo plenipotentiæ Regis Poloniæ inſignia Regni Suecici eſſent impreſſa, contra quam pactis congruens erat, & alias obſervatum fuiſſe, teſtimonio magni tum Cancellarii Regni Poloniæ ZADZIKII, principis eâ tempeſtate Legationis Polonicæ, Legatorumq; Angliæ & fœderati Belgii, ſatis ſuperq; conſtabat. Et licet etiam hacce vice Commiſſarii Suecici teſtati ſint, velle ſe emendatam Plenioptentiam, ubi haberi poſſet, expectare; nihilo tamen magis, res æquiſſima, à Polonis, annitentibus Mediatoribus, potuit impetrari. Ita ut hæc potiſſima cura Regi Poloniæ fuerit, quo tempus falleret, atq; tantâ præliminarium morâ objectâ, Suecos impediret, quo minus ad Tractatum ipſum pervenire poſſent, adeoq; de violatione pactorum qveri & ſatisfactionem expoſcere.

Hiſce & id accedit, qvòd qvamvis CANISIHLII in Sueciam miſſu, indicaverit Rex Poloniæ, velle ſe Legatos ſuos Reiq; pub. Polonæ ad S.R. Maj. ablegare, qvi tractatum de perpetuâ pace coram ſuâ Mte auſpicarentur, abſolverentq;, atq; in id conſenſerit S. R. M. eâ tamen lege, ut Legati Polonici properè accederent, licet non obligata fuiſſet S. R. Mtas ad reaſſumendos tractatus, cum ſemel atq; iterum fruſtra tentati fuiſſent; nihilo tamen magis Legati condicto tempore acceſsêre: ſed illorum loco internuntius qvidam, JOHANNES MORSTEINIUS appella-

pella-

gen Gemüht deß Königs in Pohlen wieder die Cron Schweden nichts gemangelt/ohn daß Er ſeine ſchädliche Practiquen wieder dieſelbe/ als unſchuldig und die Pacta in genauer Obſervantz haltende/ (welche von den Herren Pohlen noch niemahls der Friedbrüchigkeit beſchuldiget werden können/) nicht vermocht ins Werck zu richten; und zwar ſolches nach GOttes gerechter diſpoſition und Schickung.

Es ſind auch noch viel andere dem Stillſtand/ öffentlichen allgemeinem Glauben/ und Ihr. Kön. Mayt. zu Schweden Unterthanen zu wieder lauffende Händel verübet worden/welche man zur weitläufftigern declaration der Urſachen dieſes Kriegs/ſo auß den Actis ſelbſten deduciret werden ſollen/verſchiebet. Mann hette vielleicht auch ſolche Händel etwas länger dulden unñ ungerochen laſſen können. Nach dem aber der König und Reſpublicq; in Pohlen/ unter einem Ruhmrähtigen Schein deß immerwehrenden Friedens/die Cron Schweden ſo offt herumb geführet/ und inzwiſchen durch ſtete Hin- und Herſendung der Herren Mediatoren und Unterhändler/ auch durch zwo Zuſammenkunften beyder Theile Commiſſarien zu Lübeck/ den Königlich-Schwediſchen einen blauen Dunſt vor die Augen gemacht/ob were der König in Pohlen zu einem im̃erwehrenden Frieden nicht ungeneigt; zu keinem andern Ende/als daß Er durch Gewinnung der Zeit/alles ins weite Feld ſpielen/Gelegenheit mehrers Schadens ergreiffen/unterſchiedliche Feinde wider das Königreich Schweden erregen/ und alle Gelegenheit/ dieſe ſchwere Streit-

zugleich/

pellatus, qui nullas ad tractandum ſtatuendumq; de pace perpetuâ plenipotentias adduxit; verùm literas tantùm fidei à Rege, idq; præjudicii involventes, ut ſub annis Regnorum ſuorum (cum unum tantùm habeat, videlicet, Poloniæ regnum) ad calcem literarum annotatis, innueret, ſe eſſe Sueciæ Regem, titulumque illius Regni, quem in fronte literarum S.R.M. ex pactorum præſcripto tribuiſſet, eſſe fruſtraneum & inanem; ut ſilentio tranſeatur, omiſſam unam etcæterationem in titulo S.R M. quæ paritati inter utrosq; Reges ex pactorum præſcripto obſervandæ, derogaret.

Sed qvod inter præcipua meritò cenſeri debet, ne qvidqvam intactum relinqveret Rex Poloniæ, qvo jugulum Status Suecici peti poſſet, peregrinas etiam Claſſes in mare Balthicum non ita pridem inducere eſt conatus, fœderaq; cum variis Principibus, populisque, qui dictum mare accolunt, ac freqventant, inire, S.R.Mte ſolâ excluſâ; ut luce meridianâ clarius ſit, dictas claſſes adverſus S.R.Mtem, Regnumq; Sueciæ fuiſſe deſtinatas; cum tamen pactis Stumdurfienſibus ſtatutum ſit, ne Reges aut Reſpubl. Polona adverſus Reges, Regnumq; Sueciæ, ſubjectasque ditiones ac provincias claſſe ulla maritima, navibusque utantur, durantibus Induciis; Indicantibus Hoc etiam Regis Guſtavi Magni cum Urbe Dantiſcanâ pactis Ducumq; Boruſſiæ & Curlandiæ Cautionibus.

Deinde, nulla tali claſſe, hoc præ-

ſertim

tigkeit / welche numehr lange Jahre beyde Königreiche mit höchſter Kriegsunruhe gedrucket / zur endſchafft zubringen / benehmen möchte: So hat endlich Ihr. Königl. Mayt. und der Cron Schweden / dieſen Krieg zubeginnen und anzutreten / der König in Pohlen ſolches abgezwungen und abgenöhtiget. Zumahl / daß man viel anders mit Stillſchweigen vorbey gehe / nechſtfolgende Sachen / welche man nur obenhin berühren wil / wie wenigen Muht und geringe Luſt der König und das Königreich Pohlen zum immerwehrenden Frieden gehabt / ſattſam darthun können.

Denn bey dem Erſten Congreſs und Zuſammenkunfft zu Lübeck / haben die Pohlniſchen Herren und Commiſſarii ihre Plenipotentz Schreiben und Vollmachten übergeben / welche groſſen Mangel gehabt / da der König in Pohlen ſich deß Tituls Ihr. Königl. Mat. Schweden angemaſſet / und ſolcher Geſtalt das Fundament der compacten umbgeſtoſſen. Und ob wol vorerwehnte Herren Commiſſarii nach Erkenntnüß Ihres Irrthumbs dem Königl. Frantzöſiſchen Legato bey guttem Glauben verſprochen / daß die Königliche Schwediſche Herren Commiſſarii innerhalb drey oder vier Wochen geänderte Plenipotentz-Schreiben empfangen ſolten / die Königliche Schwediſche Herren Commiſſarii auch in ſolcher Hoffnung alſo lange darauff gewartet; ſind iedoch keine andere Schreiben einkommen: und haben die Pohlniſchen Herren Abgeſandten endlich die Schuld ſich ſelbſten zugemeſſen / als die Ihrem Könige / der dergleichen Ihm præjudicirliche Ver-

ende-

ſertim tempore, opus habuit Rex Poloniæ, cum mare Balthicum à turbamentis ſit immune, nec à qvopiam libertas ejusdem commerciorumq; infeſtetur; ita ut illi potiſſimum rei intentus fuerit, ante memoratus Rex, qvo tutelam ſæpe dicti maris, ab antiqvo Regum Sueciæ peculiarem, turbaret, illudque S. R. Majeſtati, iisque, quorum ſalus in ejusdem commerciorum libertate ſita eſt, infeſtum redderet, & initâ cum aliis ſocietate, hoc pacto inter S. R. Majeſtatem amicosq; ſuos diffidentiam excitaret, eosdemque ab invicem ſejungeret, complures S. R. Majeſtati Regnoque Sueciæ eâ ratione inimicos parando.

Cumq; non dubitet S. R. Majeſtas, qvin Rex Poloniæ apud imperitos & ignaros, actiones S. R. Majeſtatis ſit traducturus, vel pactorum obtentu, vel aliis rationibus: videlicet primò: debuiſſe controverſias exortas, per Commiſſarios utriusque Gentis ad fines Livonia ſopiri, decidiq;; ſecundo: licet tractatus pacis perpetuæ ſemel iterumque non ſucceſſiſſet firmas nihilo minus & inviolabiles manere debuiſſe Inducias, ad exitum pactorum: Tertio: Supra dicta hæc verba ſemel iterumque, non pro binis vicibus accipi debere, ſed pro pluries repetitis; eoque ad tractatus, non ad arma deſcendi oportere. Contra primum hoc reponi poteſt; per Commiſſarios ad fines Livoniæ nihilo plus obtineri potuiſſe, qvàm per binos Lubecæ ſolennes Conventus; deinde, qvæ ſpes fuiſſet deciſionis Controverſiarum

rum

enderung/ Ihrer Meinung nach/ nicht ein[...] gehen würde / dieſes nicht hinterbringen dürffen.

Bey der Andern Zuſammenkunfft zu Lü[...]beck/ iſt dieſes unter andern hinderlich gewe[...]ſen/ daß auff dem Inſiegel der Königlichen Pohlniſchen Schreiben des Reichs Schwe[...]den Wappen imprimiret und außgedrucket geweſen/ welches dem getroffenen Vergleich und Pactis zu wieder war/ und/ daß ſolches ſonſt obſerviret und in acht genomen wor[...]den/ durch ſelbſteigene Bezeugung deß Her[...]ren Groß Cantzlers in Pohlen/ Herrn Zad[...]zicks/ ſo das Haupt der Legation zu ſelbiger Zeit war/ auch von denen Engelländiſchen Herren und der vereinigten Niederlanden Herren Abgeſandten gnugſam kund und dargethan worden. Und ob wol zu dieſem Mal die Königl. Schwediſchen Herren Commiſſarii ſich erbohten und conteſtiret/ daß ſie annoch andere und emendirte Plenipotentz-Schreiben / dafern man ſie haben könte/ erwarten wollen; ſind ſelbige iedoch/ wie billich auch die Sache war/ und wie ſehr ſich die Herren Mediatores und Unterhändler darumb bemühet/ von den Herren Poh[...]len nicht zu erhalten geweſen/ auß welchem erhellet/ daß der König in Pohlen ſich einig und euſſerſt dahin bemühet/ wie Er die Zeit hinbrächte/ und durch ſolche Verzögerung der Præliminar-Tractaten die Königlich Schwediſchen verhinderte/ damit ſie nicht zu Abhandelung der Häupt-Sache ſchrei[...]ten/ über die violation der Pacten und Still[...]ſtandes ſich beſchweren/ noch gebührende Statisfaction fodern könten.

Hiezu kommet auch noch dieſes/ daß ob

wol

rum per Commiſſarios ad dictos Livoniæ fines, ubi ne præliminaria qvidem, iterato Lubecæ Congreſſu, annitentibus etiam Mediatorum Legatis, pertractari potuere? Ad ſecundum: Cum nihil præſidii in pactis habuerit S. R. Majeſtas, quippe toties à Rege Poloniæ violatis, ad arma decurrere neceſſum eidem fuit. Adhæc ea etiam eſt Contractuum & Pactorum ratio, ut, cum mutuâ ſtent obligatione, altera partium non teneri ſe ulterius pactis putet, ubi ab alterutrâ violata ſunt; nec ſine maximo detrimento S. R. Majeſtatis Regniq; Sueciæ expectari pactorum exitus potuiſſet, tam freqventibus & exitialibus Regis Poloniæ machinationibus. Tertio, ut pluries, qvàm bis, Commiſſarii utriusq; partis convenirent, contra ſenſum eſt pactorum, quæ neceſſitatem quandam partibus hoc ipſo imponere voluerunt abſolvendi negocii, ne irritus & repetitus ſæpiſſime Congreſſus mentes exacerbaret, & partes omnium Geutium ludibrio exponeret, maximarumq; impenſarum cauſa eſſet. Eò tamen ſe adduci paſſa eſt S. R. Majeſtas, ut pro ſuo ad pacem perpetuam ſtudio, conſenſerit in tractatus ſtabilis & duraturæ amicitiæ, eâ conditione, ut Legati Poloni, pro ſpe, à Canaſihlio factâ, nullâ interpoſitâ morâ, adveniret.

Ex hiſce omnibus Orbi Chriſtiano liquidò conſtare poteſt, qvàm juſtum S. R. Majeſtatis, contra Regem Poloniæ bellum, qvàmve neceſſarium ſit, ad antevertendas pernicioſas ſæpe dicti Regis Polo-

wohl der König in Pohlen durch den in die Cron Schweden geſchickten Herrn Canaſihl angezeiget/ wie Er ſeine und der Pohlniſchen Reſpublicq; Legatos und Geſandten an Ihr Kön. Mayt. zu Schweden wolte abgehen laſſen/ ſo die Tractateu eines ewigwehrenden Friedens bey Ihr. Königl. M. recht beginnen/ und vollziehen ſolten/ Ihr. Königl. Mayt. zu Schweden auch hierinn gewilliget/iedoch mit dem Bedinge/ daß ſich die Pohlniſchen Herren Legaten aufs eheſte einfinden möchten/ wiewohl Ihr. Kön. Mayt. nicht ſchuldig were geweſen/ ſolche Tractaten zu reaſſumiren, da ſelbige ein und anders Mal vergeblich angefangen worden: Haben ſich doch deßwegen die Pohlniſchen Herren Legati zu beſtimmter Zeit nichts deſto weniger eingefundē; ſondern iſt nur an der ſtelle einer/ mit Namen Johann Morſtein/ als ein Internuncius einkom̃en/ welcher keine Plenipotentz Schreiben/ die Tractaten anzugehen/ und einen ewigen Frieden abzuhandeln/ beſondern nur einige Creditiven im Nahmen des Königs mit gebracht/ in welchen dieſes præjudicirlich war/ daß/ da Er zu ende des Schreibens geſetzet/ Im Jahr unſerer Königreiche/ (da Er doch nur eines/ nemlich das Königreich Pohlen allein hat/) Er andeuten wollen/ wie Er König in Schweden/ und der Titul ſelbigen Reichs/ den Er im Anfang des Schreibens Ihr. Königl. Mayt. vermöge der Pacten und getroffenen Vergleichs zugeeignet/ nichtig und vergeblich ſey: zugeſchweigen/ daß im Titul Ihrer Königl. M. zu Schweden das eine &c. ausgelaſſen/ welches doch der paritæt/ ſo beſage der getroffe-

nen

Poloniæ machinationes. Proinde S. R. Majeſtas non tantum coram Orbe Chriſtiano excuſatam ſe fore confidit; verum etiam has rationes omnibus iis, qui hæc introſpicient, etiam ſubditis Reipubl. Polonæ harum machinationum ignaris, probari poſſe.

nen Packen und Vergleichs zwiſchen beyden Königen ſolte obſerviret und beobachtet werden/ nachtheilig fället.

Was nun aber das vornehmſte billich ſol gehaltẽ und geſchätzet werden/ ſo hat der König in Pohlen/ damit Er nichts unverſuchet lieſſe / wodurch Er dem Königl. Schwediſchen Stat nach der Gurgel gleichſam graſen/ und an die Kähle taſten möchte/ ſich unterfangen und bemühet/ gar frembde Schiffs- und Kriegsflotten in die Oſt See einzuführen/ auch mit unterſchiedlichen Potentaten/ und an gedachtem Meer wohnenden/ und ſonſten der Segelation auff demſelben ſich gebrauchenden Nationen/ Ihr. Kön. Mayt. zu Schweden nur allein außgeſchloſſen/ Verbündnüſſe zu ſtifften: daß alſo darauß klärer/ dann der Sonnen Licht/ erhellet/ wie gedachte Schiffs-Flotten wieder Ihr. Königl. Mayt. und das Königreich Schweden deſtiniret und angeſehen geweſen ſeyn müſſen; Da doch beym Stumdorfiſchen Vertrage geſchloſſen/ daß zeitwehrenden Stilleſtandes/ der König und die Reſpublicq; in Pohlen wieder die Könige und Cron Schweden/ auch deroſelben unterhabende Fürſtenthümer/ Lande und Herrſchafften keine Schiffe noch Kriegs-Flotten führen und gebrauchen ſolten. Geſtalt dann auch ein ſolches der zwiſchen Ihr. Königl. Mayt. zu Schweden/ GUSTAVO MAGNO, Höchſtſeeligſten Andenckens / und der Stadt Dantzigk auffgerichter Vertrag / und der Hertzogen in Preuſſen und Churland geſtellete Cautiones mit mehrem darthun und erweiſen. Zu dem hat der König in Pohlen ſolcher Kriegs Flotte / inſonderheit zu dieſer Zeit / da die Oſt See gantz ſicher/ auch deſſen Freyheit/ Commercien und Handlungen von niemand angefochtẽ werdẽ/ gar nicht von nöhten gehabt: Iſt alſo vorgedachter König nur darauff bedacht geweſen/ wie Er der offterwehnten Oſt See Beſchützung und Beſchirmung / ſo von Alters her den Königen zu Schweden eigenthümlich zuſtehet/ turbiren und beunruhigen/ dabenebenſt die See vor Ihr. Königl. Mayt. zu Schweden/ und diejenigen/ derer Wolfart in freyem Gebrauch derſelben/ und ungehindertem Handel und Wandel darauff beſtehet/ unſicher machen; auch/ wann Er mit andern in Bündnüß getreten/ ſolcher Geſtalt zwiſchen Ihr. Königl. Mayt. und dero Freunde ein Mißtrauen erregen/ und Sie von einander trennen/ endlich auff ſolche Weiſe Ihr. Königl. Mayt. und dem Reich Schweden viel Feinde zugleich auff den Hals führen möchte.

Demnach nun Ihre Königl. Mayt. nicht zweiffeln/ es werde der König in Pohlen bey denen/ ſo dieſe Händel nicht erfahren haben noch wiſſen/ Ihr. Königl. Mayt. vorgenommene Actiones und Weſen ſchelten und läſtern / und entweder die Verträge vorſchützen / oder andere Urſachen einwenden: Als Erſtlich; Daß die entſtandenen Streitigkeiten durch die von beyden Theilen verordnete Herren Commiſſarien auff den ländi-

ländiſchen Grentzen hetten geſchlicht und beygeleget ſollen werden. Zum Andern: Ob
gleich die Tractaten eines ewigwehrenden Friedens ein und das ander Mahl nicht glück-
lich abgangen / hette iedoch nichts deſto weniger der Stilleſtand ſteiff und unverletzt biß
zum Außgang der 26. Jährigen Friſt ſollen gehalten werden. Drittens: Daß dieſe
Wörter (Ein und ander Mal) nicht nur vor Zwey Mal/ ſondern als offt und vielmahls
wiederholen/ interpretiret und auff genohmmen werden/ und man alſo zun Tractaten
ſchreiten/ und nicht die Waffen ergreiffen ſollen. Dem Erſten Einwurff kan hiemit
begegnet werden: Daß man durch einige Herren Commiſſarien an den Liefflandiſchen
Gräntzen nichts mehr würde erhalten haben/ dann durch die Zwo ſolenne Zuſammen-
kunfften in Lübeck. Zu dem/ was hette man wol für Hoffnung zu Beylegung der
Streitigkeiten durch einige Herren Commiſſarien an den Liefflandiſchen Gräntzen
ſchöpffen können / da nicht einmal die Præliminaria auff zweyfachen congreſs und Zu-
ſammenkunfft in Lübeck/ wie ſehr ſich auch die Herren Mediatores durch ihre Abgeſand-
ten darumb bemühet/ abgehandelt werden mögen? Den andern Einwurff zubeantwor-
ten: Demnach Ihr. Königl. Mayt. zu Schweden auff den Pacten und Verträgen/
als welche ſo offt und vielmahls vom König in Pohlen gebrochen/ kein præſidium und
Schutz gefunden/ haben ſie endlich nohtwendig zun Waffen greiffen müſſen: Und hat
es auch mit den Contracten und verträgen eine ſolche Beſchaffenheit/ daß/ weil ſelbige in
gleicher Verpflichtung eines und andern Theils beſtehen/ das eine Theil nicht mehr ge-
halten seyn darff/ dem Vertrage nachzukommen/ wenn ſelbiger vom andern Theil vorhin
violiret und gebrochen worden. So hat auch der Außgang/ des 26. Jährigen Stille-
ſtands bey ſo ſteten/ unauffhörlichen und höchſtverderblichen machinationen und feind-
lichen Beginnen deß Königs in Pohlen/ ſender grösseren und höchſten Schaden Ihr.
Königlichen Mayt. zu Schweden/ nicht können erwartet werden. Dem Dritten Ein-
wurff zu begegnen: Daß nemlich die Herren Commiſſarii von beyden Theilen mehr/ als
Zwey Mal / hetten ſollen zuſammen kommen: So läuffet ſolches wieder den rechten
Verſtand des getroffenen Vergleichs/ als welcher eben dadurch beyden Parten eine noht-
wendigkeit imponiret und aufferleget/ das Hauptwerck zur Endſchafft zu bringen / da-
mit nicht durch vergebliche und öfftere Zuſammenkunfften die Gemühter verbittert/ und
beyde Theile bey allen Völckern in Schimpff und Spott gebracht / auch nicht mehr und
höhere Unkoſten verurſachet werden möchten. Dennoch aber hat Ihr. Königliche
Mayt. zu Schweden ſich dahin bewegen laſſen/ daß Sie/ zu Bezeugung dero ſtets fried-
fertigen Gemühts/ fernere Tractaten/ umb eine beſtändige und immerwehrende Freund-
ſchafft zu ſtifften/ einzugehen conſentiret und bewilliget: Jedoch mit Bedingung/ daß
die Pohlniſchen Herren Abgeſandten/ wie Herr Canoþpl Hoffnung gemacht/ ohn eini-
gen Verzug ſich einfinden möchten.

Auſz dieſem allen erſcheinet der gantzen Chriſtenheit gantz hell und klar/ wie Ihr. Königl. Mayt. zu Schweden einen rechtmäſſigen Krieg wider den König in Pohlen begunnt / und wie Sie denſelben nohtwendig angehen müſſen / umb alles ſchädliche Fürnehmen offtgedachten Königs in Pohlen zuhintertreiben und abzuwenden. Haben demnach Ihr. Königl. Mayt. das feſte Vertrauen/ Sie werden deſzfals nicht allein vor der gantzen Welt/ und allen Chriſtlichen Potentaten entſchüldiget ſein; Beſondern verſichern ſich auch/ es werden eingeführte Urſachen/ alle diejenigen ſo ſelbige recht beleuchten / auch die Einwohnere und Unterthanen der Pohlniſchen *Reſpublique* ſelbſten/ ſo von dem argliſtigen Führnehmen und *machinationen* des Königs in Pohlen nichts wiſſen/ *approbiret* und gültig gehalten werden.

629



65

Labente Junio comitia in hoc tempus dilata, variis Senatoribus terrarumque [illegible]
singulisque in commune consulentibus, et nec non pompa funebralis Caroli Ferdinandi Po
lonis et Sueciae principis, Plocens. et Vratislavien. Epi. vita [illegible] 5 maij
functi Varsoviae apud PP. Societatis J. finem accepere; tres autem infensissimi
hostes, e tribus mundi angulis, [illegible] conspirati ad excidium Poloniae adfuere
Moschus, ab Aquilone in Lithuaniam, Suecus ab occidente in Maiorem Poloniam, ab
ortu rebelles Cosaci in Russiam, magnis exercitibus instructi; neque ullum
Patriae latus, a belli furijs, aut lethali morbo erat immune, torpor quidem Proce:
res et universam nobilitatem occupârat, nemo ut ad fragorem armatarum gentium
in necem, vastitatem, ac solitudinem Patriae [illegible]entium, evigilaret et conclamata ac de
posita Reip. Saluti succurreret, ambitiosis venales magistratus, turbulentis ingenijs pr[illegible]
praefatis acatholicis, religionum sacra, nobilitate, generales ad arma expeditiones tanqua
generis sui pestem, oblique tuentibus, nihilique ducentibus, cui vultum aequitas in
pudam rederet, modo [illegible] otio, abuti libertate aurea liceret. Et Moschus
quidem, perpetuae pacis violatis legibus, Smolenscum Severiam Czernichoviam, et quidquid
veteri dominio, reynante Vladislao IV restituerat, anno superiore impune avulsis, hac
aestate, Lithuaniam et Poloniam vasto animo occupârat. Zaporovienses quoque apud
eundem rebellioni suae patrocinio, per Russiam, Podoliam, Pocuciam, locis omnibus infe
sti, Leopolim gravi obsidione premebant. Carolus Gustavus Sueciae Rex, validum
finibus Maioris Poloniae exercitum admovebat, obtentu caussarum, quod Vladislaus IV
Botium et Crocovium ducteres exercitus Caesariani, in Pomeraniam et Livoniam per
suas ditiones irrumpere permisisset, et fidem subditorum Sueciae tentasset, quod Ca
simirus in literis ad Reginam Sueciae datis, debitos ex vi pactorum titulos, in in
scriptione non addidisset, parum animi ad pacem sibi esse, in tractatibus Lubecis
per legatos habitis, ostendisset, classemque in mare Balticum, contra Suecos inducere con
tendisset; re autem vera ipsa fax belli Hieronymus Radziejowski [illegible] exlancelarius Poloniae pro delicto
et exul fuit, qui frustra Ferdinandum III Imperatorem, apud quem, vix non in ner:
vum inciderat, frustra Christinam Sueciae Reginam, quae mox regno excesserat
pro sua restitutione sollicitans, facilem Caroli juvenis et gloriae cupidi, cui nu:
per suos Suecia detulerat fasces, animum accendit. justi in Casimirum belli suscipien
di caussas, nempe Lubecae, bis, ex formula pactorum compositionis regnorum
negotium initum, bis per Poloniae legatos, irritum; spem potiundi regni non
dubiam, nimirum patriam viribus distractam, consiliorum inopem, divis privatis
tenacissimam; modos insuper, quibus Throno admoveret regem, scilicet suadam
suam, clientelas, propinquos, male animatam in Regem Casimirum nobilitatem;
si fulgor armorum Suecicorum accederet, ostentabat. Non erat difficile
revelatis omnibus arcanis Reip. morbis et defectibus, bellum apud hereditarium
sceptro invasorem, gentemque militarem Suecorum, quae ultro etiam hostem quaereret, per
suadere, et tunc, fructus in Saxonia, injuria Sueciae detrectantibus, Bremensibus,
inutile videbatur exercitum in otio retinere, quinimo in societatem gloriae
belli, omnes sanguine cognatione religione iunctos ex Germania Principes. Tres Pala:
tinos Rheni, Saxonem, et Anhaltinum duces, Marchionem Badensem, Landgravium
Hassiae Levinum, [illegible] vocare, et in uberes Poloniae campos deducere, Regi placuit
ut demissis [illegible] viribus, confoederatorum Protestantium potentia augeretur, Casa:
ris et Catholicorum colligatorum robur affligeretur, Non ignarus ipsum erat Casimi
rus, et quamvis parari bellum in Suecia multorum literis doceretur, induciarum
tamen fide, quarum praescriptum duos aliquot adhuc annos continebat, tutus et [illegible]
tationibus, compositionem inter Regna urgebat, donec Joannes Morstyn, inter
ipsa ad bellum profectione a Carolo reiectus, et arma in Poloniam ferri nunciasset.
Obiecerat se advenientanti ex Pomerania hosti tanquam murum, cuius fugam
supra fluvium Notek ad oppidum Uscie positis, ois maioris Poloniae nobilitas
[illegible] et legatione solenni Joannis Lesczynski Palat. Lancicien. et Alexandri Karnkowski [illegible]
qui nec Stetini possent nec in Polonia frequenter de compositione
regnorum agenter audiri

Tres ut: Reges Poloniae in Suecia Joannes Sigismundus Vladislaus

[illegible] Stetini [illegible] 1656 [illegible] dom [illegible] Tractatus [illegible] Suecorum de [illegible] 1657 [illegible]

1630 629

infestantes. Succurrendum his fuit. Quare aliquas turmas
adversâ hostibus facie opposui. Erant istae turmae ex stipen-
diariis, quos Vocant campestres milites, qui residui fuerant non
multi. In qua Velitatione, praeclarus miles ille, Gregorius
Gelien, Capitaneus, periit. Revocaveram etiam ad opponen-
dos suos hostibus, Commissarium Nrum Sapiam, qui habebat
et dragones, et equitum aliquot Centurias, quo Nos facilius de-
fenderemus. Sed tantum abest, Ut ipse Nos iuvisset, et contra
Tartaros pugnasset, Ut potius post colloquium cum ipsis habi-
tum, recesserit. cum potuissent dragones ipsius facile passum
obsidere. Quin multi ex eius militibus, contra Nos Tartaris se
adiunxerunt, similiter et illi, qui ex Civitate Vicina excurre-
rant. Unde et praedictus Capitaneus Gellien, ab ipsis est
traiectus. Imo etiam antea post pacem cum Polonis initam,
continuo Nos infestabant, currus Principis et Nros spoliabant,
et primarios quosque è gregariis occidebant. Haec erat Chri-
stiana illorum pax. Qua in re tamen, nolim summa capita
traducta, Fueritne ipsorum Voluntate haec patrata, an
non?
Cum autem istis in periculis ver[illegible]
re tur

retur miles, et super itinere, et in expectatione Vltimae partis Exercitus, ipsiusq[ue] Specialis Commissarii, eo quod non haberemus ductorem: in passu, ex quo Primipilos Tartarorum repellebamus, deseruêre Nos, et Haidones, et Siculi, et Stipendiarii seu campestres milites, cum maiori quoq[ue] aliorum parte praecedentes. Vnde posteriora ipsorum agmina, prout assequi licuit. Interim ad Arcem quandam Trembolna nuncupatam peruenimus, habebat et haec Arx Vias adiacentes. Vias angustas, oppidumq[ue]: per quas dum transiremus, etiam ibi, inimici Nostri, iam (si Diis placet) Nobis reconciliati, Poloni, irrumpentes, Principis Nri, aliorumq[ue] currus onerarios diripuerunt. Egi tamen cum Praefecto loci, quem Starosta Vocant, praebente ipso ad hoc occasionem, Vt decem tormenta aenea, cum Vno mortario, in loco castrorum, quae Extra oppidum habueramus, relinqueremus: quo ea in Arcem induceret, conseruandi causa, sub spe quondam restitutionis, quam etiam adpromisit. Cogebamur relinquere, quia non erat modus auehendi.

Volentibus inde Vesperi sub luna lucente mouere, etiam ipsa, ad Arcem dictam ingressi, idem suadente, qui nunciauit per Fratrem suum mihi, aduenisse decem Tartaros, quos curem capi; reliquos qui appropinquarent, esse paucos, atq[ue] distare adhuc quatuor miliaribus: Chami autem illis in partibus, nondum Vel famam inceniisse: proinde expectarem ipsum ex Arce reducem, Vt coniunctim pergeremus.

Interea

Interea ipse ex Arce dicta, ibidem inebriatus, circa mediam no-
ctem exiit, atq in campo decubuit. Miseram pro ipso Nuntios, ut
acceleraret se coniungere. qui equis ablatis, pedites redierunt
sine ipso. Multa opinantes, quantum iam noctis expectantibus
transiisset, modicum ante auroram mouimus, et usq ad mane [illegible]
tum fortiter passum accelerauimus. Et ecce circa horam sextam
Matutinam, iam Tartari adsunt, et in posteriorem partem Exer-
citus inuadunt. Comperto quod erat, subsistere cum meis coactus,
primos Tartarorum incursus, militari generositate reiecimus,
circiter ad medium miliare. Sed quia robur Exercitus Tartarici
continuo appropinquabat, ut pote Galga veniente, cum Aga Sulta-
Zadi, et post ipsum Nuradin Sultan. Interea Nos in Tabor
recepimus, et ecce Noster Spia comparet cum Legato Tartarico
cupiente, ut subsistamus, et cum ipso, de pace tractemus, quo-
rum nomina iam notata habebat, paratum se declarans pa-
cem Nobiscum inire. Erat ante Nos angustus passus, ubi quasi pi-
scinarum agger oblongus porrigebatur, cuius in fine Pons e-
rat, et post pontem Castellum N. Per hunc passum iam
Currus Nri, et familia inceperant transire, cum Castelli Do-
minus, Polonus inhumanus nos minis exagitans, fiduciam
securi et pacifici transitus abstulit, imminente post tergo
hoste.

Quapropter substitimus non fide Barbarorum subnixi, ut
cum iisdem tractaremus, sed necessitate adacti: Conuer-
soq Exercitu, à tergo habuimus dictam piscinarum agge-
rem, et pontem. Acies Verò ita ordinaui, ut ex tribus
partibus, habere possemus defensionem, secundantibus
quarta ex parte Nos aquis. Quatuor Tormentula Campestria
in q-

in quatuor angulis aciei collocavi. Pedites qui pauci erant, Sicu-
ti item bombardarios, tum Equites ex lateribus, prout sufficere
poterant, constitui: intra ipsos autem Equitatûs robur. Propter
pontem memoratum, et aquas, amplum debui locum occupare,
cuius me rei saepe poenituit.

Interea circa horam octavam Tartari appropinquaverunt, et
pugna inita, tribus ex partibus, continuo usque ad Vesperum, nobis
insistebant. Quibus militari animositate, ita Nri restiterunt,
ut, cum minus assueti essent pugnare cum Tartaris, tamen dex-
trè ordines illorum turbabant, atque planè in medium illorum
irrumpebant. Negotium mihi summum erat, conservare ~~in~~ suis
in ordinibus, robur Exercitûs, anhelantibus omnibus ad Tar-
taros pellendos, et insequendos: ignari, artem hostis esse, ut
solutos Nrôs, vinceret. Proinde ordinavi certas Vexillatio-
nes ad incurrendum, alias ad confligendum, alias ad perse-
quendum. Hoc die 28 Vulneratus, et paulo post mortuus
est Nicolaus Sfarmi, stipendiariorum praeclarus Capita-
neus, item Maczoldt, Germanorum Dragonum Capitane-
us, et aliquot alii, adhuc tollerabili damno.

Erat à tergo, antiquus Castrorum locus, cum aggeribus, patres
dicebam piscinam. Igitur adveniente nocte, illuc redu-
cere constitui exercitum. Sed quia non extendebantur di-
cta Castra, usque ad piscinae aggerem, et pontem, interie-
ctum iis spatium, hostis obtinuit.

Haec ~~Ho~~ Nostrorum in Castra dicta receptio, fuit cum acri
praelio: quia advertens Tartarus, continuo Nrorum Ordi-
nes incursitabat. Tandem tamen, cum magna difficultate
potiti loco, totâ nocte, infestationem istorum sustinuimus

Altero

X

Altero die, qui erat 29., iterum tractare de pace Nobiscum incepe-
runt: Verum aliquot vicis auersum ad Nos reperientes, omni ex
parte Nos circumfuderunt. Et ipsi quidem continuo plures ac
plures adueniebant et multiplicabantur, Nos verò cum Equis et
Viris eramus in extremam penuriam et necessitatem redacti.
Tertiâ die appulit etiam Chamus, ad quem mox Legatos expediimus,
quos cum bona resolutione remisit. Conuenerunt etiam ibidem Legati
Summi Veziriji, dictus Kyhaia, et aliquot Mursae, seu Duces. Ade-
de etiam Agga Sobbarkadi, qui desiderabant certam summam pe-
cuniae, et ut cum ipsis foedus ineamus, contraque Hostes illorum, praeser-
tim contra Cosacos, auxilia praestemus. Conuenientes igitur super ali-
ipsorum postulata, desideraverunt porro, ut ipse in persona adirem Se-
Chamum, ut in quibus conuenimus, ex me ipso oretenus audiat. Ite-
rum in toto Exercitu collegimus circiter 20000 Talerorum pro Chamo,
Vezirio, et aliis primis capitibus, praestanda: Sultano Vezirio certam
aureos; Variis etiam circa ipsos constitutis officialibus, certam
summam. Verum sub hoc toto tempore, audiuisses terribiles Bom-
barum crebros, timidorumque pectorum facile concussiones, hostium
clamores: Vidisses, densium instar imbrium, Sagittarum in Nos
effusionem, et sic continuam, die ac nocte, nostrorum inquietatio-
nem. Sane primo solum diei et noctis tempore, vel intra horam, Ta-
bini terniue, noui ac noui Exercitus, in Nos incursabant: Ab-
inceptis quoque, donec tractabamus de pace, usque ad Valla Castro-
rum Nostrorum, identidem, magno Ululatu, in Nos incurrebant.

Quartâ die mane, hoc est 31 July, Venerant primo
Muradin Sultan, et Frater ipsius Junior, et filii dicti, in-
quiebant, ut iuxta promissum meum, Chamum adirem: asseve-
rantes, quod ille ipse in Persona Sua pro me venisset, ut se-
curius transire Suos possem. Ibi cum ipsis pertexissem, Sulta-
nus

nus praecucurrit ad Chamum, me α Viro et Socios, Sultani Frater
duxit interim, ad Sua tabernacula, donec tempus audientiae ad-
veniret, proposito etiam cibo et potu. Interea coepit audiri ad Ca-
stra Nostra clamor, quem prima vice existimavimus, esse solitum,
incursionis simulantem, Alla, clamorem, qui iam pene in consue-
tum venerat apud militem Nrum, ob assuetudinem: adeo, ut mul-
ti, ne loco quidem, si quo decubuissent, ob illum exsurgerent.
Verum mox etiam, crebras iaculationes coepere audiri, ex quibus
cognovimus hostium perfidiam. Unde iuniorem Sultan sollicitans
et datae fidei admonens, mox unâ cum ipso citatis equis, ad tento-
ria Chami ipsius properavimus. Sed iaculationes continuae, et cla-
mores Tartarorumque omni ex parte cum magna celeritate, Castra
Nrâ versus, concursus, ostendit, rem totam ex composito fraudu-
lento agi. Erat autem distantia loci illius, quo ducti eramus,
in parte Castrorum Tartaricorum, ad locum seu partem Ca-
strorum, ubi erat tentorium Chami, et inde retro ad Nostra
Castra, in circuitu, unius fere miliaris. Interim videmus,
iam captivos aliquos è Nris, duci à barbaris.

Amice Lector Christiane. Haec à longe mihi audire de Nris,
et videre, nonne acerbius erat, quam cum ipsis simul mori? Post-
quam interim ad tentorium Chami advertimus, ipsum pridem
inde abiisse, cum Sultano, et Vezirio, sub praetextu nos de-
fendendi, ducti sumus ad tentorium Vezirii. Paulopost re-
dux Chamus, cum Vezirio, et Sultano, Nos ad colloquium ad-
misit. Negotium excusabat, quod militem anhelantem, reti-
nere ab impetendis Nris, non potuerit. Nihilominus nihil fu-
turum fuisset, nisi Schimirii pedites exiuissent ex Castris
Nris, et hoc pacto occasionem hosti non dedissent, ad No-
stros

stros incurrendos. His explicatis, ipsi abiuêre, et nos arctati sumus.
Porro res haec tota sic accidit. Cum ego à Castris Nris exiissem, ad Chanum venturus, non ita multo post, densatis circumquaq; agminibus, barbari Castra Nra, circumfuderunt, pro more suo, et adeo vallis appropinquarunt, sub specie quasi pax tractaretur, ut paene manibus Nrorum contingi possent. Interim peditatus Sekliminiorum, proditoriè desertis fossis per vallum erumpens, passis vexillis, ad hostes defecit, moxque conversus in Nros iaculari coepit: ex quibus tamen, multos Nri obtruncaverunt. Subodorati fueramus suspicione, proditorium hoc ipsorum intentum, ex eo, quod unus ex Capitaneis, cum tribus circiter militibus, ad hostes transiverant: sed post multa colloquia, et exhortationes ad ipsos habitas, fidelitatem polliciti, etiam iuramento militari firmarunt, accepto dono mensis unius stipendio. Sed haec fidelitas, in canibus illis, non durauit, nisi ad sequens mane. Unde ea ex parte, qua alias debiliora erant, nudata sunt valla, propugnatoribus: atq; ea ex parte hostis irrupit: quem etsi Nri iterato cum clade procul repulerint, tamen demum, multitudine obruente, etiam à tergo. Unde propter aquam dictam supra piscinam, securi aliquatenus videbamur, invasi sunt.
Cui invasioni viam dedit, pabulationis Nrorum ingenii, qui pro equis suis, passim ad piscinam, arundinem metebant, et aliquot per eam passus vadabiles reppererunt: similiter et Tartari. Unde vigilandum fuit Nris officialibus, tum ne aliqui militum Nostrorum, illac occulte profugerent, quemadmodum primâ nocte contigerat, nondum tantopere circumvectis Castris: tum verò, ne etiam Tartari, per eosdem
passus

8

passus (quod iam aliquoties tentarant) in Nrôs irrumperent.
Cum ergo hostis, ob perfugas Sekiminios, à fronte passum aper-
tum haberet, atq etiam à tergo, per Vada pestinos Veginosa,
ingens illorum numerus transluctatus fuisset (quem quidem
acri contracto certamine, nostri initio reiecerant) multitudine
invalescente, atq intra ipsa Valla penetrante, à tergo ita Nrôs
pressit, ut ad frontem Castrorum extruserit. Ineffabili densi-
tate, circumstabant Undiq barbari, et Nrôs liberè incaptivabant.
Reliquos verò, inter quos erat Dnûs Thomas Nagy, Paulus
Beldy, cum aliquot sociis, qui fuissent maioris partis mili-
tiae Nrâe ductores, adhuc ante oppugnationem Castrorum,
fide datâ, ad colloquium deceptoriè evocarunt, subitoq
incaptivarunt.

Reliqueram autem loco mei, dnûm Franciscum Kornis, qui,
donec omnino circumventi et obruti non sunt, cum primis qui-
busq. Viriliter, et Martiali animo, sese defenderunt. Tandem
tamen, invalescente contra pauciores multitudine, omnino
Castris exuti sunt: paucisq de gregariis caesis, reliqui, prae-
sertim Nobilitas, in captivitatem abrepti sunt.

Talibus in casibus, facilè Usuvenit, Ut quemadmodum ii,
qui in pericula aquarum delapsos, è securo littore variè ani-
mare solent, facilè ipsi censorium iudicium suum de illis e-
disserunt, factaq sero emendant, aientes, sic et sic, rem potu-
isse debuisseq fieri: ita etiam mihi persuadeo, quod nec me-
um hoc scriptum, ac relatio, retinebit quosdam, praesertim in-
expertos, nec in rebus talibus versatos homines, à praecipita-
tis iudiciis. Nihilominus quod scribo, facio propter istos,
quibus talia praxi constant.

Posset quis dicere. Non debuisse Generalem à Castris abire,
et

et barbaris, praesertim sine datis obsidibus, credere. Ex Equitibus
institi pro obsidibus, sed obtinere non potui. Deinde ibam ad
verba, iam per legationem conclusam. Tandem, non solum credi-
di, quod alias quoque in manibus ipsorum sim. Exercitus time-
bat quidem ex una parte, verum ex alia iuxta ipsorum rela-
tionem per Legatos factam, confidebant, quod etiam praeter
spem meam, oblatione Nrâ, et muneribus complacabantur. Ipsi
si non abiissem, omnes in hodiernum usque diem, me fidelis
condemnarent, quod fuerim causa ruinae ipsorum. Alii ipsi
ad fidem datam, et assecurationem supradictorum Magnorum
Virorum.

Scribo, quod in manibus ipsorum eram. Noli mirari sed intellige.

1. Eram cum 120 vexillis, adnumerando etiam fortiores
In veritate scribo, sub nullo erant completi 100, sed sub plu-
ribus 25. 30. Personas vero ad proeliandum aptas 10 vel 000
In universum, ad confligendum idoneos habere potui 4000
vel 5000. Peditatus vero exceptis proditoribus Skiminensibus
de exiguus supererat, cum 4 exiguis campestribus colubrinis.
Hostium e contra numerus, ad minus 80000. Sed quid numerum
rum hostium exprimo? qui aestimare potest, quid sit spe-
ipsum in persona comparere cum suis in campo: et contra
quos, ut pote Hungaros, Kozakos, Suecos; ille potest iudica-
re de numero ipsorum.

2. Nostri et in persona, et in Equis erant fessi, fame exhausti
et per hoc summe debilitati. E contra hostis, erat robustus
cum bonis ac vegetis Equis, qui ex quiete sua, non pridem
se moverat. Exire ex Castris Nris, nec tutum erat, nec hostem
sufficiebamus: continere vero se intra vallum ulterius, erat
etiam fame emori.

3. Perpendenda est etiam hoc in genere, Vallorum constitutio
[illegible]

Ostendebant haec, olim castrorum locum fuisse, formamq; quamuis non regularem, vallorum castrensium, habuisse. Erant enim aggeres per rectam solum lineam producti, iamq vetustate depressi, varijs in locis interrupti, ac in cespitem facile scandibilem, solidati. Ad quos renouandos, nec modum, nec vllam instrumentum, vt sunt ligones, palae, sarculae, habebamus. Gladijs autem, securibus, et clauis, pro dicum in terra fodienda opere pretium facere potuimus. Quibusdam in locis, cadaueribus equorum, hiatus clausimus, cum currus, qui valere poterant in vsus similes, vltra octo, non haberemus. Haec erat tota castrorum munitio, per quam fere vbiq, nisi pectora nrorum obstitissent, ipsi Equites sine impedimento et casu, transire potuissent.

4 Fomites fere pro bombardis omnino defecerant, sed e tela contorta supplebantur apud pedites. Loco globorum in memoratas colubrinas, frustula cabanarum, et aliorum ferramentorum imponebantur: Et puluis etiam nitratus vbiq deficiebat, nec in toto equitatu vnica hasta reperiebatur.

His ita constitutis, impossibile erat aliud agere, quam tractatum de pace, quocunq tandem modo ille fieri posset, acceptare. Non defuerunt qui suaderent, vt meipsum ex castris subtrahendo, in alia tempora seruarem: Sed amor gentis meae, ipsumq decorum, ne id facerem, constringebat. Proinde amice miles, qui haec audies, vel leges, noli de hoc statu nro sinistre iudicare, quia certe feci quod potui, et quidem cordate, quod ipsi hostes irati, cum conuiciis mihi obiiciunt. Vidimus oculis multitudinem ipsorum vulneratam. Vidimus caesos multos, vt ipsorum numerus, nros multum exsuperauerit, exceptis captiuis. Sed super haec omnia, eleua quaeso mentem in altiora, et recogita haec non casu, sed Dei ordinatione contigisse. Deus a similibus seruet Christianos, et nri quoq misereatur. Amen.

Ad Celsissimum Transyluaniae Principem, vniuersosq Ordines, quos praesens concernet negotium.

Compertum habeo, quod quemadmodum a pueritia didici Celsmus Princeps Nr, Non esse pondus terrae grauius ingrati-

tudine

tudine: ita nec coram DEO, nec coram hominibus, Velit hoc no-
mine laborare. Ego quoque quae servitia iusta, et mihi onerosa, ad-
inibi praestiterim, tum Suae Celsitudini, tum Celsissimis eius Patri
et Matri, novit DEUS ipse, et non Unius Provinciae homines, i-
psimetque Suae Celsitudines, quae N. locum meo statui obsignavit.
Si ita placuit Divinae bonitati, Ut Sua Celsitudo a nobis exiret:
certe exitus illius, causa et instrumentum non Ultimum fui; Ut
posset nimirum salvus in Suam sedem redire, et ne post Suam Cel-
situdinem, totus Exercitus moveret, atque insequentem a tergo ho-
stem, post ipsum traheret, infeliciore forsan interitus ipsius
periculo. Paratior fui, remanendo cum Exercitu hostem in me
convertere, et in hanc calamitosam ruinam, Una cum omnibus
memet devovere; quamvis et iudicio hominum, et Voluntate
Suaemet Celsitudinis, potuissem caput meum servare. Quis meus
sit nunc status, hic non opus habeo scribere, homo meus ip-
sa referre poterit, et simul significare, quam supra Vires me-
as et facultates exigatur librum. Fere eo me loci habentes: imo
in causa, acsi ipsam Suam Celsitudinem capere potuissent: imo
rancorem Suum, contra Suam Celsitudinem conceptum, in me vo-
lunt explere. Quapropter et Sua Celsitudo, pro fidelitate mea
et Status inclyti, pro amore eo, quem et Patriae, et membris
eius, eadem in navi mecum laborantibus praestare tenentur,
dent omnem operam humillime rogo, Ut quantocius digne-
tur me, ex hac calamitosa captivitate eliberare. Nec Vero
ego, meam solius eliberationem, aut desidero, aut urgeo, sine
aliis Nobilibus, et inclytis Ordinibus, qui mecum in eadem na-
be infelici laborant, sed eorum liberationem omnium (Si-
cut Dnus) Una mecum desidero; imo libenter, iis praemissis
in calamitatum perpessione, etiam Ulterius remanerem: nisi
essent singularium considerationum causae, circa meam perso-
nam, sive hic diutius moror, sive ad Portam Ottomanicam
traducor. Timendum enim est, ne et Celsissimo meo Dno, et toti
Patriae

Patriae continuum sine fine metum, ac solicitudinem, incipiant Barbari fabricare, si mea hinc eliberatio protrahatur. Qua de re oretenus plura, per meum hominem declarabunt. Ego etiam in hoc statu meo, omni convenientiori mei accomodatione, cumulabo meam erga Suam Celsitudinem, Patriamque fidelitatem: sed certe periculum est in mora, si ipsi hac in re moras traxerint: Ne simus, vel ego, vel qui mecum sunt illius rei causa, coram Deo et mundo. Post me autem maior respectus habetur omnium in Dominum Franciscum Korniss, cuius litrum, ne quidem adhuc specificatum est, credibile, illud fore ultra facultates. Et licet ego, adnitente Principe et Statibus, hinc liberabor; si tamen iste hic remanserit, idem metus restat de eius persona, ne quid simile cum ea, ac meum, attentent. Necessarium igitur est de ipso eliberando similiter satagere.

De Nostra, per deponendum litrum, hinc eliberatione, nos sic cogitamus. Quod quamvis sciamus magnas expensas Celsissimi Nostri Principis, praesertim iuxta ea, quae cum Polonis conclusa sunt, nihilominus, siquidem apud Polonos obsides relicti sunt, et negotium est cum Christianis, inde non est tam facile de hostilitate timendum. Hic autem res hostiliter agitur, et periculum in proximo est. Inde summe necessum est, ut et Chamus cum suis, qui circa ipsum sunt, muneribus complaceatur, et per eliberationem Nostri, occasio nocendi Patriae, quam in manibus habent, ipsis eripiatur. Etenim dum meminisse me contingit litri quod postulier, responsum mox accipio, Eliberet se Princeps et Regnum.

Ego quidem sicut et Dominus Korniss non subtrahimus Nos, quominus facultates Nostras contribuamus, pro eliberatione Nostri: sed illae nec sufficiunt, nec tam cito ex iis comparari postulatorum pars potest. Sed habet Sua Celsitudo cum Statibus modum hac in parte, ut convocando etiam Status Regni, de Nostri eliberatione

provideant

713 701

providcant. Erat enim adhuc satis loci, tum pro negotiis Catholicae Suae Celsitudinis, in meliorem statum collocandis, tum in aliis Fratribus Nris eliberandis, ac tenuium etiam Nram Facultatem in usum talem convertendi.

Atq illi quidem, qui apud Vulgares Tartaros captivi detinentur, multi exiguo libro poterant eliberari: Verum ipsis quoq magno impedimento est prohibitio, quâ vetantur, etiam pacto libro tam diu eliberari, quam diu Nrum litrum non fuerit persolutum. Quam ob causam etiam, Suam Celsitudinem iuxta ac Dnos Status necessum est esse solicitos.

Quod autem attinet ad Barbarorum complacationem, eius iam modum videmus: Quod ecce Legatus Chami, cum suis, non è vulgari Ordine, pergit ad Principem: mihi autem Vezirius intimavit, quod oporteret ipsis donare circiter 2000 imperialium. Hic verò ad Chamum, Vezirium, ad Hasnadar Bassam, necessario mittenda esse dona honorifica.

1

714
165

K

715

~~766~~

716

~~707~~

Illustrissime et Excell.me D.ne Generalis.

Libenter facerem et plenè informarem super praesenti difficultate, V.ram Excell.mam D.; at, ut caecus de coloribus non iudicat, ita ego qui absens fui de facto alieno non possum iudicium specificum ferre. Genericum tamen tale do, unde specifica facile promi et desumi possunt.

Prima Remisio fuit 1656 in septemb: in praesentia Serenissimi Caroli Regis Sueciae. Adfuit D.nus Thesaurarius Vir simplex non exercitatus, nec ad omnia attentus. Cum Generoso D.no Comissario Regio D. Knuth, viro perspicacis ingenii circumspecto, artis non ignaro et diligenti, qui per quinque dies ex Thesauro Ecc.liae me praesente D.no Sanco piè defuncto Starowolski ad Satietatem, usque cum iucunditate in copia magna sine tamen numero, mensura, et pondere, argentum et alia ornamenta iuxta placitum et libitum acceperunt. semper claues secum à Thesauro habendo, et ostia sigillando.

Secunda post unam septimanam per D. Commissarium Knuth iterato, qui tapetia, perisstromata uaria, aliaque ornamenta Ecclesiastica pro usu Serenissimi Regis iterato accepit. exhibeat Regestra et Ill.ma D. V.ra habebit informationem plenissimam.

688

x

et hoc totum ratione Lytri acceptum in summa trecentorum millium Imperialium.

Tercia tandem per Dnum Artilegia praefectum adfuit D. Stal moderenus D. Maior. hic argentum relictum iussu Serenissimi Regis pro ornamento Ecclia, cui revisioni adfuit D. Starowolski defunctus, ut clauem habens à Thesauro. in summa Triginta Millium Imperialium accepit. ualoris ut retulit mihi D. Starowolski Marcay quadringentay octo.

Quarta cum esset discessurus D Fel Marschalcus D. Vitenberk etiam per D. Comissarium Cnuthum facta qui reliquos calices uno relicto accepit. et Crucem Zadzikowianam magnam aliaqz loca uisitauit, quid acceperit mihi non constat, quia praesens non adfui fateatur ut ingenuus.

Quinta iussu Vra Excellma D facta ut affirmauit D Commissarius Cnuthus cum D Gau Comissario, ubi Regum dua statua. Cymborium argenteum Tumba S Stanislai et superior pars Altaris in Regio Sacello Regum auulsa. aliquotqz Sacella uisitata dicant Reuisores, ut melius scientes. hoc in Anno 1657 factum.

Sexta per Defunctum D Commendantem, at hic iussu Vra Excellma D. ad instantiam meam reddidit omnia.

x

Septima per Dnum Stoart qui est praesens.

Octaua nunc per ingeniosum modernum D. Commendantem Arcis qui excepto thesauro, omnia loca Sacellorum Sacristias, priuato rum deposita Sacerdotum lustrauit. Altare S Stanislai 18 Iulii ut uulgus dicit accepit. omnemq Suppellectilem Sacellorum inta=ctam adhuc manentem exportauit. In specialibus informationem dent Via Excellma Dnationi lustratores et Reuisores ple=niorem prudenti sufficiat digitum ad fontem apposuisse ut ue=tus fert prouerbium.

Sacerdos Arcensis uice Custos non dicet ueritatem licet sciat, pro pter interdictum Dni praesidentis Arcis. et metum qui cadit in con stantem uirum.

Praesentet igitur sua Regestra antiqua Generosus D. Knuth Commis sarius Regius, unde habiturus est pleniorem informationem, si autem agitur de ualore et pondere nouissime conscriptum Rege=strum, totius Supellectilis Ecclesiacae per pie defunctum Starowolski exhibeat D. Daniel Secretarius, qui res D Starowolski, totamq Supellectilem domesticam accepit. Inde informatio petenda pleni or, quid et quantum fuerit. Cum modo nihil relictum sit. Nec no stro Sacello Academico pepercit D Commendant licet praesentes adsimus sub patrocinio Excellmae D. Vrae manentes.

Die S. Bartholomei 1657 redditum.

Adamus Roszczewski Canonicus Crac.
Studij Crac. Generalis Rector mp

Custodit Dominus omnia ossa Sanctorum suorum, unum ex his non conte-
retur. Nam licet in Ecclesia SS. Petri et Pauli et S. Barbarae arculis suis
excultae fuissent, tamen a quodam Medicinae doctore emptae collectae et reverentius
sunt conservatae.

27 Publicatur edictum per Urbem ut praesidiarii debita contracta solvant,
neve quis Patremfamilias verbo aut facto laedat, sortem vero domi-
num relinquat. Sed hoc omissi intra verborum ambitum rigorem habuit.
Nam nulli debitum solutum est a Creditoribus: Si autem civis alteri
at Collegio Maiori metus extremus vale dixit, ad illud. Ordinem profecto
proclamatum fuit. Hic enim media nulla specie tuendas pro
iumentis eius vim omnem stringendi fores et crates adhibuit, donec
illucescente die pseudo.... Gubernatorem de violentia compellare-
remus. Sed ille praeoccupata aure malam nobis gratiam conciliaverat.
Sed ille ... benignitate recipere ... et ut eidem ... ut
ut in ea qua antea benignitate reciperemur et ut eidem ... in extremo et ... evenerunt
vereri Collegium jussi fuimus. Abstulit is Oratorij Clavicymbalum ... cum alia ...

Dedit Sellas ... et Sellas ligneas alias Garvassianas, quodam
bis non ademerit vitam, imo quod reliquerit Collegium, Dei ergo est.

Nos In extremo tandem Oties, quidem faciebant Academici et quae
gratiam in tribulationibus Universitatis ex parte fuerant pro debito
Gras egimus P. D. Piotrowski Rectori et Assessoribus aliisque qui Loci
tunc fuerant. Ego Dominus Mittelstetter nec non Ceteris, qui non
nisi lingua Germanica utebantur. Teutonice Virtus enim et in hoste
probanda est. Nec iniquo homine terra quidquam alit deterius.

28 Iumenta curari currus iussi Patres pro triduo prius praesidianas
Recepit ... P. P. Iesuitae impetrata venia primi in sua Collegia
redeunt et omnia frumenta in ysdem a Suecis pro magazino deposita apud Regem
pro se obtinent.

29 Salem, ligna, frumenta, libros, res quas auehi non poterant distrahunt Sueci
levissimo pretio, inconsideratae plebi; nam si ista timere avarissimi
mi non emissent, ubique secum milites bini longe pretiosioribus?
onusti, ea non asportassent. itaque et res, et pecuniam, domi mansisset
quare altera hosti in nervum cessit, altera innocentibus damno fecit.

30 Labente termino pactis praescripto Urbe sese efferunt Sueci et eo ...
dies Critica ad recipiendam Urbem et effluxit, diluculo Rex
omnem aciem compositam in armis et phaleris esse iubet. Sparsi
dense in longum et latum qua transeundum discedendum erat Sueci. Po-
lonici Germanicique manipuli. Portam Florianam quam triduo ante
cum castrensi regius peditibus occupaverat, ponte demisso exe-
untes inspiciunt. Praecedebat Capitaneus Arnius alius, equi-
tationis insigni Polonico et 9 tormenta bellica currus 7 cum glo-
bis et pulvere nitrato post se habens. Colonellum Mistonem
Suecum sequebantur 362 currus graves hos pone 8 ...
dehinc vexilla. Proxime succedebant currus proprii Comman-
dantis Urbis Fabiani Berschen Livoni, peditum vexilla 8
Hos comitabantur currus 8 argentum et ... ipsiusmet Gu-
bernatoris Pauli Virtzij ferentes, peditum vexilla 8.

Currus equestres quorum erant proprij ipsos praecedebant equites quorum
erant Signa 8. Ultimus attendebat enim exeuntium Ordini diligen-
tissime hinc inde discurrendo disponendoque Generalis Virtzius equo
humili vesteque Cinerea tectus Proceribus regijs maximeque Grati Regi Hun-
garis et Bohemiae Hatzfeldio se obvium obsequentemque exhibuit cuius dextrum
latus Rockiobbi clausit. Suecicus exercitus in plana circa Oradnik
digrediens Regi ultra Clepariam in campestri planitie cum sua
acie fulgurante sistitur. Virtzius ut Regem a longe conspexit
equo in pedes desilit, ternaque facta profundiore genuflexione Regis
dextram ocreatam amplectitur manum deosculatur et nonnihil de-
missè obloquitur, Rex densissima Senatorum proximeque Czarnecio et
Lubomirscio septus Virtzium sereno vultu excipit, caputque illi bis ap-
vit dimittitque comiter. Mox ille ad Reginam quae paulo remotior
Stabat, stupendi pede ritus tantummodo et caerimoniis causa impositi [illegible]
pedes progreditur diutiusque cum illa collocutus venia impetrata discedit
deduciturque cum a designatis Germanicis Polonicisque copijs tum ab
alijs Officiarijs. in Zabierzow usque. Chiliarchae, principes Centurio-
nes milites et omnis illa militia Suecica bombardis erectis globos
gerentes in buccis et gladios evaginatos in manibus ubi in con-
spectum regis venit prono capite et toto corpore se regi submittebant.
Solus Schlettingius cum suis assectis Arrianis obstinata malitia
reverentiam Dno et Regi suo exhibere dedignatus est Contestatam
toty hic si dici meretur et numero. nam ex ordine et disciplina
formidabilis Suecicus exercitus iste ferè. Pedites habebant officiales
159 Tympanistas 49 vexilla 26 Erant oes numero 1120 Cen-
Commeatum, Officiales 21 Milites Ordinarij 176. Dragones. Officiales
9. Tympanistas 6 vexilla 3. Ordinarios milites 72. Raitari
equites Officiales 67 Ordinarios milites 406 Famulos 199. Currus
commeatuum 317 Rhedas 27 Currus 46 Equos fortissimos 137
Mulieres Polonicas equestrium et pedestrium 221 Inter quas officia-
lium spectatissimas formis, multas etiam gregarias non vulgaris formae
vehebantur inter quas una Varsaviensis à Regina cognita et
itinere revocata est. A Civibus Ciasnocha proditor et emissarius Sue-
corum ad explorandum multitudinem missus Curru Suecorum detractus ipse
Currus a militaribus Germanicis distractus est prope portam. Non pau-
ci eadem vespera familiares Suecorum ex illo exercitu in Urbem
redierunt quod si omnia Servitia et qui cum signis se adso-
ciarunt potuere ad saniorem mentem et ad obsequium Regis redire
puto quod vix mille Sueci et Germani manerent ipsique officiales
aurigas agere deberent. Cum tamen totius exercitus summa esset 2754.
Rex exactis hostibus ex Urbe ad diversorium Bronovicense [illegible]
Palatia purgarentur, et fraudes si quae laterent sese proderent. [illegible]
venit In Urbem autem cum Storsstio peditum 27 Signa sunt ingressa
Quibus deinde cum equitum aliquot Centenis Praefectus est Commendans
Johannes Franciscus Caiserstain. ut mihi videtur. jecit fun-
15 Monachis angularem lapidem domus [illegible]

693 ~~Ita~~ fuit belli ad [illegible] ac me annotationes [illegible] judicium ~~[illegible]~~ de Regis,
Regnis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] emoriens Rex [illegible] Delphico [illegible]
et si quis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod in usum [illegible] [illegible] habere [illegible] [illegible]
etenim [illegible] et [illegible] et ad [illegible] Compilatione [illegible] [illegible] [illegible]
petere Non desunt mihi [illegible] [illegible] [illegible] quos ego [illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] judicia, de [illegible] gratiae et de [illegible] ~~[illegible]~~ et [illegible] [illegible] [illegible]
charta Hic ne [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] maiores plurimas [illegible] [illegible]
nec [illegible] publica ~~[illegible]~~ sed ad Academica negotia attendam Liberta[illegible]
judicium Regis illius [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible]
intra privatos parietes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
deesse [illegible] fides et si sint mihi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ et ad Similes studium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Libert[illegible] in [illegible] facultate [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Multi [illegible] [illegible] Veritatem [illegible] [illegible] Ego quod hic notavi [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia [illegible] sint [illegible] [illegible]
[illegible] tamen quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ab alio [illegible] hic [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] homines
[illegible] ad Religiosos [illegible] et alias [illegible] ~~[illegible]~~
multa [illegible] [illegible] [illegible] vera [illegible]
~~[illegible]~~ Si certos [illegible] [illegible] multis [illegible] [illegible] [illegible]
Religiosos et Religiosa [illegible] [illegible] [illegible] facere [illegible]
qui ~~[illegible]~~ [illegible] est ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] illa [illegible] [illegible]
[illegible] Judicia in [illegible] in [illegible]
et aliis

657 De [illegible] in hoc bello [illegible] quod de
7ber [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] nostra victoria est [illegible] [illegible] [illegible]

De Sueciis Judicium

Suecia est officina gentium [illegible] [illegible] populos [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quos [illegible] [illegible] [illegible] Gothos Vandalosque
in religione [illegible] partes [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] populi [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
bello [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Observationes et [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible]

720

~~711~~


Diligentes
Stanislaus Wronecij
est diligens quia proficit in
moribus in studiis pensa so
let scire exercitia tam domestic
ca quam extemporanea solet redde
re ipsum linguae latinae obseruat
similis est ipsi Joseph Dyrap
sed diligentias no totas habent
ambo. Sebastianus Cyrus An
dreas Czechanowski sed e
tiam diligentias non to
tas habent
Mediocres
Joannes Markowic
est mediocris quia me
diocriter traktat stu
dia pensa non semper solet
scire exercitia non semper
solet reddere libros diligen
tiarum non totos habet
Neglegentes
Joannes Zymecki
est neglegens quia
neglegenter tractat
studia diligentias non
habet similis est ipsi Jo
annes Jedlecki
Ego sum censor
illorum Joannes
Farnieński

1657

Circa deditionem Urbis Cracoviensis, Professores qui rerum Univ[ersitatis]
custodes sub hostibus manserunt ad Commissarios S. R. M[aies]t[a]tis re:
videndorum ~~et~~ pactis causa deputatos petivimus Spirituales
qui fuere R[everendissi]mus Abbas Tynecensis Poniatowski, Decanus Crac[oviensis] Alber
tus Wayk Custos et Adamus Roscovius Cc. qui in Urbe manserunt
Supplicem libellum S. R. M[aies]t[a]ti tradendum obtulerunt, indicem
omnium damnorum quae Maior Mehl Gedanensis Svecorum Dux
Sidow adhaerens Acad[emiae] Crac[oviensi] intulerat, quatenus eundem S.
R. M. ex formula pactorum resarcire hostem juberet, neve
mala nostra quae perpessi fuissemus ignoraret. Tria enim Collegia
idem Mehl : Vladislavianum in quo Oratorium Publicum et
Scholas Privatas Immunitatis erant; e Hierosolimitanum, Ter:
tium Philosophorum in quibus Studiosi manere solent denai
stanit et equorum stabulatione totam commoditatem, ipsamque
aëris puritatem omnibus abstulit. A Collegio Maiori legni
dis pecuniis florenos 120 extorsit, arbores quae pro aedi
ficiis reparandis erant paratae, aliisque rebus in Collegio nec pe
percit. Quorum damnorum refusionem ut S. R. M. digna
retur mandare saltem, cor commovere penes quos res suas
et pecuniam (sciebatur autem depositoria sua habuisse a:
pud Doctos et gentis asseclas, Jacobum Cramerum, Krav:
Michaëlem et Dixonem Scotos in supellectili et aureis
80000 aureorum) idem Mehl reliquisse erant postulavimus.
Verum ne dictus libellus noster ad manus regias, an
maiores motus pepulerint minores curas, non constat; illud
est in confesso quod regias aures non diffamavit per S.
Reginaldum in fundo nostro Bronoviensi illatum et post
sepimentorum et allodiorum ac sylvae pro usu culinae
sus M[aies]t[a]tis combustionem, inclinare nequaquam potuimus.
Conversi igitur ad jus defendendum Collationis Canonicatus
R[everendissi]mum Ep[iscop]um simul et Cancellarium Regni Andream Trzebicki
Scribimus.

Ill[ustrissi]me et R[evere]ndissime Praesul.

Fama ad custodes Tectorum et Privilegiorum Univ[ersitatis] delata est, qui
hic Crac[oviae] sub jugo hostis gemebamus, in Cathedra Premysliensi
duos Candidatos extra gremium Academiae alia beneficia haben
tes, ad Canonicatum fundi Biskovice onerosum alibi cum Jure
Patronatus Universitati nostrae adnexum literas praesentationis ex
Cancellaria Regni obtinuisse suique institutionem urgere,
ne in praejudicium impetrationis subreptitiae et praesumptionis obtentae, ne in prae:
dictam Universitati cedat apud Ill[ustrissi]mam et R[evere]ndam D[ominationem] V[estram] cuius in
manu sedem illius Dioecesios, nec non totius Regni Juris
et Regni tutelae, legumque ac privilegiorum custodia deposita esse

721

696

rere difficultatibus et damnis Candidati ob ignorantiam juris involutam insinuandum. Illmis D. V. censuimus. Jus collationis Regiae ad hunc ipsum Canonicatum à Smo olim Sigis. Augusto in Urbe plenissimo jure translatum est Aº 1559, in cuius pacifica possessione est et fuit hucusque nus Academia. Post mortem nuper defuncti Rndi Siepricy immediati illius possessoris quod intra debitum temporis spatium nullus è medio Professorum ad eundem Canonicatum praesentatus fuerit fuit id absentia ab Urbe Universitatis, non illa quod metu vel didisset perfugam aut stridore armorum et praesidiorum culpa omni absolvisset dissipatam; sed illa quae ex ultronea voluntarii pro patria exilii susceptione apud seram posteritatem reddet gloriosissimam. Cum enim Dnis Professoribus hic Cracoviae manentibus a praesidiarys Suecorum propositum esset, ut aut sibi Fidelitatem et Carolo Suecico jurarent et locum manerent, aut si hoc facere detrectarent urbe excederent et securitatem praesidio sua absentia facerent. Illi vero videntes et armatae potestati inde religione in Deum, Fidelitate in Regem, Charitate in patriam urgentibus elegerunt potius, omnes Universitatis professores, in exilium sponte cedere quam se ferentur potiore sui minus aliquo Sacramento hosti Ecclesiae polluere. Itaque Aº 1656 11 Juny celebrata solenni convocatione per Senatus Consultum Universitatem solverunt libereque (Suecica hoste solum tantummodo promissione possessae et retinere volente) Clero et populo vestigia quibus insisterent relinquerent, in exilium abierunt. Hanc ergo salutis Universitatis eiusque absentiis causam legitimam quis Acad. Cath. semper Catholicam summo Petri pastori Orbique Christiano faciet commendabilem neque credimus neque speramus in Patria futuram praejudiciosam. Ideoque apud Rm D. V. nomine totius Univers. supplicantes ipsa in Juniis fuit detrimenti patiatur intervenimus supplices ipsa in Junily fuit per publicum edictum ad exules Praemyslienses Stanislaus Temi... Praemysliensi Stanislao ... Cracoviam, Pace Urbi restituta, per publicum edictum ad exilio revocata rediit et Cathedras Premysliensi Stanislao ... honoribus et regno Universo qui cum dignitate pariter sibi concredita tueri poterunt. Suppeditabit D. vires. Alquam se fore Urbi Eps respondit, revocatis regiis commendatoribus utrique Candidatorum datis.

Ex aditu et egresso Suec. ultima Augusti die. Prima vero Septembris pedites et equites Caesariani 1500 in praesidium Urbis cum Colonello Francisco Kaisersteino destinati per Civium aedes distribuebantur. Nobilium quoque ac Spiritualium domus sine discrimine ut nemini licuit in Germania occupavissent nisi Regiis literis aliter ordinatum fuisset. In Arcem Cracov. Lubomirscy 500 pedites inducti sunt qui tamen in mutuam obsessionem a Caesarianis et extra moenia et intra ad reditum Varelly positis quolibet die vigiliis custodiebantur donec 1659 circa eundem mensem in Silesiam ab Imperatore Leopoldo revocati fuerunt.

m

722
713

Jan Kazimierz z Bozey Łaski Krol Polski. Wiel. Ksiąze Litew., Rus. Prus. Mazow. Zmudz. Inflan. Smolen. Czernie. Pol. Swe. Got. Wand. Dziedziczny Krol.

Wszem wobec y kazdemu zosobna komu to wiedziec nalezy, mianowicie Burmistrzom, Rayców, Woytów, Zawników, y wszytkiemu Pospolstwu Miast, Miasteczek naszych Krolew. Ducho. Slache. do Woiewodz. Krak. nalezących Wier. Nam Milym oznaymuiemy. Iz nie zycząc, aby ludzie cudzoziemscy na pozitek Nasz idący mieli sobie zywnosci y chlebow sposobem Woysk Naszych gwałtownie zasięgac, à tym samym do rabunkow y excessow okazyą miec, postanowilismy ex Senatus consulto z Wiern. poddanemi naszemi dla większey ochrony Wiern. Nam Mil. Prowiant in fidem Reip. zasiągac. A ze tak prętko zrobic wiedznym y wdrugim Miasteczku, tak ze Miast, Stonin w Potcach sposobic niepodobna, wkładamy na Miasta Miasteczka tak nasze Duchow. y Slache. w Krak. Woiew. lezące aby Piwem Stoninami na te potrzeby Rzeczypltey Naszey wygodzili, gdzie ku czemu Posyłamy Vrodzonego Jana Krzysztofskiego Commissarza Naszego do Wiern. W. abyscie na czas do Generała Prowiant Magistra Naszego naznaczony tyle z kazdego Miasta tak Krolew. Naszego Duchow. iako y Slach. stągow na Piwa y Połciow Stoniny wystawili ile Vrodzony Prowiant Mgr nasz znosszy sie z Wiern. W. będzie rozumiał, à potym y Woz ieden z kazdego Miasteczka z czterema wołmi Drabiny Pulkoskowe dla wożenia Prowiantow, na ktore stągi Piwo, Stoniny Wozy y Woły pomieniony Kommissarz Nasz zawiera z Wiern. W. Contrakty assekuruiąc Wier. W. Naszym y Wiernych na Vrzędzie będących imieniem iz na te stągi Piwo Stoniny Wozy Woły za kwitem Vrodzonego Marka Antoniego Myrkoniego Prowiant Magra Naszego Generalnego wszystkich podatkach Rzeczyp. albo Accisy y Czopowego potrącony albo zapłacony będzie. W czym wszytkim nas Wier. Mil. z Wiern. Radami Naszemi assekuruiemy. Coaby tym prędzey wszytko do wiadomosci doszło roskazuiemy Vrzędom naszym Mieyskim Duchow. Slache. aby ten Vniwersał nasz w Acta swe wpisawszy publicowali y per Cursora od Miasta do Miasta Copie iego odsyłali. Czego iezeliby sie prętko nie vczynili będziecie tego pewni zebyscie surowey Exekucyey zołnierskey nie vszli. Na co dla lepszey Wiary ręką podpisiemy Naszą pieczęcią koronną przycisnąć kazalismy. Datum w Krakowie Dnia 17. Maia. R. P. 1657. Panowania naszego Pol. IX. Roku.

Jan Kazimierz Krol Polski

(Locus Sigilli)

Matthias Pągnatowski Regni Cancell.

S. R. M.

697

1657

Septembris die 4 Sole sudo et sereno Cracoviam Rex Serenissimus triumphantium more cum Regina Ludovica quam circum fuit cum Signis civer Stephani intrante ingressus est, ad portam Florianam a Consulibus. In arcis summa Ecclesia ab Archidiacono Capituli Rev.do Nicolao Oborski ibidem decantato Sacro Missae officio Triumphali Hymno et explosione maiorum tormentorum et Sclopetorum militarium trina fuit salutatus.

Sequentibus diebus Secretum Consilium in Senatu habitum de Arche potiori maioris Poloniae Posnaniensi Civitate quam sibi dedi Volebant Caesariani. renuebat Grodzicius Artilleriae Polonus Generalis Praefectus qui eandem a Brandeburgicis praesidiis vindicaverat. Alterum deliberationis punctum fuit de traducendo exercitu Caesariano in Prussiam cum aliquot Legionibus Poloniae versus Thoru: niam. Tertium de supplecijs ferendis Regi Daniae ex vi obligationis ~~facta~~ in Transactione cum eodem Ser.mo Rege Daniae facta. Decretum inprimis est. Generalis Czarneckij in Pomeraniam et Novam Marchiam iret bellum illaturus quo et Brandeburgicus a Suecis coniunctione avelleretur, et Sueci qui intulerant Poloniae bellorum incommoda experirentur. Quod in brevi a Czarneckio perfectum est. Nam is revocatus ad se qui victum dederunt cesans in Pomeraniam, copijs in Novam Marchiam erupit et inter Stetinum et Civitatem Arnsmersen in circuitu ad 10 milliaria pagos et oppida in cineribus sepelivit ac inse: quentibus temporibus usque ad Annum 1659 in Holsatiensi Ducatu commoratus rebus magnum momentum victoriis quo transit, Pieszecinium in Dania altum fuit, attulit licet ipse ter Suetica potentia in Dania ... à Picholomineis Co: ercitus fuerit Hector Polonus ~~nuncupatus~~ à Picholomineis Co: ... Sanis militibus nuncupatus Susa peditum, Harsberg equitum Colonelli, du ... cum Polonis, ad ... Hatzfeldio in Prussiam sunt ordinati; ... praecipua fortalitia ... minutiora loca Sueci deseruerunt ... non pauci tamen in illis ... maioribus praesidijs firmarunt ... poenas sanguine exolverunt. Heister a Polonis intercepti poenas sanguine exolverunt. Heister, ... metternig dum longius Caesarianis Generalis Vigiliarum praefectus ... commutationem liberatus aggreditur ad Mariaeburgum capitur & per ... duxit in Hungariam Caesarianus a° 1660 post necem Ragoczij ...

Indictio Accisorum a Suecis instituta, ex Senatus consulto Czestochoviensi Cracoviae primum, deinde Posnaniae auctoris solvi jussa, magna non sine et gravi plebis querela, quae cum alijs in regno contributionibus quotidianisque vexa: tionibus militum huiusmodi accisis minutim in premeretur.

Cives considerabant.

Civitas Cracoviensis libellum Regi 13 membris et articulis comprehensum libertatem antiquam suspirans et praesentans

Suum statum deplorant per Magistratum reverenter obtuli-
bere sperare jussa, quominus voti compos fieret verum tem-
poris et calamitatum obesse.

Hebraei salutem sexaginta millibus apud aulam, et triginta a-
pud Hatzfeldium pacti, inter mansuetudinem regiam non
impunitatem tantum tot scelerum proditionum spoliationum
sacrilegiorum quae cum Suecis patrarunt sed etiam immuni-
tatis et impunitatis memorandum exemplum posteritati conse-
cuti sunt. Item per urbis compita nomine Marschalli
curiis regalis edictum promulgatum fuit, ne quis Apella-
manu lingua petat vadimonio gravissimarum poenarum
Agri adm. Capitulum Crac. jure, pro altari argenteo D. Sta-
nislai a Rege Sigismundo 1o Petis Cathedrali oblato, in vicem
triginta millium florenorum quanti illa aetate comparatum fuit, decem
millia a Judaeis ratatim solvenda exegit.

6tum Academiae Professores qui tota servitutis Suecicae tempore intra
nidulos Academicos hesserunt multasque injurias et ab hoste et a suis per-
tulerunt, fame, angoribus, curis, exhausti Maiestati utique redeunti in
in urbem gratulati sunt, Charitatem in Patriam observantiam in
dominum Jagiellonicam pietatem in S. Romanam Sedem fidem non
chedis rebus non verbis professi, quorum collaudat con-
stantia Rex Rectorem temporis eo elogio ornavit, et dignum judicavit
Sulu Crac. pro meritis circumstantes. Senatuique publice
At is septimo ibus dio edito programmate publicoque ab ea
omnia fora et Petaq valvas appenso omnes Cracoviae
Professores revocat et ad 7 Octobris diem
adesse jubet

Mors Chmielnicij, et Wychowij in ducem Cosacorum Zaporovien-
sium electio quod semper ati Reip. semper addictus, tum Ma-
gentem in obsequium et veterem observantiam Sueciae ...
afflictis in Russia rebus grata accidit. Clades tamen Gedanum
Sibi a Suecis illata turbavit non parum animos ne Rex
maturius destinato Varsoviam versus moveret inde cum Elec-
tore Brandenburgico de proximo componeret facilius. Res Prussiae
mediante Leszczynio Epo Varmiensi multa concessa
modo a Suecis recederet. Canon respectu Prussiae ad Regem Gedan.
ginta millium f. remissi. Appellationes Lemburgensis Praefectura, bellum
Sublatis. Ducique remissi Duo millia militum ad omne bellum
Dr viren. Brandenburgicus
Regi Polono spopondit. Alia quoque pacta cum eodem
laris inita quae in se habeant nihil incongruum 1660 inserta
cum pactis cum Sueco initis
Itaque tamen pactis

Postulata Civitatis Cracoviae

1 Enervata Civitas y wniwecz przez nieprzyiaciela obrocona, Supplikuie do Nog Maiestatu J. K. Mci, aby od podatkow tak publicznych iako y prywatnych wolne zostawało Regia Clementia do lat kilkunastu.

2 Maiąc zniesione funditus Iatki Budy Kramy Folwarki Kamienice Mieyskie, z ktorych przed tym, armi pro necessitatibus Civitatis Aerarium dochodziły Proventus na codzienne expensa Supplikuie aby medietas Accisarum Clementia S. R. Mtis Civitati conservatur tak z Krakowa iako y z Kazimierza.

3 Aby Magistratus maiąc wszelkie swoie trudnosci y zabawy circa publicum bonum et functionem trawiąc wszystek czas na Ratuszu pro consilys y domowe negotia opuszczaiąc Consolatorum laborum suorum miał nagrode zwłaszcza pewnych intrat niemaiąc zadnych Proventow

4 Aby Iura Donationum alias Caduca po Mieszczanach Umarłych ne były ~~annihilowane~~ Miasta ~~pullting~~ Privilegiow applikowane były

5 Do Commendy Miasta, aby Magistrat in regimine et dandis Consilys należał y klucze od Miasta in suo deposito miał iako ex antiquo y w Bronach Mieyskich przy ~~Commisarzach~~ Mieszczanie ne zostawała

6 Aby Zołnierze in praesidio zostaiący y ci Ius Civitatis niemaiący niczym niehandlowali ani Cechu mieszczanom niedeymowali ani ich aggrawowali, ani praeiudicia zadnych nieczynili tak praesidiary Czesko y inni goscinni ale zeby immunes Mieszczanie według Praw swoich zostawali, Servitia y Vnkosztow zadnych Zołnierzom niedaiąc.

7 Ratione Contribucyum et Fundi aby Possessores Nobiles
et Spirituales ad Iurisdictionem Civilem et Executionem
nalezeli y zeby byla iedna Civitatis Iurisdictio ad Ma-
gistratum pertinens; takze y ze wszystkich iezeli Ma-
gna przedmiesciow et Fundis adiacentibus Civitatis a
zeby Cives et Incola, ni przez kogo innego tylko à Magistratu
eum Appellatione ad S. R. Mtem sądzeni byli

8 Aby Zydzi Cygani y ini niepotrzebni ludzie do Miasta
Krakowa niechodzili y niehandlowali gdyz sie przez nie
mi Mieszczanie pozywic nie mogą y owszem sie obracaią

9 Exercitium Iaculatorium było tu zdawna posta-
nowione à barzo potrzebne propter ingruentia pericula
Miało na to szczuple dość proventa ktore teraz są zniesio-
ne Supplikuie Civitas W. K. M. Panu naszemu Miłosci-
wemu aby ta Szkoła Rycerska nieustawała, ale miała
iakie opatrzenie z Miłosciwey łaski W. K. M. Pana naszego
Miłosciwego

10 Aby Commendanci miasta trzymaiący zadnych Collect podatkow
ciezarow na mieszczan obywatelow niekladli y wyciągac niemo-
gli irradicente magistratu

11 Aby Zolnierze w Criminalibus comprehensi iudicio z magistratem
sądzeni byli y [illegible] excessu dotrzymawani y Decretow ktore przy
[illegible] appellowane byly

12 Aby Nieslubna gospoda Cerdiarys w domach mieszkalnych y [illegible]
Miedzkich zostawala przy Urzedzie y powinowsze [illegible]
w powinni [illegible] Zolnierzom

13 Donataryi aby prawnie serwatis necessaryis dochodzili jus caducum y tolko Urzędowi było wolno ante executionem firmata authoritate Donataryuszom intromissyey w dobra.

706

M. ADAMVS R[illegible]

I. V. Doctor, & Profeſſor: Canonicus Cracouienſis.
Archidiaconus: ante ſolutam Vniuerſita
GENERALIS P

CVM ſingulari DEI TER OPT: MAX: Clementiâ: Vict
D. Noſtri Clementiſsimi armis: optimis Illuſtriſsimorum Senatorum, & Procerum R
multas belli iniurias: tam Vrbs; quàm Terra Cracouienſis, in priſtinam libertatem
quemlibet ſueta pacis munia ac officia reaſſumere ſuadeat. Intereſt Reipublicæ ma
Parnaſſum: Doctores omnium Facultatum ad Cathedras: omnes denique honeſtiſsi
ſuo gremio quamprimùm complectatur. Quamuis enim ipſius Profeſſores, omnium
tione, vnanimi omnium Doctorum conſenſu, Vniuerſitatem ſoluerimus: eaque ſolut
vnico ſcuto muniti, Iuramentum fidelitatis; à quo Nos Spectabilis Cracouienſis Magiſtratus, omnia ſua
felicisſimè declinauimus. Hoc clypeo tecti, Sacroſanctæ Sedi Apoſtolicæ: Sereniſsimæ Iagelloniæ Domui
dio ſepti, omnibus ijs, quibus Vniuerſitatis ſplendor oculos perſtringit: & quibus ſuis terminis ac limitibu
tiuæ non arrident, occaſionem Academiæ oppugnandæ opportunam, (ne dicam) exoptatam, ſubtraximu
bant aſtra: & ita efficaciter de ſuis tectis, & ſedibus Profeſſores euocabant. vt quos metus & vis armoru
quàm furor Martis perterruerit: neuè aliquam non ſolùm verbis; ſed nec nutu quidem promiſsionem pra
tiſsimam ſuam protectionem pollicente, abeunteſque retinere fruſtrâ laborante, ablegauerit. Qu
declarandam communi omnium noſtrûm Parenti promptitudinem, & de omnibus benè merendi
in Religionem Orthodoxam zelus: debita in Sacram Regiam Maieſtatem propenſio: paratiſsimum
vnuſquiſque ſuum, quod expectat, à nobis vectigal recipiat. Neque credimus quenquam poſſe
Humanitatis cultu, ſplendore, & commoditate antiquâ, ſpoliatæ: aut eo, quòd Studioſorum, vt pot
verò funditùs deletum: ac præterea, quòd bona & fundi, nullum vitæ ſuſtentandæ ſubſidium, tàn
ſalinum: tantò maiorem quiſque de Regno, & Nobiliſsima Iuuentute benè merendi occaſionem habe
Ithacam, tria Collegia Profeſſorum, quæ DEI ſingulari prouidentiâ, integra manent, ſua felicitate ſup
iam impedit; imò non pauca alliciunt, ſpem luculentam afferendo: omnia, quæ nobis aduerſa acciderunt, i
externa (tanta literarum ac literatorum reuerentia atque obſeruantia) ad inuidiam pepercit manus: quia
ceſſerunt, quis doleat? cætera quæ furor Martis corrupit, aut vaſtauit; ea Sereniſsimus Rex Dominus Dom
ri mandabit. Neque Ordines Regni Ampliſsimi patientur, aut Prolis ſuæ Inclytæ inſtituendæ certum La
genijs, & formandâ primâ Ciuium Reipublicæ ætate, laborantes fameſcere. Hâc ſpe animata ACADE
tribulationis recocta, ſenium & maciem, cum Pelia deponere; Aquilæ verò, quam in clypeo gerit, aſſumere
tiri: imitabimur hâc in parte Maiores Noſtros. vt enim illi primi ex Gallia in Sarmatiam, ad excolendum Se
ſub CASIMIRO Magno Anno à partu ſemper-Virginis, 1364. Caſimiriæ: deinde ſub VLADISL
huc omnes transferendo, feliciſsima Academiæ iecerunt fundamenta. Ita Nos ſpretâ iraſcentis Fortunæ
ſimi ac Potentiſsimi IOANNIS CASIMIRI REGIS Domini Domini Noſtri Clementiſsimi Prote
ta Iuuentuti virtutum, & literarum, incipiemus præbere alimenta. Quocirca omnes & ſingulos omnium
literis, vbicunque gentium, & terrarum conſiſtunt, requirimus, vocamus, reuocamus: vt ad conteſtandun
Octobris, Cracouiæ adſint. Quatenus iuxta morem & præſcriptum Legum (in quantum res poſtulabunt)
tuere: omnia in ordinem ex confuſione reuocare, componere, & de futuro Studiorum progreſſu, tantò
fieri poterit, vt die decimâ Septembris proximè futurâ, feliciter inchoentur Exercitia, mandamus. Datum

ROSCZEWICZ,

us Cracouienſis, Eccleſiæ Collegiatæ ad SS. Omnium
tam Vniuerſitatem, Studii Cracouienſis
LIS RECTOR.

Clementiâ: Victricibus Sereniſſimi Regis IOANNIS CASIMIRI Dñi.
enatorum, & Procerum Regni conſilijs: totiuſque Inclytæ Nobilitatis Polonæ, heroicâ fortitudine, poſt
, in priſtinam libertatem vindicata, Ciues redeuntes, in ſua tecta plures ſingulis diebus recipiat: &
Intereſt Reipublicæ maximè: vt Academia quoque Cracouienſis, Regni Schola Generalis, Muſas in
omnes denique honeſtiſsimarum literarum Alumnos, & Studioſos, ad Lectiones poſtliminio reuocatos,
pſius Profeſſores, omnium tardiſsimè, præuiâ ſolenni (quæ Die 10. Iunij, 1656. celebrata fuit) Conuoca-
n ſoluerimus: eaque ſolutâ, vltimi poſt omnes 15. eiuſdem Menſis ex Vrbe exceſſerimus. Hoc quippè
s Magiſtratus, omnia ſua pro nobis, etiam vitam ipſam, ac iugulos vltrò offerens, liberare non poterat,
iſsimæ Iagelloniæ Domui: florentiſsimoque Regno Poloniæ, fidem illibatam ſeruauimus. Hoc præſi-
s ſuis terminis ac limitibus vallata eiuſdem Iuriſdictio; firmatæque legibus, & Statutis Regni, Prærogа-
n) exoptatam, ſubtraximus. Scilicet adeò potentèr, etiam hac vice, Academiam Reipublicæ tempera-
uos metus & vis armorum loco mouere non poterat; eos tandem Iuramenti propoſiti mentio, magis
quidem promiſsionem præſtarent, in exilium ſpontaneum, ipſo Marte Suetico iter diſſuadente, & cer-
ante, ablegauerit. Quamuis (inquam) vltimi egreſſu ex Vrbe fuerimus: non tamen poſtremi ad
omnibus benè merendi ſtudium, concurrere debemus. Quatenus ſolitus, iſque conſtantiſsimus
ropenſio: paratiſsimumque ſemper vſibus Reipublicæ obſequium, magis in nobis eluceſcat: &
limus quenquam poſſe retardari eo; quòd Collegium Nouoduorſci-Vladiſlauianum, & Scholæ
uòd Studioſorum, vt potè Hieruſalem, Philoſophorum, Staringelianum, ſint vaſtata: Germanorum
tentandæ ſubſidium, tàm citò afferre valeant. Nam quantò tenuius, in menſa continget apponi
nerendi occaſionem habebit: omnique fortuna maiorem conſtantiam, declarabit. Adhuc paruam
manent, ſua felicitate ſuperant: ad quæ, quominùs cum Vlyſſe, remis veliſque adſpiret quiſque, nihil
obis aduerſa acciderunt, in melius verſum iri. Ac inprimis quod ad prædiola aliquot, quibus hactenus
iam pepercit manus: quia nunc, cum maximè opus fuit, cum frugibus & ædificijs in vſum Reipublicæ
ſimus Rex Dominus Dominus Noſter Clementiſsimus, pro ſua Regia benignitate, reſtaurari & recrea-
æ inſtituendæ certum Larem, & commodum locum deeſſe; aut Præceptores fideles, in excolendis in-
âc ſpe animata ACADEMIA, non ſolùm lætiorem induit vultum: ſed etiam, tanquam Aeſon igne
n in clypeo gerit, aſſumere geſtit Iuuentutem. Quod ſi nec ſubitò, nec tam properè optatis licebit po-
natiam, ad excolendum Septentrionem euocati, non centum Villis, ſed paupertate pro dote aſſumptâ,
deinde ſub VLADISLAO IAGELLONE Sanctæ memoriæ, Anno 1400. Cracouiæ, Muſas
oretâ iraſcentis Fortunæ & præſidia viuendi à Nobis tollentis, ſæuitiâ; cum DEI auxilio, ſub Sereniſ-
oſtri Clementiſsimi Protectione: non minus alacres & animoſi, ijſdem Muſis ſacra inſtaurando; debi-
nes & ſingulos omnium Facultatum Doctores & Profeſſores, pro fide Academiæ data, præſentibus
mus: vt ad conteſtandum in Patriam amorem, eique debitum deferendum officium, pro die ſeptima
quantum res poſtulabunt) pro futurâ inſtanti Commutatione, per ſingula Collegia, Magiſtratus inſti-
diorum progreſſu, tantò commodiùs conſilia inire valeant. Porrò Scholarum Priuatarum, vbi vbi
itia, mandamus.

Datum Cracouiæ VI. Idus Septembris, Anno Dñi. M. DC. LVII.

657 ~~709~~

Rectoratus Francisci Rolinski

Iuxta praescriptum Dictaturae Academicae ad Septimam 8bris diem undique confluxerunt in Collegia Universitatis Professores, per omnes domos Convocationes statuto tempore fuerunt celebratae in ijs constituti magistratus et officia. Qui metu belli Academiam deseruerunt, et ex ordine in confusionem eandem miserant pauci. Ignis oculis eos qui nomen et dignitatem Academiae retinuerunt aspiciebant, gratulabantur sibi reditum multi illi qui aut breve exilium, aut non longam servitutem pro gloria, pro fide servanda, Deo, Regi, Patriae, sustinuerunt. Negligenter suorum officiorum ex legum praescripto castigati, vel et morbidi oves à consortio Collegarum exclusi calumnijs innocentiam petere veritatem mendacijs oppugnare, coeperunt. Paucis pro veritate et virtute pluribus pro suo in personas favore absque intima rerum dictarum factarumve inspectione statutis. Collegium Maius in duas sectas divisum, in Collegio Minori pro delicto exclusus intercessione nonnullorum et M. D. Rectoris Eminentiae suo loco restitutus est, denique in Academia nostra quod in Rep. evenit ut qui pessime de Academia meriti essent praemijs et honoribus augerentur, qui eandem ornarunt servarunt libertatem et defenderunt communi odio, ac vix non ludibrio juniorum exponerentur. Ab ultimis Electoribus qui fuerunt Gabriel Ochocki, Joachimus Speronius, Matthias Stankowicz Decanus Artistarum, Matthias Gladysz, et Andreas Grabianowski, electus est in die Sancti Galli Almae Universitatis Rectorem Franciscus Rolinski M. D. absens, qui sexta vix die post Cracoviam redijt, de filio gravi... sollicitus. Is enim à Patre aufugerat ex priore matrimonio, domi cum Suecis relictis, bellum edoctus a militibus. Post aedium paternum cum supellectili arreptis ex arca duobus millibus aureorum, uxorem Kobelam Bedlenska duxit in matrimonium invito parente, Pater et animi et aeris dolore a seipso discessisse videbatur, donec recuperavit quod filius sumpserat; eo factum est, ut 26 8bris suam inaugurationem faceret.

18 Octobris Petrus Gembicki Eps Crac. Dux Severiae Kalisiae et Cele:
cia gente in Maiori Polonia ortus, et Sexiga fratrum Germanorum Senatorij in Regno Poloniae Ordinis natu maximus et Interior. Andream Lucerorum Joannem Plocensem Epos Dux Severiae Antecessor Cracoviae aetatis 70 muneris Pontificij 20 anno natus in Silesia Ratiboriae obiit. Quintilis denatus. in Mausoleo quod sibi vivens adhuc exstruxit in Eccta Cathedrali Sepulturam accepit. per gradus consultus in aula Regia Poloniae ex Magno Secre:

728 ~~718~~

cretario Vicecancellarius et Eps Premysliensis mox Archigramma-
teus promovente Vladislao IV ad Episcopatum Crac. accessit in
qua Sanctum et diligens regimen tenuit Synodum A° 1642 (?)
Pr Gembicki Cracoviensis [illegible] in sua dioecesi celebravit. Arce Czorstinensi ab invasore
Napirsco vindicata quo maxime tempore opus habuit Resp pro-
fuit nec laboranti Patriae belli tempore quo maxime a Cosacis
et Moschis atq Suecis impetebatur tum propriis tum Cleri Stipendiis
collecto milite defuit. Academiae nonnihil gravis extitit
die ingressus sui qua pastor ad Oves Praesul ad Clerum Cancella-
rius ad Academiam venire visitas solennes. Stanislaus Pudlo-
wius vir mathematicis disciplinis apprime eruditus inspecta
Syderum dispositione breuem fore eius infulam Academicis pro-
nunciavit. Nec a veritate multum abfuit praedictio. Nam
aliquorum Professorum odium per Universitatem attraxit 1647
ob causam in Tribunali contra Violatores Jurisdictionis Academicae
ex occasione interfectorum per Castrenses Hadones Studiosorum
promoverent. inhibitione sua vetuit 1648. R.ndi D.ni Joannem
Mr Broscius Broscium olim iam ipsum in Canonicatum huius promovere
I. dissuaso dissuaso electo Matthaeo Krasnicki per Universitatem electo deme
rendum esset Baccalaureus formatus 1649 Sigismundum Hy-
gierum Con. Exemptum Incorporationis Propositum S. Floriani
et nec Canonicum S. Floriani in oppositum Con. Dat decanus
quem investivit. Hinde liter Romae longe et diuturna quaes-
tio se et Academiam implicuit octo ferè annis. Et cum
foro Justitiae Academia praevaleret, ille ad Signaturam Gra-
tiae confugit. Rex tamen in his omnibus ipse rumpere de-
lignum nonnulli ex Academia qui animum eius bonum in
alios irritabant ne concordiae faces staret occasionem
dederunt. Mors litibus finem imposuit Breve. impetratum
fortissis Breve manet Dominus vita functus det requiem
aeternam Academiae vera pacem firmam et Deum laudandam

Durantibus cum Moscho Polonorum sive pactis sive induciis
Gosievius Ductor exercitus Lithuaniae suis cum copiis quas non exce-
debant 6000 militum ex ure, ~~Moschi~~ Livoniae quam Gusta-
vus Adolphus Rex Sueciae sub tempus belli Ottomanici regno a-
vulserat. Moschi ex altera qui ad eandem ex antiquo jure
praetendebant partibus. hostiliter ingressi sunt. Mense Octobri
Ad Civitatem Andova Magnus della Gardie Regni Sueciae
Thesaurarius a Moschis profligatus est. Gosievius multis
captis oppidis Volmariam praesidio Suecico 1500 instructam a
per deditionem accepit. Rigam obsidere intendens rejectus est
Supervenientibus Wisman suppetiis Suecorum. Durantibus his re-
illud Samogitiis laudi tribuendum est quod armis repellere
bellis Suecicum et Moschicum jugum ab se armis repellere

imo quod Sieciczkj illorum Ductor Vilnam 1660 caput Lithua:
niæ cum quingentis suorum pene a Moschis recuperaverat nisi
miles prædæ inhians resumendi et terrore animos spatium con:
cessisset, locoq[ue] et arce cedere debuisset. Quo irruptio multis
Civium exitio fuit nam qui Consiÿ huius irruptionis fuerunt Va:
riys suppliciorum generibus affecti sunt Religiosi oẽs in Cu:
stodiam Suecorum, thesauri Ecclesiarum in prædam omnes abi:
erunt.

Duglassiÿ Riga cum exercitu Sueco Curlandiam usq[ue] procedens
dubium se monstrabat, an Litvaniam, an opulentissimam in
proximo prædam Mitaviam urbem in quam oẽs Curlandi totius
illa ditio suas opes congesserat spectaret. Neutralitatis pactum
cum Duce factum viam illi in Semigalliam claudebat. ape:
ruit Cupiditati occasionem præbuit Convivium a Duce institu:
tum ad quod cum Duglassius cum Officiarijs potioribus invi:
tatus fuisset, miscere sermones ejus petitionem inserere coepit
quatenus Dux Officiarios eminentioris dignitatis quos in castris
habebat infirmos in arcem curandæ valetudinis suscipere
dignaretur. Quamvis ob speciem dignitatis Curlandus preces
rejicere non audebat, vertit tamen insidias quæ latebant
alia illi in Civitate diversoria præsentabat, in quibus infir:
mi curarentur. Instabat precibus hostis et oĩa amica pa:
rata fore simulabat, donec victum ~~[illegible]~~ Ducem ad in:
ferendos infirmos pertraheret. Qui lecticis et ferculis in
pestiferarius hospitio recepti fuerunt, per noctis quietem
armis instructi primum vigiles portarum trucidant signo
dato socios in castris extra degentes ad apertas portas immi:
tant et intromittunt. Ducem cum uxore et familia captivum
Rigam deducunt opes omnes diripiunt. Mitavia ipsi potiun:
tur. Aliter alij fraudes istas referunt. Fuisse a Duglasso conven:
tum. Quod cum Sueci Duce Duglasio Curlandicis incubarent mili:
tes hostilitatis signum in Curlandos præferentes, scaphas mili:
tibus implent, qui secundo flumine (cui assidet Mittavia Arx quæ
nox tum erat) inter et domicilium Ducis) vecti a vigilibus arcis
rogati qui essent Sueci milites morbis affecti, et ad fidem eli:
berandam infirmos instar gemebant. Mox ultra navigant ac ubi
occasio se dedit occupant littora, magna celeritate vallum ascen:
dunt vigiles mactant, ipsumq[ue] in palatium se ingerunt Ducis
quem cum uxore gravida et familia captivum post breve
Rigam custodiendum transvehunt.

6 9bris Rector Universitatem more solito convocat.
In qua Convocatione Canonicatus Premisliensis datus est Stanislao Zembocz...
Praepositura S. Nicolaj pro hac vice Adamo Roscevicz C.C.
Plebanatus Lowicensis Joachimo Spevnio
Pysovien. Andreas Kucharski
Praebenda Szydlovien. Paulo Zrzawowicz.
In Procuratorem Univtis electus est R. d. Albertus Zapencovius
Ad Responsionem pro loco inter doctores admissi R. d. Joannes Spevnius Andreas Kucharski Albertus Dambrowski
Ex Juridica Facultate Adm R. d. Adamo Roscevicz et Osiedow...
Decem millia florenorum in usum pro Canonisatione d. Cantij legaverit Rex petrus Gembicki et ab Executoribus recepit ...
Exa in annum Procuratoribus Canonisationis B. Cantij et ...
ni Custodibus in fasces Univtis reddidit
Sigilla Universitatis quoniam in Rectoratu Matthiaj Krasnicky in hostium manus cum alia praeda venerunt. Executores eiusdem peculio nova Sigilla quae tamen ab antiquis aliquid discrepent propter avertendum dolum comparare jussit ...
Reliqua puncta ad aliam Convocationem delata

20 9bris aliam Convocationem indixit. In qua
Electus est in Contubernij Provisorem Sziani M. Nicolaus Do...
likowski in Seniorem Matthias Barankowicz
Cursum Philosophicum iterato legendum antiquum Doctus
Sit receptus Coll. Minoris Bernardus Chomicz post Pascha susceptus
Viaticum Dnis Professoribus Posnaniam euntibus cum obligatione restituendi Xeniai enim officium annui debet esse
damnosum provisum est et Oeconomia Univtis per Magistros
curabitur
Curus Oblankoviani Lectoris electio ad Facultatem Theologicam remissa
Sumptus moderato provoret volentum ad Consiliarios ...
Bedellis habitatio in aliquo Contuberniorum assignanda. ede
Collegij Vladislaviani reparatio ex Oratorij pecunia de...
Collegij Minoris Mensa ex Oeconomis fructibus sustenanda
Ad revidenda et ordinanda Privilegia Rector aliquos eligat qui ea in ordinem redigant et in laudulas conscida ac ordinata imponant Una cum regestro ac aliquot exemplaribus ... nomine factis scriptisque Sumptu publico
Idem faciet de Rebus vienna servatis cum Consiliarijs
Arenda Contubernij Ihnazowum in aliud tempus reicta ...
Camer facile amovatur cum Costeus in solvendo sit ...

Causa Thei inter Dnos Phos quoniam est perplexa multis prolixioribusque difficultatibus involuta, et quod uberiori tempore discuti deberet ad proximam Sessionem dilata p. l. 7.

Contributiones bonis Academicis Rñe Servitutes militaris impositas, in tanta rerum omnium perturbatione et temporum praesentium iniquitate, quantum fieri potest invigilandum est Rectori ut ab eiusmodi Onere sint immunia.

Mandatum Compellens ad Responsiones pro Loco

M. Franciscy Rolinski Phiae et S.T.D et Professor Consul Crac ac interea Studij Universitatis eiusdem Gnalis Rector

Omnibus et Singulis harum notitiam habituris potissimum vero A.R.D tam S. Th. quam Juris. Professoribus S. et venerabili ...

Quoniam nostri muneris est sedulo prospicere ne quid res Academicae in Rectoratu nostro patiantur, imo potius immunitatum ac privilegiorum integritas maiora in dies accipiat incrementa, et Universitatem inclytam Matrem et altricem nostram talem posteritati per nostram (quantum possumus) sollicitudinem et industriam relinquere valeamus, qualem à Maioribus nostris Viris Sanctissimis accepimus; ideo cum videamus Responsiones vel Disputationes pro loco per nimiam quorundam dilationem et praemeditatam procrastinationem vergere in summum Universitatis nrae praeiudicium, primo quidem paterne quà publice quà privatim pro debito Officy nri rogavimus, ac hortati sumus ut eiusmodi Actus accelerare velint, Sed cum nihil hactenus profecerimus, nunc jam serio mandamus et in virtute obedientiae stricte praecipimus, quatenus eiusmodi Disputationes pro loco in Doctores intra decursum 6 septimanarum à data praesentium expediant, sub privatione loci aut promotionis hac in parte nec attendantur nec expediant. Sed sine praeiudicio senij ac primogenituras aliorum in Facultate disputationem etiam ordine inferiores (dummodo parati aggrediantur) et per hoc Campum Promotionum ad Gradum Doctoratus Viris notabilissimis undique ex regno accurrentibus aperiant. Qui propter docentium in Universitate nostra penuriam cum summa nrae iniuria nec minus suo dispendio hactenus gradus vel apud exteros quaerere coguntur vel certe domi sine fructu eosdem à nobis postulantur. Alias nisi huic Mandato nostro obtemperaverint, vel aliquid legibus contrarium tentaverint, et licentia respondendi ab Alma Uni benigne concessa ipso facto erit nulla, et in eos tamquam libertatum et Privilegiorum contemptores, vel potius violatores poenis in legibus descriptis ac alijs arbitrarijs decernentur. Quod quidem ad nostram omnium deduci voluimus ne aliquis postea ignorantiam obtendat. Datum ex aedibus nris Rectoralibus sub Sigillo 1657 7 9bris

1657 714
Renunciatur Huic Mandato Paritum est illico a plerisque. Non A.R.D. Ada-
In Casimiriensi my Roscieniar Primo, mox 15 Decembris A.R.D. Alberti
Civium Con: Dambrowski 18 xbris Primo loco in Sua Facultate Doctores
spiratio Respondit Stanislaus Ossendowski
Andreas Kucharski 3 Januarij. In Quadragesima Dhnus. Radis
A.R.D. Joachimi Sperwini disputavit.

Caesarei milites in Praesidio Cracoviae relicti cum multo gravioris
Milites Au- essent incolis quam hostes Sveci, causam seu veri seu falsi
striaci oppressi- rumoris dederunt de conspiratione in suam necem, Civium
ones Civium Reperiebantur multa Cadavera inter rudera domestica demum
faciunt. quo in Germanis Mandata jactabantur. Equites qui Vigiliarum
in Speciem extra moenia proficiscebantur Vicina nobilitatis
praedia depraedabantur. Inde multae Civium in milites ho-
num in Cives glisebant conquestiones. Ne aliquod incendii
ex parva scintilla surgeret Praefectus Militiis arma a Civibus
tradi sibi poscebat. Negabant isti facere imperata conditio-
in servitium militis nondum Dominis nec dominatio-
medium Rex Civibus facere imperat. Verbum dare
te de pace servanda. pro Securitate praesidij
Ex mutatione aeris et victus lues epidemica aliquot
cis urbem foedavit. quam interventum gelu sedavit
Non humaniores Germani tractabant Maioris Poloniae incolas
at contra barbaram Austriaci militis insolentiam in bona
nem Ecclesiasticum et Christianum Patrimonium Cleri ad Sacram
Hungaricae et Bohemicae Maiestatem Querelam in mense
Januario Anni Sequentis deponere necessitatem habuerunt
Cuius exemplar typis expressum porro

QUERELÆ UNIVERSI CLERI IN MAJORI POLONIA
& Diœceſi Poſnanienſi
Super
barbara Auſtriaci militis inſolentia, in Ordinem Eccleſiaſticum & Chriſti patrimonium exercita

AD

SACRAM REGIAM MAJESTATEM HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ, &c.

Directæ & ſcriptæ Poſnaniæ d. 22. Ian.
M. DC. LVIII.

731
~~721~~

SACRA AC REGIA MAJESTAS,

Domine Dn. Benigniſſime.

ECcleſiaſtici Ordines & Clerus Univerſus Majoris Poloniæ, Diœceſis Poſnanienſis, humiles ſervi & indigni apud Deum exoratores, ad thronum Sacræ Regiæ Majeſtatis Veſtræ iſto libello venerabundi accedimus: Novum id planè neque in hunc diem fortè auditum ab externo Regno ad Regem externum: Sed malorum novitas adeò ſuperat, ut, quod in medicina fieri ſolet, conſumptis fruſtra veteribus, nova tam & externa remedia neceſſitate adacti quæramus. Patiatur bonitas Auſtriaca indolesque alta & Regia Sacræ Majeſtatis Veſtræ, miſerias noſtras breviter ſibi narrari & quam in lubrico Res Sacræ, Clerus iſtius oræ, poſtremò fides Catholica, niſi magnitudine animi, pietate, Juſtitiâ, Clementiâ Sacræ Majeſtatis Veſtræ fulciantur.

Onerari invidiâ auxiliarem militem apud aures Sacræ Majeſtatis Veſtræ minimè velimus, illum præſertim egregiè de nobis meritum, cujus auctoritati ac terrori firmatam rem Polonam libenter imus adſcriptum.

Novimus exercitum ſine annonâ haberi regique non poſſe, ſed rationes noſtræ tot per annos attritæ cogunt ingenuè fateri, nullas omninò vires opesvè nobis ſuppetere, queis ferendo tanto oneri ſufficiamus.

Accedit, legiones per oppida ut plurimum Eccleſiaſtica diſpoſitas, patrimonium Chriſti lacerare, annonam & pecuniam ex agris multis exigere, jubereque ut in longinquas ſtationes alicubi ad decem, quindecim, vel amplius milliaria commeatus devehantur.

732

Commiſſionem ſeu Ordinationem hybernorum nullo Eccleſiaſtico vocato aut præſente peractam, Sanctuaria Parochorum omni Jure & conſvetudine exempta occupari, alimenta eorum conſumi, prædia & Curias quaſvis Eccleſiaſticas à milite inſideri, boves, armenta mactari, abigi, non quantum licet, ſed quàm libet, & quod acerbum longeque miſerrimum, neque ipſiſmet Dominis ad tolerandam vitam neceſſaria & propria permitti.

Equidem experiendo didicimus, inevitabilia hæc mala comiteſque in bello Provinciarum calamitates ac ærumnas. Magna tamen ſpe ducimur, exhauſtis egentibuſque à Clementia Regia Sacræ Majeſtatis Veſtræ præſidium ac levamentum fore.

Ingentem modo animum Sacræ Majeſtatis Veſtræ digniſſimum hæc cura exerceat, everſis Eccleſiaſticis bonis, Sacerdotes victus inopia (prout nunc evenit) à templis & altaribus diſceſſuros, ſubituram hæreſin, cui pridem validæ in hac provincia compendium ad præſens videtur occaſione publici mali partes ſuas longe proferendi.

Porrò innatæ Clementiæ & Magnitudini animi Sacræ Majeſtatis Veſtræ humillimè & cum lacrymis ſupplicamus, velit jubeatque Sacra Majeſtas Veſtra cultum divinum & patrimonium Chriſti relaxatione à tantis tamque impoſſibilibus oneribus conſervari.

Rependet DEus ter Optimus tanto erga nos Sacræ Majeſtatis Veſtræ beneficio longævam vitam, tranquillum Imperium, lata incrementa, immortales terra cœloque triumphos, quod nos animitus oramus vovemusque. Datum Poſnaniæ die 22. Ianuarii Anno 1658.

Sacræ, ac Sereniſſimæ Majeſtatis Veſtræ,
Dni. Dni. Benigniſſimi,

Servi & exoratores humillimi

Albertus Tholibowskj Epiſcopus
Poſnaniens. *mpp.*
Andreas Blszowskj Præpoſitus Poſnanienſis,
Capituli Eccleſiæ Cathedralis & Cleri
Diœceſis Poſnanienſis nomine *mpp.*

BREVIS INFORMATIO ET DEMONSTRATIO,

Quàm

Injurioſis & calumnioſis Perſuaſionibus
Feliciſſimæ Record: IMPERATOREM Quondam

FERDINANDUM III.

Ejusque

FILIVM SERENISSIMVM
Hungariæ & Bohemiæ
REGEM
LEOPOLDUM,
Ablegatus
REGIS SVECIÆ,

Coràm

ELECTORIBVS ET STATIBVS
IMPERII,
Emiſſo in publicum Libello Accuſatorio ruptæ Pacis,
inſimulare conatus fuerit.

Anno Domini M.DC.LVIII.

733 725

EXhibuit nuper Sereniſſimi Regis Sveciæ Ablegatus Extraordinarius Eminentiſſimo Domino Electori Moguntino Libellum Accuſatorium contrà Auguſtiſſimum quondam Imperatorem FERDINANDUM III. feliciſſimæ recordationis, Ejuſq; Filium Sacratiſſimum Hungariæ & Bohemiæ Regem ac totam inſuper Auguſtiſſimam Domum Auſtriacam plurimis injurioſis infamationibus refertum: Eo ſolo fine, ut univerſos Sacri Romani Imperij Electores, Principes, Status & Ordines ad Arma contrà eandem concitaret, noviq; Romanorum Regis Electionem diſturbaret: ac perdurante diutius Sacri Romani Imperij orbitate, aut omnes, aut ſingulos ad ferenda Regi ſuo in tàm injuſtis hinc indè excitatis bellicis Calamitatibus auxilia tanto fortius conſtringere poſſit. Idq; ut citiùs extorqueret, prædictum Eminentiſſimum Dominum Electorem frequentibus & importunis obmurmurationibus impulit, ut ſolito dictandi ſtylo, paulò poſt inter ordinariæ Deputationis Imperialis Legatos & Mandatarios publicari juſſerit.

Etſi verò ſumma & liberrima Regnorum Hungariæ & Bohemiæ, Regumq; illis imperantium jura, jam ultrà hominum memoriam per totam Chriſtianitatem in eo fuerit, ac etiamnum ſint faſtigio, ut coram Ordinarijs, aut Extraordinarijs Sacri Romani Imperij judicijs, aut comitijs cauſam agere, aut defédere nullo modo obligati ſint, aut teneantur, quin & ipſemet iſte Deputationis Imperialis Conventus ob defectum ſummi Principis & Imperatoris expirâſſe videatur.

Nihilominus tamen prædictus Sacratiſſimus Hungariæ & Bohemiæ Rex, juſtitia cauſæ fretus, neceſſarium judicavit, ſcripto hocce refutatorio, omnibus Sacri Romani Imperij Electoribus, Principibus, Statibus & Ordinibus, imò omnibus Chriſtianis Regibus, Principibus & Rebuspublicis ante oculos ponere, quantis injurijs, quamque falſis criminationibus Libellus iſte ſuffarcinatus ſit, quodq; tum defuncti Imperatoris piæ memoriæ, tum moderni Hungariæ & Bohemiæ Regis, nec alia mens, nec alius animus, nec ulla alia cogitatio unquam fuerit, quàm

734 727

ut pax non modò in Germania, ſed etiam in vicinis Regnis & Provincijs conſervari, eorumq; pernicioſæ Machinationes, qui Romani Imperij Dignitatem, Auctoritatem & Statum novis ſemper diſturbijs convellere ſatagunt, præcaveri & averti poſſent.

Et primò quidem Ablegatus ille Svedicus Exordium ſuæ Criminationis haurit à ſuſpicione ſui Regis, quòd nimirum, bello à ſe Poloniæ illato, manifeſtis (ſi credere fas eſt) indicijs intellexiſſet, nuper defunctum Imperatorem averſo in Svecos animo, odia & inimicitias Vicinorum concitare, Arma ideò præparare, ut ſe motibus aliquando Polonicis immiſceret. Hæc quæ Imperator in cogitationibus habuerat, Filium Ejus effectum dediſſe, non obſtante dubioſo novum eligendi Romanorum Regem ſtatu. Hacq; ratione, inſuper habitâ Pacis Germaniæ conſervatione, Regem Daniæ Auſtriacorum inſtinctu & impulſu, Svecorum Provincias in Imperio Romano Germanico ſitas, bello aggreſſum, Armaq; Auſtriaca Polonis contrà Svecum conjuncta fuiſſe, &c.

At verò ſi putat Ablegatus ille, licitum eſſe Regi ſuo ſiniſtras de Domo Auſtriaca ſuſpiciones concipere: nunquid idem Beatiſſimo Noſtro Imperatori licitum fuit? Et quidem multò juſtioribus & urgentioribus cauſis & indicijs.

Nam etſi in noviſſimis Ratisbonæ celebratis Comitijs Imperialibus non modo in genere de cuſtodienda tranquillitate publica, nè quid in contrarium tentaretur, communi Ordinum conſenſu decretum fuerat: Sed etiam de controverſia Svecorum contrà Civitatem Bremenſem nota cautum, ut Civitas illa, juxtà Inſtrumentum Pacis in poſſeſſione Voti & Seſſionis in Collegio Civitatum Imperialium permaneret, donec vel in Iudicio Poſſeſſorio Ordinario vel Extraordinario, aut amicabili compoſitione lis iſta decideretur. Paulò poſt tamen ex parte Svecorum, non attento Imperatoriæ Majeſtatis mandato inhibitorio; non obſervatâ quorundam Imperij Principum amicabili dehortatione, dictam Civitatem, Armorum violentia undiquaque aggreſſi, tandem ad Deditionem coëgerunt, Privilegiaq; ejus vehementer debilitaverunt, Canonicos Præbendis & beneficijs contrà jus & fas ſpoliârunt.

Uſus quidem erat Rex per Comitem Slippenbachium apud Electorem Moguntinum excuſatione quadam. Sed expreſsè negavit ſe controverſiæ hujus Deciſionem Imperatori & Ordinibus Imperij ſubmittere velle aut poſſe: Iure nè hoc vel injuriâ fecerit, æquus judicet arbiter, hoc in primis ponderando, quod ratione Ducatus Bremenſis Rex Sve-

ciæ

ciæ non ut Rex exterus, ſed ut Status ſeu Princeps Imperatori & Imperio Romano-Germanico ſubjectus & devinctus æſtimari debeat.

Nè igitur quaſi commiſſæ feloniæ accuſari, ſed liberiori dominandi per Germaniam licentiâ vagari poſſet, petitionem inveſtituræ ſuper Provincijs adeò illuſtribus ſibi in Imperio conceſſis, de die in diem viliſſimis protraxit ambagibus, Iuramentumque fidelitatis hactenus nunquam præſtitit.

Certè tanto minus Imperator ipſi fidere potuit, quanto magis ſollicitus & anxius eſſe debuit, de tutando & conſervando Regnorum ſuorum hæreditariorum Statu, totiusq; Imperij Romano-Germanici ſalutē & immunitate protegenda. Præſertim cum palam eſſet, Regem Sveciæ jam tum cum Magno Moſchorum Duce de invadendo utrinque Poloniæ Regno conſilia agitâſſe, ſuaſuq; ac proditione ViceCancellarij illius è Polonia profugi bellum apertum Regi Poloniæ inferre decreviſſe.

Hæc omnia cum Imperatori ſatis perſpecta & cognita fuerant, nullum tamen eo tempore Militem præter Præſidiarios, quibus loca finitima cuſtodienda eſſe & uſus & ratio dictabat, conſcribi juſſerat: ſed & nihil magis cordi habebat, quàm ut ſinceræ Amicitiæ vinculum, cum ipſo Rege Sveciæ conſervaret. Eâq; cauſa miſerat Stockholmium Blettenbergium, qui benevolentiam Cæſaris erga Regem firmam & ſinceram eſſe ſæpius conteſtaretur.

Quo autem animo tunc temporis Rex in Cæſarem affectus fuerit, ex ijs quæ prædictus Comes Slippenbachius apud Electores quoſdam nomine Regis ſui, ſub finem Anni 1654. & initium proximè inſecuti 55. egerat, ſatis evidenter conſtat, Neminem ſcilicet è Familia Auſtriaca Regem Romanorum eligendum, Svecos Galloſq; ulterius tolerare non poſſe. Nec id conducere Libertati Germaniæ, ob Hæreditariæ ſucceſſionis prætenſionem, quam Auſtriaci meditarentur. Transferri oportere dignitatem iſtam in aliam quandam Familiam. Cui Regnum Bohemiæ, quod Patrimonium Imperij eſſet, ſuſtentationis cauſa attribuendum judicabat. Criminatus graviter Plenipotentiarios Svecicos, qui in tractatu Pacis Oſnabrugenſis Regnum hoc hæreditatis jure Domui Auſtriacæ adſcribi paſſi fuerint.

Æquo quidem animo Optimus Imperator hæc talia perferebat, nihilque magis in votis habuit, quàm ut ingentia illa bella præcaveri ac primis initijs componi potuiſſent. Sed cum divinæ placuerat Majeſtati Summum iſtum Principem, æternâ potius ac cœleſti, quàm terrenâ & inſta-

735 775

bili Pace donare, profectò non poterat Auguſtiſſimus Hungariæ & Bohemiæ Rex, ſecuritati Regnorum & Archiducatuum hæreditario jure ad ſe ſpectantium melius conſulere, quàm ut Poloniæ hinc inde per omnes ſuas Provincias injuſtiſſimo bello flagranti integro cum Exercitu ſubveniret.

Nam, ut tua res agitur paries cum proximus ardet, Ita tum ipſa ratio dictat, propriè ſalutis conſervationem cuivis maximè neceſſariam: tum rerum humanarum Exempla plurima docent, nemini vitio vertendum, Quicunque vicinum ſuum, à cujus interitu ultimum ſalutis ſuæ diſcrimen metuendum fore ſatis cõnſtat, omnibus viribus à periculo inſtanti eripere & liberare contendat. Etenim qui non pellit injuriam à ſocio ſi poteſt, tàm eſt in vitio, Divino Ambroſio teſte, quam ille qui facit. Officiorum lib: 1. cap: 36.

Nec verò hac in ambiguitate Regi Bohemiæ exſpectandum fuit, quid ab Ordinibus Imperij de juſtitia vel injuſtitia belli Polonici decerneretur. Nam ipſe eſt Regnorum & Provinciarum ſuarum hæreditariarum ſummus Arbiter, Calamitateſq; bellicas ſibi ſuiſque ſi Poloniam Svecorum, Coſaccorum, Tranſylvanorumque Tyrannidi ſubjugari pateretur, multo propinquiores, multoque nocentiores fore manibus pedibuſque palpare poterat.

Quis enim crederet Regem Sveciæ noviter tam vaſto Regno præpoſitum, tam egregijs Imperij Romano-Germanici Provincijs ditatum, nullâ prorſus neceſſitate compulſum, ſolo ambitionis faſtu ſtimulatum, Regnum alienum invadentem, victoria plena obtentâ non ulterius arma ſua prolaturum, Patrimoniumq; illud Schlippenbachianum, Regnum ſcilicet Bohemiæ, cum adjunctis Provincijs aggredi auſurum non fuiſſe: Præſertim cum certo indicio conſtet, nec Miniſtros Gallicos, nec ipſum Regem Sveciæ permitterè voluiſſe, ut Pacis cum Rege Poloniæ faciendæ Imperatór, aut Filius Ejus modernus Hungariæ &Bohemiæ Sacratiſſimus Rex particeps redderetur.

Ipſemet Poloniæ Rex hoc ſibi objectum atteſtatur. Et hoc quidem factum, antequam Miles Auſtriacus Poloniam intraverat.

Rectè ergò & juſtiſsimè fecit Imperator, quòd non quidem è Viribus Imperij, ſed proprij ſui Patrimonij vivens adhuc de auxilio Polonis vicinis, ſibiq; arctiſsimo familiaritatis & cognationis nexu conjunctis ferendo deliberavit: omniqúe laude & heroicâ virtute dignum, quod poſtquam è vivis exceſsit, Conſilium à Divo Patre acceptum, Filius Executioni feliciter mandavit.

At ve-

At verò quàm ſtultè & ineptè hic in libello iſto accuſatorio objiciatur, quaſi Rex Hungariæ & Bohemiæ cauſis moventibus peculiari legatione quibuſdam Electoribus expoſitis, non aliter egiſſet, ac ſi Imperium Romano-Germanicum abſoluto Dominationis jure Auſtriacis ſubeſſet, quilibet infimæ plebis facillimè judicare poterit. Nam graſſantibus Svecorum, Tranſylvanorumque in Polonia Armis, & Tartaros & Turcas hoc ægerrime tuliſſe, immiſsiſque ingentibus copijs, vaſtitatem magnam non Poloniæ tantùm induxiſſe, verùm etiam vicinis Germaniæ populis, ſi Poloni omni amicorum ſuorum auxilio deſtituerentur, inferre potuiſſe, quis rerum humanarum peritus ignorat?

Sed & falſiſſime obtruditur, quaſi inſtinctu Imperatoris aut Filij Hungariæ & Bohemiæ Regis Daniæ Rex invaſerit Svecorum Provincias in Imperio ſitas. Nihil enim horum nec à Cæſare, nec à Rege Ejus Filio factum, nunquam ſeſe tractatibus Dani & Poloni de mutua Confœderatione Belloque Svecis hac ex parte inferendo immiſcuêre. Nec etiam hucuſque id facere voluit, ea de cauſa, quòd in articulis cum Rege Poloniæ de mittendis Suppetijs conventis, diſertè ſtatutum ſit. Fœdus iſtud latius non eſſe extendendum quàm ad reſtituendum Poloniæ Regnum in eum, quo ante Svecorum irruptiones fuerat, ſtatum, quòdq; Rex Hungariæ & Bohemiæ nullâ ratione Copijs aut Exercitibus ſuis nec ipſummet Regnum Sveciæ, nec etiam Provincias in Germania ſitas, illique ſatisfactionis, ut ajunt, loco, pace Oſnabrugi conceſſas offendere & moleſtare velit. Ergò ſyncera & clara intentio fuit, Pacem in Germania conſervare, nec à ſua parte eandem rumpendi cauſam ullam præbere? E contrà dum Sueciæ Rex nullâ prorsùs neceſſitate compulſus, ingentes è Germania Copias & ultra 30000. fortium Virorum collegit, inq; Poloniæ Regnum tam ex parte Imperatoris & Ordinum Imperij, quàm ex parte Suecorum Pacis Weſtphalicæ particeps factum, hoſtiliter induxit; nunquid juſtam inde cauſam Poloniæ Rex arripere potuit, inito cum Rege Daniæ fœdere, Provincias iſtas ſatisfactorias ut hoſtiles, aggredi, devaſtare, Suecis eripere, priſtiniſq; juſtioribus Poſſeſſoribus reſtituere?

Sed haud opus eſt, explicandis hujuſcemodi totius negotij circumſtantijs. Animadvertit Adverſarius cauſas nomine Regis Hungariæ & Bohemiæ Electoribus expoſitas, prægnantiores eſſe, quàm ut ſiniſtrâ circumductione animis illorum evelli poſſint. Igitur ut nebulam quandam perſpicacibus eorum oculis obducat, tria membra monſtroſo ſuo contextui aſſuere nititur.

Tri-

736 726

Tripartita Adverſarij Libelli Propoſitio.

PRimum eſt, quod nuper defuncta Sacra Cæſarea Majeſtas non modò impediverit Pacem inter Sueciam & Poloniam, ſed etiam ſimul excitaverit Regi & Regno Sueciæ alios Hoſtes, imò ipſi Imperio Romano Germanico varias hoſtiles invaſiones, eoq́; ipſo in cauſa fuerit, quòd & Rex Sueciæ alios in ſocietatem Armorum contra Poloniam admiſerit, & quòd Regnum Poloniæ inde miſerè ſit afflictum.

Videamus igitur quomodo hæc probentur!

Primò dicit comprehenſum quidem in Pace Oſnabrugenſi Regem & Regnum Poloniæ: ſed ſuo modo: abſurdumq́; fore, ſi Regum & Populorum dictâ Pace comprehenſorum Controverſias ſimul ſopitas eſſe debere præſupponi vellet. Deinde narrat pactis Stumdorffianis An. 1635. proviſum fuiſſe, ut de perpetua Pace inter duo iſta Regna, Sueciæ nimirùm & Poloniæ facienda, peculiaris tractatus inſtitueretur, idq́; paulò poſt concluſâ Germaniæ Pace tentatum, ſed ut ex Protocollo ſeu Litteris Archi-Epiſcopi Gneſnenſis apparet, inſtinctu Domûs Auſtriacæ impeditum.

Ab Imperatore defuncto Magnum Moſcoviæ Ducem inductum, ut bellum Suecis inferret.

Comitem Pöttinganum non ſyncero animo componendæ Pacis causâ miſſum, ſed ut Suecos, Polonosq́; ad eam ſuâ ſponte pronos aliquantiſper diſtineret, & intereà Belli flammas concitaret.

In his nugaciſſimis objectiunculis tota primi membri moles conſiſtit. Quas equidem vaniſſimas ac falſiſſimas eſſe, æquus Lector ex ſequentibus judicare poterit.

Regem, Regnumq́; Poloniæ Pacis Oſnabrugenſis participes eſſe ſuo modo, ait Adverſarius. Hoc eſt, ut controverſiæ antiquæ vel novæ alia ex cauſa, quàm ex Bello Germanico ortæ non videantur eſſe ſopitæ, ſed quòd nihilominùs cuiq́; licitum permaneat, eas proſequi, & ſi amicabili compoſitione finiri nequeant, armis & Bello vindicare. Sit ita. Si nempè tales controverſiæ non ex Bello Germanico natæ, nec cum eo quicquam commune habeant.

At verò hujuſmodi cautela hoc comprehendi, quòd Hoſtilitates uni alterivè bella gerentium parti vindictæ, auxilijvè causâ illatæ, perpetuâ oblivione deletæ eſſe cenſeantur. Neutriq́; Pacem concludenti licitum eſſe debeat, ijs qui ſuo Adverſario ut Hoſti, durante Bello ſuppetias miſe-

miſerant, novum inferre Bellum, nemo tam perfrictæ frontis erit, qui id negare auſit. Nam hoc ſi licere contenderetur, fruſtranea prorſus ac inutilis, fallax & illuſoria eſſet hæccè cautela & participatio initæ pacis. Huncq; ſenſum eſſe, patet ex ſimili cautela Inſtrumento pacificatorio Germano Gallico ſubjuncta, ubi Sabaudum & Mutinenſem Duces ideò iſti Paci incluſos volunt Galli, ne ob præſtita ſibi auxilia, durante cum Cæſare Domoq; Auſtriaca bello aperto, vindictæ ſtimulis expoſiti relinquerentur. Quin imò multò latiùs extendi volunt, ut nimirùm etiamſi inita poſt finitum Germaniæ bellum, cum Hiſpanis ac Auſtriacis pacta rumperent, nihilominùs tamen ob clauſulam iſtam Inſtrumento Germano Gallico ſubnexam, nec ab ipſo Romano Germanici Imperij ſummo arbitro caſtigari poſſint. Quaſiverò perfidiam bis, ter, aut millies commiſſam punire aut caſtigare ob ſociorum qualiumcunq; objectas prætenſiones non liceat?

Ex his clarè ſequitur, cauſam illam quam Rex Sueciæ in ſuo contra Polonos publicato claſſico, ob conceſſum militi Cæſareano tranſitum allegaverat, vigore dictæ cautelæ planè nullius eſſe momenti aut ponderis, juſtiſſimèq; inferri poſſe, Suecum contrariâ ſuâ actione pacem hoc loco rupiſſe.

Quid ſi Imperator pari ratione ſibi imaginatus fuiſſet, ſe quoq; comprehenſione iſtâ ſalutari obligatum non eſſe, aut quæ durante Bello Germanico à quibuſdam Polonis in favorem Suecorum geſta fuerant, multa relinqueret, ac perpetuâ oblivione ſepulta conderet: eâq; mox pace Germanicâ concluſâ vindicare ſtuduiſſet. Nempè cum haud abſq; ſumma ingratitudine auxilia Duce Arnhemio Polonis in periculoſiſſima eorum Criſi ſubmiſſa, repulerant, pacemq; Anno 1629. cum Guſtavo Adolpho Sueciæ Rege, Galliæ & Angliæ Regum Legatis adnitentibus concluſerant, eo ſcilicet illi propoſito fine, ut tantò citiùs Imperatorem in Germania Armis ſuis aggredi poſſet. Aut cum poſteà haud exiguas turmas Equeſtres è Polonia in Caſtra Suedica tranſmeaſſe conſpiceret. Aut cùm Poloni Banerio à Cæſareano milite obſeſſo connivendo permiſerant, ut uxorem ſuam cum omni ſupellectile & præda mille ducentis Equitibus ſtipatam per Poloniam in Pomeraniam deduci curarent.

Certè ſi hæc talia Imperator poſt concluſam Pacem, non obſtante illâ clauſulâ participatoriâ pacis, vindicare, Armaq; in Polonos movere auſus fuiſſet, Sueci haud dubiè Polonis Imperatorem fractæ pacis accuſantibus aſſenſi fuiſſent, Armaq; cum ipſis in Cæſarem moviſſent.

737

Quod ergo ipſi juris in Cæſarem ſibi competere putaſſent, idem & Cæſari in ipſos competijſſe negare haud quaquam poterunt. Hoc eſt, jure merito dici poſſe, Suecos ob tranſitus illos Tribunis Cæſareanis Cracovio & Bothio per fines Poloniæ conceſſos, cauſam legitimam moti noviter in Polonos Belli obtendere non potuiſſe, ſed hoc ipſo Pacem fregiſſe.

At verò tranſeant hæc, Adverſarius cum explicando *ſuo modo* parcus & jejunus eſt. Nihil ſolidi habet. Nec ſe in rei ſubſtantia diffundit. Deſultat à fractione ſua propria cõmunicatæ cum Polonorum gente Pacis Germanicæ, in accuſationem Imperatoris & Domûs Auſtriacæ. Quod illorum ſtudio, operâ, aſtu & diligentiâ, tractatio Pacis inter Suecos & Polonos Lubecæ cæpta, dilata, diſſipata, inq; ventos exploſa fuerit, hoc unico argumento nixus, quòd Magnus tum temporis Regni Poloniæ Cancellarius, poſtea Archi-Epiſcopus GneſnenſisLegatos Polonos Lubecæ agentes literis monuerit, pacem ibi non eſſe concludendam, ſed excuſationibus aliquarum difficultatum in aliud tempus differendam. Nam ſpem apparere, quòd Auxilia Auſtriaca Polonis ſint acceſſura, Claſſemq; ex Hiſpania venturam, ac pecuniam Belli nervum ſecum advecturam. Ponamus caſum ſcripſiſſe hæc talia Dominum Cancellarium. Quomodo inde evinci poterit, à Cæſare promiſſa fuiſſe? Cum certò conſtet, Suæ Majeſtati planè nihil negocij cum iſto Tractatu Lubecenſi interceſſiſſe, nam nullos ibi Nuncios nullos Exploratores, nullos rerum alienarum Indagatores unquam habuit. Auxilia iſta cum belli nervo ex Hiſpania Claſſe Maritima advectum iri, jactat Cancellarius. Hoc certè in Cæſaris poteſtate non fuit. Ad Hiſpanos pertinet maritima potentia non ad Cæſarem, non ad Principes Auſtriacos ſuis in Germania Provincijs prædominantes. Si ergo Hiſpani hac in re peccarunt, quid hoc ad Cæſarem?

Quomodocunque hæc ſe habeant, major profectò culpa Svecis quàm Polonis imputari poteſt. Si enim pacta Stumdorffiana accuratiùs expendantur, Svecis nullâ licitum eſſe potuit ratione, Inducias illas, quicquid moræ aut culpæ Tractatibus Lubecenſibus obfuerit, adeò leviculo & inani prætextu rumpere.

Nam Anno Domini 1635. die 12. Menſis Septembris, cum ob negatam abdicationem Hæreditariæ Succeſsionis in Regno Sveciæ inter Wladislaum Poloniæ Regem, & Chriſtinam Sveciæ Reginam Pax perpetua confici nequiret, pactæ ſunt Induciæ ad Annos Viginti Sex, nempè ad unde-

ad undecimum Menſis Julij diem, Anno Chriſti 1661. ac diſertè cautum, quod durantibus iſtis inducijs agi debeat de conſtituenda pace perpetua, & ſi ſemel iterumque non ſucceſſerit talis Tractatus, nihilominus eædem Induciæ integræ manere debeant ac ſervari.

Idque etiam Anno 1651. Inſtituto primo Lubeccæ de ineunda pace perpetua tractatu, quamvis ob difficultates quaſdam obortas in Caſſum iverat, atque Viceſimo Menſis Aprilis die ſt. v. Anno inſequenti, ut reaſſumeretur ibidem concluſum fuerat, utriuſque partis voluntate & confeſſione denuo confirmatum, quòd nimirum non obſtante translatione cæpti Tractatus in aliud tempus *Induciæ utrimq; illæſæ* perdurare debeant. Inſtrumentum deſuper confectum, in manus Legati Gallici, nomine ſui Regis, Officio Mediatoris fungentis depoſitum hoc teſtatur. Et quicquid in eo continetur, non modò Regina Chriſtina Litteris, ad eundem Legatum datis confirmavit, ſed ipſemet modernus Sveciæ Rex Carolus Guſtavus in Epiſtola ſua denunciatoria die 3. Anno 1654. ad Regem Joannem Caſimirum, data, antiquam illam inter utraque hæc Regna neceſſitudinem per complures jam Annos Induciarum pactis reſtauratam continuatamque prædicat & laudat

Quo ergò jure Anno mox inſecuto rumpere illas potuit, cum nihil omninò Hoſtilitatis toto iſto tempore ſibi à Polonis illatum conqueri poſſit?

Quo fundamento, aut quo leviſſimo prætextu Imperatorem FERDINANDUM III. feliciſſimæ recordationis, Ejuſque Filium Sereniſſimum Hungariæ & Bohemiæ Regem accuſare poteſt, quaſi per hos ſolos confectio Pacis illius perpetuæ diſturbata & impedita fuerit? Cum toto iſto Induciarum tempore nec ab Hiſpanis nec ab Auſtriacis, nè unicus quidem Miles fuerit vel promiſſus vel ſubmiſſus.

Certumque eſt in illo Tractatu Polonos ſemper laudabili candore & ſynceritate egiſſe, nec per illos ſtetiſſe, quo minùs Pax perpetua concluderetur. Legatos verò Svecicos arcano quodam fine, novas inſuper majoreſque difficultates proritando ad libitum præliminaria protrahere ſtuduiſſe; Quæſtionemque de Titulo & Inſignibus Regni Sveciæ à Legatis Polonicis nè cognitam quidem objectaſſe, diverſiſque temporibus in medium produxiſſe, Ut nimirum hujuſmodi aſtutijs & protelationibus Tractatum capitalem remorationibus innecterent. Adeô ut Legatus ipſe Gallicus faſſus ſemper fuerit, ſinceram ſe in Polonis faciendæ Pacis voluntatem deprehendiſſe.

738 728

Sed eſto: Regem Poloniæ remotarum Gentium Claſſem in Mare Balticum invitaſſe? fœderaque cum diverſis Principibus ac populis ambijſſe. Sui id tuendi non Svecos offendendi cauſa, Commerciorumque utilitate rebus ſubditorum ſuorum providendi ſtudio factum cum ſit, quis reprehendat? Quis Inducias hoc modo ruptas probet? Quis Domum Auſtriacam ob amicitiam cum Polonis antiquiſſimo tempore contractam impeditæ pacificationis ream arguat?

At verò cùm Adverſarius tam apertis mendacijs & calumnijs nihil ſe efficere poſſe animadverteret, Tractatus Pacificationis inter Poloniæ Regem & Magnum Moſcoviæ Ducem Anno 1655. & ipſo ſcilicet tempore cæptos, quo Suecus Arma coëgerat, Exercitusq; tam è Germania, quàm ex ipſa Suecia conſcriptos ad invadendam Poloniam itineri commiſerat, per Cæſareæ Majeſtatis Ablegatum ita turbatos fuiſſe obtendit, ut Pax, quam Suecus cum Polonis inire conſtituiſſet, impediretur.

Proh Deum immortalem! quanta hæc impudentia, Regem Succiæ durantibus inducijs, nullâ offenſione læſum, exercitu Poloniæ fines ingreſſum, nihil aliud in animo habuiſſe, quàm ut Pacem conficeret, Imperatorem Ferdinandum peccâſſe, Paciſque confectionem turbaſſe, quòd Moſchum ad Pacem cum Polonis ineundam monuerit.

Si Suecis licitum eſſe Adverſarius putat, vi & armis cogere vicinum, cum quo de jure ſibi competenti diſceptatio eſt, priuſquam induciæ deſuper confectæ exſpirârint, ut jure ſuo cedat, Provincias in ſua poteſtate & ditione ſitas, hoſti ſubmittat, Pacemq; ſupplex petat.

Si Rex Succiæ rupti Armiſtitij accuſari ſe non poſſe cenſeat, quòd Arma Poloniæ intulerit, Pacis tantùm conſequendæ causâ: quæ culpa Regi Poloniæ imputari poterit, cùm ſua intereſſe cenſuerit, ut uno cum hoſte litem componeret, junctisq; cum illo Armis alterum multo injuſtiorem feliciùs debellare, atq; ad ineundam æquiorem Pacem compellere poſſet. Certè ipſa natura hoc dictat, ut qui duobus infeſtatur Hoſtibus, uno ad amicitiam redacto, alterum perfidiùs agentem opprimat.

Nec Cæſar aliud in mente habuit, quàm ut ſuâ operâ & ſuaſu, Moſchoviæ Ducem, Suecicâ Legatione paulò ante in Polonos concitatũ, ad pacatiora conſilia commovere, Poloniæq; Inclytum Regnum velut antemurale contra infideles ab inſtanti internecione conſervari poſſet.

Quæ enim Pax à Suecis ſperanda fuiſſet, illis ab Occaſu, Moſchis ab Oriente totam Poloniam crudeliſſimè infeſtantibus? Certè nulla alia, quàm ut in ſervitutem abductis liberis & conjugibus, ereptis omnibus bonis,

bonis, devaſtatis ac everſis Sacroſanctis Eccleſijs, amiſſo libertatis ſtatu, hinc & illinc miſeri Poloni ut Mancipia diſtraherentur, ac utriusq; Tyrannidi ſubijcerentur. Hâc ſcilicet ratione bella ex Ambitione & Pleonexia nata Pacis cauſæ eſſe ſolent.

Hanc unicam fuiſſe eorum mentem & intentionem, inde conſtat, quòd Menſe Junio Anno Dñi. 1655. Stockholmij & Tartarorum & Moſchovitarum Nuncios ſecum Rex habebat, atq; ad concitandum illarum Gentium ferociam adverſus Polonos, ſuos quoq; ad illorum Principes deſtinaverat. Quanto ſtudio, quanto fervore, quantâq; ſollicitudine Anglorum illum novum Protectorem ſibi hunc ad finem ſociaverit, nemo eſt, qui ignoret.

Quâ impietate, quanto diabolico odio adversùs Catholicam Romanam, itemq; adversùs Græcam Eccleſiam inflammatus à Turcarum Imperatore amicitiam, Confœderationemq; æternam & inviolabilem ambiverit, Oratio Legati Suedici ad Portam illam Ottomanicam habita, nimium clarè demonſtrat.

Hæc cùm ita ſint, nemo prudens, rerumq; gerendarum peritus negare poterit, Polonos prudenter & rectè feciſſe, quòd operâ & curâ Suæ Cæſareæ Majeſtatis Moſchum à Suecorum partibus abſtraxerint, ſummamq; hujus negotij Cæſari jure meritò laudem eſſe tribuendam: Nec enim hoc Pacem inter Suecos & Polonos impediendi aut dirumpendi cauſa factum: Sed ut repreſſis ambitioſæ cupiditatis ſtimulis Sueciæ Rex tantò citiùs ad amplectenda Pacis media compelli poſſit.

Si Rex ille noviter ad tanti Regni Thronum evectus, officio ſuo congruens eſſe aut fuiſſe perſuaſum omnibus voluit, ut monere, hortari, inſtigare, minis etiam Sereniſſimum Electorem Brandeburgicum ad fœdus ſecum contra Poloniæ Regem, cui homagio ob Ducatum Boruſſiæ obſtrictus erat, ineundum cogere licuerit, priuſquam nè verbo quidem Moſchus ab Imperatore Romano de acinace in Suecos ſtringendo monitus fuerat. Quemadmodum id literis ad Dominum Electorem Freyſtadio Calendis Decembris Anno 1655. datis, ſatis exprobranter oſtendit. Quâ ratione probare poterit Cæſari vitio vertendum, quod Anno demùm integro poſt elapſo, ut ex ipſiſmet Polonorum cum Moſcho agentium per Suecos interceptis, & Typis evulgatis literis conſtat, id officij in ſe ſumpſerit? Suecus bello injuſto Polonum aggredi licitum ſibi putavit. Cæſar ut alios à ſocietate adeò noxia deduceret, jure Divino, Naturali & Gentium ſe obligatum ſenſit.

739 729

Suecus ſimulato Pacis deſiderio, bello & armatis ſocijs, novas ſibi Provincias acquirere diu noctuq; meditabatur.

Cæſar veræ Pacis obtinendæ causâ, & Moſchum & Tranſylvanum, ut à violenta illa alieni Principatus invaſione abſtinerent, officij & neceſſitudinis ſuæ reſpectu admonendos judicavit.

Suecus novi Regni acquiſitione Ottomanicæ Portæ ſe Vicinum, ut conjunctis infidelium ſecum armis, Idololatras, ut criminatur, Catholicæ Romanæ & Græcæ Eccleſiæ addictos Principes everteret, ſuæq; ſubjugaret Tyrannidi, in votis præ ſe ferebat, Legatiq; ſui ſcripto & voce teſtatum faciebat.

Cæſar ut hoc caveret, Vicinum Amicum conſervaret, multiplicationem Hoſtilitatis adeò ſollicitè quæſitam imminueret, Lege Divinâ, Naturæ & Gentium ſibi incumbere noverat.

Suecus ad novi Regni Solium evectus, nec à Moſchoviticis, nec à Polonis, nec à Tartaris, nec à Turcis quicquam periculi metuendum habebat: gaudebat ſummâ Ordinum & ſubditorum ſuorum obedientiâ, tranquillitate & Pace: Ditatus erat novâ celebrium aliquot Germaniæ Principatuum acceſſione, nec Cæſar, nec Hiſpanus, nec Domus Auſtriaca quicquam Hoſtilitatis in eum decreverant.

In tanto Regiæ ſuæ dignitatis ſplendore conſtitutus, inducias Stumdorffianas rumpit, Vicinum Poloniæ Regem, Moſchovitarum Armis infeſtatum, Coſaccorum rebellione debilitatum, Ordinum quorundam variatione turbidum, nullâ prorsùs injuriâ laceſſitus invadit: Solumq; Cæſarem Pacis amantiſſimum & ſtudioſiſſimum coram Sacri Romani Imperij Ordinibus accuſatum ire jubet, quòd curam in ſe ſumpſerit avertendi tanta Vicinis ſuis, imò ſibimetipſi impendentia mala, non armis, ſed ſolâ interpoſitione & dehortatione per Nuncios factâ.

An non ergò Rex Suecus præcipiti ſuâ exorbitantiâ magis quàm Pijſſimus Imperator, in oppoſitum tentatâ partium quarundam mitigatione peccaverit, Juſti & æqui tenax Lector judicet.

Pergit tamen Adverſarius in malevolentia ſua, & quod hactenus re & opere credibile ſe facere non poſſe animadvertit, verborum fallacium amarulentia exagitat, quaſi Imperator non Moſchum tantùm, ſed & Regem Sueciæ ſimulatâ Pacis tractandæ oblatione decipere ſtuduiſſet. Ait
»enim. Cùm Rex Poloniæ ſe ad componendam Pacem ſponte offerret,
»& utrinq; ſpes boni ſucceſſus appareret, miſiſſe Cæſarem, Menſe No-
»vembri Anno Dñi. 1655. Comitem à Pöttingen ad Regiam Majeſtatem

Sue-

»Sueciæ, ut verbis mediationem offerret, reapſè verò diſſidio oleum »adderet, &c.

Hæc calumnia profectò non Imperatorem tantùm, ſed Electorem Brandeburgicum primo loco, deinde & Moguntinum, & Saxonicum, imò totum Sereniſſimum Electorale Collegium graviſſimè infamat.

Nihil enim hic Cæſar ſua duntaxat ſponte præ manibus ſumpſit, nec è proprio Cerebro Pacis tractandæ ſomnia finxit. Quicquid hoc nomine factum aut cogitatum, ab Eminentiſſimorum & Sereniſſimorum iſtorum Electorum ſuaſu, conſilio & inſtigatione natum eſt.

Ergo ſi Cæſar re & opere oleum diſſidio inter Polonos Suecosq; alendo affundere conatus eſt, idem ſcopus, idem finis, idemq; dolus Dominis Electoribus imputandus erit. Sed abeat in malam crucem cum tot impudentiſſimis obtrectationibus,non enim homini ſenſato credibile eſſe poteſt, Regem Sueciæ probroſis adeò, atq; ab omni veritate alienis criminationibus tam Sacrato Monarchæ, tantisq; Romani Imperij Principibus injuriam fieri velle, idq; ut faceret,Miniſtro ſuo in mandatis dediſſe.

Ut igitur omnibus conſtet, unde illa Pacis conciliandæ intentio nata ſit, ſciendum eſt. Imperatorem Ferdinandum ſtatim in principio Anni 1655. Blettenbergium (ut ſuprà innuimus) ad Regem Sueciæ, quem jam tum colligendis Militibus occupatum perceperat, Stockholmium miſiſſe, eâ duntaxat causâ, ut perſcrutaretur num amicitia è Pace Weſtphalica cum Regno Sueciæ orta durabilis eſſe videretur. Juſſitq; ſæpiùs illi ob oculos ponere, nihil Suæ Majeſtati magis cordi ac curæ eſſe, quàm ut omnis ſiniſtra ſuſpicio, quæ alterutri ſollicitudinem quandam Hoſtilitatis quaquâverſum imminentis inijcere poſſet, è medio tolleretur. Rex ſuis quoq; partibus non defuit, Imperatoris fiduciam de amicitiæ ſuæ candore laudavit,ac ſæpiſſimè conteſtatus eſt, nec à ſuis cogitationibus quicquam magis alienum eſſe,quàm ullâ ratione de inferendo à quibus tunc quidem temporis nihil periculi metuendum haberet, bello ſe ſuſpectum reddere: Satis ſe experientiâ doctum, quæ calamitates, quæ deſolationes, quæ ruinæ, quæ clades, bella ſolâ ambitione & innati odij ſtimulo moventibus oboriri ſoleant. Regnum ſe ſuum noviter acquiſitum in tranquillitate, Pacisq; cum Imperio Romano Germanico initæ ſecuritate ut conſervetur, in votis habere.

Inermem tamen ſe diutiùs eſſe non poſſe, quod animadvertat Bellum iſtud inter Polonos & Moſchos enatum indies magis magiſque exacerbari.

cerbari.

740

cerbari. Imperator hujuſce modi millies ac millies profuſis conteſtationibus fidem habuit, non milites, non Arma collegit, etiam Sueco ingenti cum exercitu finibus Poloniæ appropinquante.

At verò cum ſollicita mente quid faciendum, & quâ ratione ingens malum, quod Poloniæ Viſceribus imminere videbatur, avertendum eſſet, perpenderet, miſit Sereniſſimus Elector Brandeburgicus reſpectu ditionum ſuarum quaſi inter Sacrum & Saxa conſtitutus, Legatum ad Suam Majeſtatem ut graviter exponeret, quanta ſibi alijſq; vicinis Principibus ob ingens à Svecis & Moſchis Regno Poloniæ bellum illatum, pericula & damna imminere viderentur, ſuadens & rogans ut Suâ interpoſitione Controverſias adeò ferventer hinc indè motas componi curaret.

Imperator re cum Electoribus Sacri Romani Imperij communicatâ, non ipſe tantùm graviſſimi & difficillimi hujus negocij curam in ſe ſuſcipere voluit, ſed ut è Collegio Electorali, Moguntinus & Saxo ſibi adjungeretur lubens volenſque permiſit.

Quæ cùm ita ſint, quâ fronte invectivæ illius Suedicæ Auctor obtendere auſus eſt, Imperatorem has Mediatoris aut Compoſitoris partes, non bonâ fide, ſed fallendi potius cauſa in ſe ſuſcepiſſe. Quippe cum haud ipſum latuerit, plures alios dictante Lubecenſi Tractatu, ad hoc Mediationis Officium adſciſci oportere. Sit ita. Num indè ſequitur, reaſſumptis prioribus Arbitris, novos quibus majora è parietis proximi incendio inſtare pericula videntur, tam boni ac laudabilis operis Conſortes eſſe non debere? Num conijcere indè rerum peritis licet, non promotione Pacis, ſed acerbiorem animorum exaſperationem quæritari? Nimirum hoc unicè Sueco Regi propoſitum erat, non Amicorum, non fœderatorum, non ſociorum arbitramento tam injuſti belli compoſitionem ſubmittere, ſed armis ſuis quaqua verſum graſſantibus, quas libuerit Leges non Polonis tantùm, ſed inſuper & alijs præſcribere.

Cùm Courtinium ſuum ad Regem Galliarum pecuniæ expiſcandæ cauſa mitteret, ſatiſque cognitum haberet, Gallum Arbitri & Interpoſitoris Officio fungi cupere, injunxit illi, ut oſtenderet gratiſſimum ſibi quidem eſſe hoc tanti Officij genus: Sed cùm indè Conſequens fore videretur, ut plures etiam alij Mediatores admitti deberent, unde haud exiguæ difficultates potiùs ad inflammandum, quàm ad extinguendum iſtud Bellum ſuboriri poſſe metuendum eſſet, gratiùs ſibi fore, ſi hoc interpoſitionis Officium omitteretur, idemque ſe Imperatori operam compo-

componendæ Pacis offerenti reſpondiſſe. Ergò non Imperatori tantùm, ſed nec & ipſi Galliarum Regi ſibi quantumvis fœderatiſſimo fidere voluit?

Miniſtris tamen Gallicis ut libidini ſuæ & ambitioni, opera ſua ſervirent, uti voluit.

Verba inſtructionis Curtinij Gallico idiomate hæc aliquanto latiùs ob oculos ponunt.

Que pour la mediation de cette paix nous ſçavons, que nous ne pourrions pas attendrè d' offices plus utiles ny plus ſynceres, que des Ambaſſadeurs de la France, eſtans aſſez informés par l' experience de la veritable affection, avec la quelle le Roy tres Chreſtien regarde Nos intereſts: mais d' autant que cette Mediation en preſuppoſeroit d' autres que Nous avons remarqués eſtre tres pregjudicables à nos affaires, come tendant à perpetuer la Guerre pluſtot, qu'a l' eſteindre le dit Courtin fera trouver bon, que j' ay faict celuy de l' Empereur. avec cette reſerve, pourtant que Nous ne desapprouvons pas, que ceux de France nous ſervent indirectement & par forme d' entremetteurs dans cette negociation. Dans la quelle come nous ſcavons les ordres precis que le Roy tres Chreſtien à envogés a ſes Amb. pour l' employere tout leur pouvoir à nos rendre ſervice, &c.

Quæ autem excuſationes in libello iſto Accuſatorio de longiori & illuſoria Legati Cæſarei circumductione proponuntur, vaniſſimæ ſunt. Etſi enim ſæpius tum per literas tum per Reſidentem illum ab Iſola nominatum Regem interpellaſſet, ut tempus & locum ſe conveniendi determinaret, nunquam tamen certum deſuper reſponſum obtinere potuit. Menſe Februario, Anno 56. Thorunium venerat, ſperans intrà paucos, ut rumor erat dies, ibi Regem quoque adfuturum; ſed iſtius Loci Præfectus paulo poſt Legato ſignificare juſſus eſt, Regem quidem in ea fuiſſe ſententia, ut Thorunium venire voluerit, ſed intellectis hoſtis ſui novis machinationibus, ut his quamprimum obviam iret, coactum. Itaque Legati Arbitrio ſe committere, an Regem Warſoviam uſque ſequi vellet.

Factum hoc. Sed nec ibi Regem invenerat. Jam enim is toto cum Exercitu ſuo Polonum ad Confinia Ruſſiæ nigræ ſeu Meridionalis agentem inſequi, ac funditus delere decreverat.

Nihilo minus tamen Legatus Cæſareus etiam illuc iter ſuum ſuſcipere ſe velle, ut tandem aliquando mentem Sveciæ Regis de admittenda

131 741

vel omittenda Cæſaris Electorumque mediatione, percontari poſſet certius, Literis 22. Martij Anno 56. ad ſuam Cæſaream Maj: Warſoviæ datis ſignificavit.

At verò dum Copiarum Svecicarum Adventum, quæ ſuppetias Regi ſuo ferre juſſæ erant, pro tutiori itinere fruſtrà expectaret, jamque illum re infectâ, celeri fugâ ad Poloniam Septentrionalem vicinamque Boruſſiam ſalutis quærendæ cauſa properare intellexiſſet, Eumque Mariæburgum uſque ſequutus, mentem Imperatoris explicaſſet, nihil tamen de admittenda Mediationis opera obtinere potuit. Sed Literis, quibus Rex Sveciæ Imperatoris operam ad tractandam Pacem refutabat, ſibi traditis, iter ad Imperatorem relegere coactus eſt. Cauſa autem nulla alia in literis iſtis exponitur, quàm, ut ſuprà dictum, priores in Tractatu Lubecenſi adhibitos Arbitros negligi non poſſe; & ſi invitarentur, ob longinquitatem itinerum, negocium hoc longius, quàm convenire videretur, protractum iri.

Sed excuſatiunculam hanc vanam ac fruſtraneam eſſe ex eo conſtat, quòd in dicto Tractatu Lubecenſi planè nullorum aliorum mentio fit, quàm Regis Chriſtianiſſimi, cujus Legati & Inter-Nuncij D' Avancurtius, & Umbrarius toto iſto tempore, quo Comes Poëtinghius in Polonia agebat, ad Sveciæ Poloniæque Reges, hinc indè transcurſitabant.

Hæc cùm ita ſint, ſatiſque manifeſtum indè fiat, Regem Sveciæ nihil aliud in animo habuiſſe, quàm ut rejecto omnium Chriſtiani Orbis Principum arbitrio ſolus ipſe Armis Victor Poloniam univerſam ſibi ſubjiceret, Legemque præſcriberet.

Novas hujus perverſi ſtudij cauſas obtendere Adverſarius conatur. Quarum hæc potiſſima, Literis à Palatino Siradienſi Domino Joanne Koniezpolski ad Miniſtrum quendam Imperialem 22. Januarij A. 1656. ſcriptis, iſta contineri verba.

Hoc infelici Patriæ noſtræ tempore confugimus ad Patrocinium & Tutelam Sacræ Cæſ. Maj. uti ſupremi Chriſtianitatis totius Protectoris. Nec equidem in ea nunc fallimur protectione.

Ex his verbis perſvaſum vult, ſi Imperator diſſidia Sveco Polonica vigore vel ſummi Imperij vel ſuſceptæ Protectionis componere ſe velle conſtituerit, Regem ſuum Interpoſitionem ſeu Mediationem hanc ut indifferentem, vel ſi mavis, Imperialem acceptare nec potuiſſe nec debuiſſe.

Ergóne nullus Chriſtianorum Principum, quoſdam inter ſe belligeran-

gerantes ad Pacem hortari, operamque ſuam & arbitrium offerre poteſt aut debet? Ergò nullâ ratione offerentibus conſentiendum, niſi prorſus alieni ſint, nihilque ex confectione Pacis commodi aut incommodi expectandum habeat? Undè autem hoc probas? nunquid hoc Chriſtianæ Legi congruum.

Non eſt opus de ſumma Imperatoris Rom. poteſtate multa in medium adferre. Quod ſit Mundi Dominus, ut l. Deprecatio. C. ad L. Rhod. de jactu. Imperator Antonius gloriatur. Advocatus certè eſt Eccleſiæ, quod & Capitulatio Cæſarea probat ac ſancit. Ergò ad officium ejus pertinebat, ut ſuo Mediationis officio Catholicæ Eccleſiæ interitum per Arma Svedica in Regno Poloniæ imminentem præcaveret.

Hoc ad propriam Imperatoris utilitatem extendendæ ſcilicet Dominationis arrogantiam non pertinet.

At verò ſi hac quoque intentione negotium mediationis ſuſcipere aut ambire cogitabat, num majorem indè reprehenſionem aut infamationem metuiſſet, quàm Galli, Hollandi, Angli?

Galli, Pacem ut iniret Suecus cum Polonis, non alia de cauſa tanto ardore, tanto ſumptu, tantâ diligentiâ urſerunt, quàm ut Hoſtem communem, ſui commodi causâ contra Domum Auſtriacam utrobique in Germania & Hiſpania excitarent. Hollandi id unicum difficultatis in animo ſuo fovebant, ut Pace inter Suecos Polonosq; initâ Mercaturæ ſuæ liberum Exercitium per mare Balthicum tantò ſecuriùs obtinere poſſent. Nam quòd hicce Commerciorum in mare Balthico uſus, ad conſervandum Hollandiæ Confœderatorum potentiam ſummoperè neceſſarius ſit, nemo eſt qui ignoret. Et hæc quidem unica cauſa fuerat, ob quam An. 46. Suecis auxilia contra Danos præſtiterant, hocq; ad Pacem cum illis magno ſuo diſpendio ineundam coëgerant. Non multùm abſimilis Cromvellij intentio fuerat. Si ergo his omnibus & ſingulis licitum eſſe Suecus negare non audet, quin operam ſtudiumq; omne impendant, ad evitanda privatis ſuis utilitatibus incommoda & damna, omni ſtudio, labore ac diligentiâ anniti, ut Bellum adeò periculoſum inter Suecos Polonosq; natum, finiatur, Paxq; æqua & utrinq; tolerabilis componatur.

Quâ ratione in malam interpretari partem licet, quod Imperator eâdem conſervandi ſui Vicini ſtatus causâ, eodemq; fine, tanto ſtudio, tantoq; candore arbitrium componendæ Pacis offerre auſus eſt? Idq; non propria ſponte. Non proprio Marte, ſed ambiente, rogante, inter-

171 742

pellante Electore Brandeburgico, ſuadenteque toto Collegio Electorali?

Non fuit unquam Pijſſimo Imperatori Ferdinando mens aut cogitatio ulla, ut hoc modo concitaret Electorum animos contra inſolentiam Suedicam, ſed ut ſatisfaceret adeò prudentibus & ſummâ laude dignis Electoris Brandeburgici precibus, reliquorumq; Electorum conſilijs. Comitem Pôttinghium in Oratione ſua ad Regem Sueciæ hujuſcemodi intentionis nullam factam eſſe mentionem, credibile non eſt. Nam Imperator hoc tantùm in mandatis illi dederat. Ut Regis mentem exploraret, an interpoſitioni ſuæ locum dare vellet. Hoc obtento, jam cum toto Collegio Electorali actum ac concluſum fuerat, ut Moguntinus & Saxo Imperatori ad manus eſſent, ſimulq; cum ipſo pacificandi ſtudium adhiberent.

Ex his omnibus ſanè perſpicuum eſt, falſiſſimum ac impudentiſſimum eſſe figmentum, quod Adverſarius legentium animis abſq; omni verecundia obtrudere nititur, quaſi Auſtriaci hac in parte nihil aliud intenderint, quàm ut eo ipſo præberetur Anſa Regi ſuo repudiandi Cæſaream interpoſitionem, indeq; Auſtriaci cauſam arriperent, concitandi alios, nempè Moſchum, Polonos, Tranſylvanum, Turcas, Tartaros, Danos, Coſaccos, contrà Suecos. Certè Imperator hoc unicum ſemper in votis habuit, ut Gentium iſtarum Orientalium irruptiones & rebelliones in Poloniam cohiberet, non ut contra Suecum Arma ſumerent. Sed Suecum ipſos ut partibus ſuis accederent ſummâ curâ ſollicitâſſe, negari nullâ poteſt ratione. Videatur illa ad Portam Ottomanicam facta nomine Regis Sueciæ propoſitio, quæ ſupra paucis allegata fuerat. Inde ſatis ſuperq; manifeſtum omnibus eſt, quanto ſtudio & quanto livore Turcam ad Arma mutua contra Domum Auſtriacam, contra univerſos Catholicæ Religioni per Europam addictos Principes, Reges & Reſpublicas concitare annixus fuerit.

Auxilia Tartarorum non ab Auſtriacis, ſed ab ipſiſmet Polonis implorata, juſſu Turcarum Imperatoris præſtita fuêre, ob amicitiam quam Polonia ab illa Porta Ottomanica dudum obtinuerat, ob Suecorum amplificandi Imperij ſui ambitionem retundendam. Ob Tranſylvani contra Portæ Ottomanicæ ſeveriſſimas dehortationes pervicaciam caſtigandam.

Polonos hujuſmodi auxilijs non nihil refocillatos, iniquiſſimis à Sueco oblatis Pacis Conditionibus aſſentiri noluiſſe quis reprehendat?

Svecus

Suecus primò totum ambiebat Regnum, Comitia Warſoviam indixerat: paulò poſt, integrum Boruſſiæ Ducatum ſibi addictum cupiebat, Poſnaniam, pluresq; inſignes Arces ac Ditiones, ſibi aut ſuis aſſeclis abſoluto Dominij jure relinqui volebat. In ſumma Regem Poloniæ Sceptro ac Regno mutilum, totius Europæ ludibrio expoſitum eſſe deſiderabat.

Juſta ergo fuit Polonorum reſponſio Regis Chriſtianiſſimi Legato data, quòd Pacem facere ſe cum Sueciæ Rege nec poſſe nec velle oſtenderent, niſi cum Exercitu ſuo toto Poloniæ Regno, ejusq; Provincijs excederet, proq; illatis Bello damnis ſatisfaceret.

Nec verò Reſidenti Cæſareo vitio vertendum, quòd intellectâ Gallorum verſutiâ, quâ Teſte ipſomet Poloniæ Rege, Imperatorem Domumque Auſtriacam pacificationis iſtius participem reddi nullatenus permittere volebant, Gedanum diſceſſit, omnemq; diligentiam adhibuit, nè quicquam in præjudicium ejus admitteretur.

Nec etiam Imperator inculpandus eſt, quòd rebus iſtis Polonicis adeò periculosè ſuccedentibus Comitia Imperialia non indixerit. Nam in Capitulatione Cæſarea aut Conſtitutionibus Imperij nullibi cautum eſt, Imperatorem rebus ſuis ad ſe ſuamq; Domum ſpectantibus, non niſi indictis Ordinum Imperij Comitijs, proſpicere aut Pacem cum Vicinis conſervandi causâ nihil niſi prævio Ordinum Imperij conſenſu tractare poſſe.

Peccavit potiùs ſat enormiter Sueciæ Rex, quòd nullâ laceſſitus injuriâ, nullâ compulſus neceſſitate, nullo immerſus diſcrimine integros è tota Germania collegit Exercitus, ruptis & fractis inducijs Regem Poloniæ bello aggreſſus eſt, hacq; ratione totam Germaniam ſummo objecerit periculo, ut Polono de jure Gentium licitum ſit hanc injuriam tam in Vicinas Germaniæ Provincias, quàm illas, maximè quæ Pace Oſnabrugenſi Suecis ceſſerant, ultum ire.

Sub finem hujus primi Membri cauſam Tranſylvani agere cæptat Adverſarius. Sed impertinenter. Nam à principio moti in Polonos Belli Sueciæ Regis mens non fuit, cum hoc Principe ſocietatem Armorum inire, perſpectum habens, quoſdam Poloniæ Magnates eundem oblatâ Succeſſionis Regiæ ſpe, ut ſuppetias ſibi contra Suecum ferret, ſollicitaſſe. Quas ille tum temporis negaverat, cùm animadverteret Suecum tantos feciſſe progreſſus, ut ipſe ſpe ſibi oblatâ potiri ſe poſſe haud crederet. Alebat enim Suecus in pectore ſuo haud abſimiles Alexandro Magno ſpiritus, Mundum ſcilicet hunc duobus regi Solibus non poſſe. Sed mu-

tatâ Belli fortunâ, cùm jam Suecus de obtinendo Poloniæ Regno deſperare inciperet, Tranſylvano miſſis ad ipſum Nuntijs ſuaſit, ut cum ſuo Poloniam invaderet Exercitu, Regiæ Dignitatis culmen arrepturus. At verò ſtultâ iſthâc perſuaſione ſeductus, & à Sueco turpiter deſertus, Armis Polonorum, Tartarorumq; devictus, pœnas quas meruerat, ſubivit, totoque exercitu ſuo amiſſo Pacis quidem Conditiones obtinuit: quibus tamen frui renitente Porta Ottomanica non potuit. Et ſi quid majoris periculi incurrat, ſolis id Svecorum fraudulentis perſvaſionibus acceptum, ut referat, neceſſe eſt; Novit enim quàm paternè Imperator ipſum à tam injuſtis invadendi alienum Regnum conatibus dehortatus fuerit: quantiſque Comminationibus & ipſa Porta Ottomannica hunc temerarium auſum effectui dari prohibuerit.

Nihil ergò ſolidi habet hic Adverſarius, quo Domum Auſtriacam commiſſæ alicujus injuſtitiæ arguere poſſit. Imperatoris & Bohemiæ Hungariæque Regis mens alia non fuit, quàm â Poloniæ Regno novas hoſtilitates avertere, Regi ac Magnatibus ſuis ſublevamen procurare, ut ſeſe contrà hoſtium perverſas & ſubdolas Machinationes defendere, inque ſtatum priſtinum Reipub. ſuæ conformem reſtaurare poſſent. Hoc ſi inſtar peccati reputandum putat Adverſarius, jure meritò inculpari poteſt ac debet, quod jura naturæ & Gentium, Legemque Chriſtianam, quæ proximum ſicut ſeipſum diligere jubet, impietatis accuſare moliatur.

Atque hæc detruncando primo Adverſarij membro ſufficiant.

» Alterum, ſanie & fætore non minus putidum Membrum hoc ſenſu » proponit, quod Domus Auſtriaca dextrè, procuratis aliorum Armis, » ad affligendum ſemper ſibi adverſantem Poloniæ Nobilitatem, demum benè contuſis & humiliatis Polonis affectaverit gradum ad Coronam Poloniæ, & adipiſcendi perpetui in eam juris ergò bellum hoc » ſuſceperit. Hæc ille.

Quot verba tot mendacia.

Quo Auctore, quibus documentis, quibus Teſtibus probas mi Ablegate, quod Domus Auſtriaca procuratis aliorum armis ad affligendam ſemper Poloniæ Nobilitatem uſa fuerit?

Nihil horum habes, nihil adducere potes. Ergò meriſſimæ ſunt & mendaciſſimæ à cerebro tuo Alectoico fumo turbato efficta nugæ.

Certè ex Hiſtorijs palam eſt, Nobilitatem Polonicam optimi ſui ergà Domum Auſtriacam affectus non rarò inſignia ſpecimina edidiſſe,

Princi-

Principes Auſtriaci tam ambitioſi nunquam fuêre, ut Regnum Poloniæ vel aſtu, vel dolo ambire cupiverint, id tantummodo curæ ac cordi ipſis fuit, ut firmam ac inviolabilem cum eo ſervarent Amicitiam. Quâ factum, ut non ſemel ipſamet Nobilitas, ſi non univerſa, magna tamen ejus pars Principem Auſtriacum ſibi Regem adſciſcendi curam ſumpſerit.

Cùm Anno Domini 1574. diſcedente Henrico Valeſio Regia Polonorum ſedes vacaret, ſub illo Interregno diviſis, ut atteſtatur Piaſecius in ſua Chronica, Procerum Nobiliumque ſtudijs factio Zboroviana adverſa elegerat alium Regem Poloniæ, quem? Maximilianum ſecundum Imperatorem Romanorum, num adeò avidum & deſideroſum tantæ potentiæ? Haud quaquam. Nam dum ille diutius deliberat, & Legatos è Polonia ad ſe miſſos Viennæ lento tractatu ſuper conditionibus ſuſcipiendi Regni, & de Anna Reginula Poloniæ Filio ſuo Erneſto Archiduci in Matrimonium collocanda remoratur, Stephanus Battoreus ab altera factione electus prævenit, nec à Maximiliano hoſtilitatem ullam expertus eſt.

Maximilianum inſuper Archiducem alterum Imperatoris prædicti Filium Regem ſibi præficere cupiebant non Catholici tantùm Nobiles Poloni, ſed & ſequioris Religionis.

Quàm libenter & fortiter in partes Auſtriacorum Principum orta à quibuſdam illorum ſubditis ſeditione tranſierint, operamque militarem gnaviter præſtiterint, in recenti memoria eſt. Quæ certè ut facerent, nunquam ſibi perſvaderi paſſi fuiſſent, ſi vel ſemel Exterorum Arma iſtorum Principum ſvaſu contrà ſe inſtigatata fuiſſe rumor aut ſuſpicio increbuiſſet.

Sed audiamus quibus Argumentis Lectori candido fucum facere annitatur Svedicus Ablegatus, Sereniſſimum Hungariæ & Bohemiæ Regem, hoc unicum in votis habere, ut certam extorqueat ſponſionem de Regno Poloniæ in ſe transferendo.

Primò ait, cùm Anno 1655. Rex Poloniæ Armis Suedicis Regno eſſet pulſus, & Quartiani nutarent (id eſt viciſſitudinis dolo fraudem fraudi reponerent) tum Auſtriacum quendam Miniſtrum Quartianis auxilia contra Suecos obtuliſſe, modò poſt fata Joannis Caſimiri, Corona iſtius Regni cuipiam è Domo Auſtriaca prognato Principi conferretur.

Sed quis fuerit ille Miſſionarius aut Internuncius, altum ſilet. Jure ergo factum hoc negamus: Nec enim tantum ſtuporem animis Augu-

ſtiſſi-

ſtiſſimorum iſtorũ Principum inſediſſe credibile eſt, ut à Milite Quartiano vacillante ſpem ſucceſſionis emendicare voluerint.

Pergit ergo latiùs, Imperatorem ſuaſiſſe, Tractatum cum Magno Moſchoviæ Duce cæptum rumpendum eſſe, nec hoc verum, fingas enim quantum velis. Rex certè Poloniæ nunquam rupit iſtum Tractatum. Sed approbationem ſua in poteſtate minimè ſitam, quo ad Succeſſionis Regiæ ſecuritatem ad Comitia futura pro more Gentis diſtulit. Nec hoc ægrè tulit Moſchus.

Factam fuiſſe oblationem de eligendo Succeſſore ad Regnum Poloniæ è Domo Auſtriaca, Poloni ipſi fatentur. Sponte id ſuâ, non Auſtriacorum ambitione compulſi fecerunt. Nec unquam acceptare Imperator aut poſt mortem ejus Filius Aug. Hungariæ & Bohemiæ Rex, hanc oblationem voluêre. Tum quod in memoria haberent, quantæ priſtinis temporibus, Hungaria, Bohemia, & Polonia unius ſimul Regis Imperio ſubjectis, difficultates & diſſenſiones haud rarò fuerint exortæ, tum quòd æmulationes Europæorum Principum quantum fieri poſſit, evitare cuperent.

Et quamvis hæc ita ſe habeant, atq; ipſimet Polonici Magnates, cum quibus nomine Regis ſui totiusq; Reipub. pacta illa Conjunctionis Armorum inita fuêre, teſtatum facturi ſint, Imperatorem & Regem Noſtrum in hac firmiter perſtitiſſe ſententia, & nè unicum quidem verbulũ de futura Succeſſione tabulis Pactorum inſertum fuiſſe. Adverſarius tamen futiliſſimis ſuis nugis inhæret, & ſtultâ opinione perſuaſum vult, id ex quodam Reſponſo Regis Poloniæ ad Legatum Gallicum die 15. Junij hoc Anno elapſo dato colligi poſſe. Regem enim obtendere ſe tam vigore Pactorum antiquorum, quàm fœderis noviſſimè cum Domo Auſtriaca initi, ità cum ea alijſq; eſſe conjunctum, ut ſine ejus ſcitu & conſenſu nec diem, nec locum, nec formam præſcribere poſſit Congreſſibus.

Nunquid inde ſequitur, pactam eſſe Domui Auſtriacæ Succeſſionem in Regno Poloniæ? Nihil minus. Pacta antiqua nihil de Succeſſione, ſed de præſtandis mutuò auxilijs loquuntur. Idem novis continetur. Quæ latiora quidẽ illis ſunt, ob præſens periculum pacta hæc æqualia utrumq; Paciſcentem adeò obligare ſolent, ut neuter altero invito Tractatum cum Invaſore aut Tyranno, alterutrius ſtatum invadente inire poſſit. Id ſi faciat meritò perjurus habetur.

Legatus Gallicus Polonum non de Succeſſore deligendo, ſed de Pace cum Sueco tractanda compellabat, idq; ut fieret Domo Auſtriacâ

vel

vel neglectâ, vel excluſâ prorsùs urgebat. Reſpondit Polonus ſibi hoc non licere. Summæ enim ingratitudinis vitium ſubijſſet, ſi aliter feciſſet. Rex Chriſtianiſſimus nuperrimè à Nuncio Apoſtolico, atq; Oratore Veneto interpellatus, ut tandem aliquando Pacem cum Avunculo ſuo Hiſpaniarum Rege iniret, facturum id ſe reſpondit, modò ejuſdem Pacificationis conſors admitteretur Protector ille aut Triumvir Anglicanus. Rectène facerent Auſtriaci aut Hiſpani, ſi ab excuſatione iſta argumentari conarentur, Gallum cum Anglo pactum, ut mortuo Cromvellio, Regna illa Anglicana Sceptro Gallicano ſubjungi debeant? Certè ab omnibus ſummis & infimis Aſininæ accuſarentur ſtupiditatis; eandem ergo jure merito ſtultitiam in Adverſarium retorquemus.

Jam ad Teſtimonia provocat quorundā Exulum: Poloni, inquiens, »ut hactenus Libero Jure eligendi ſibi Regem gaviſi ſunt: ita ex quo fa»ma caſſati ejus Juris etiam ad illos qui in exilio vixerant, emanavit, »illicò pactionem illam editis ſcriptis, & nullitatis & iniquitatis ſummæ »arguere cæperunt.

Quare non exhibes illa ſcripta? Cur non ediſſeris qui ſint illi Exules? Multos Poloniæ antiquiſſimos Cives & Incolas Rex tuus è patrijs ſedibus fugavit, expulit, bonis avitis ſpoliavit, atq; ad ſummam redactos inopiam in Exilium egit. Horumq; maxima pars ſub Domus Auſtriacæ Patrocinium confugit. Quibus omnibus conſtabat, hæc talia ab Hoſtibus in odium illius divulgari. Horum igitur Teſtimonio nugas tuas verificare nunquam poteris. Quod ad illos attinet, qui Suecorum partes ſtatim à principio ſecuti Regis ſui legitimi cauſam neglexêre, horum Teſtimonia, ſi quæ ſunt, nullo jure admitti poſſunt.

At verò ridiculum ſanè eſt, quod potiſſimo argumento probare ſe poſſe putat, Domum Auſtriacam acquirendi potiùs Poloniæ Regnum, quàm [illegible]ntis quaquaversùs imminentibus ærumnis ſublevandi ſtudio, auxilia tam diu diſtuliſſe. Nam ſi vel pactorum antiquorum obligatione, vel commiſeratione Chriſtianâ afflictis ſuppetias ferre æquum putaverit, Pacem illam Lubecenſem tantis viribus impediri non debuiſſe? Statim à principio contra Turcas, contra Tartaros, contra Moſchos, contra Coſaccos, contra ipſum Suecum Poloniæ jam tum prædominantem, auxilia præſtari oportuiſſe.

Quæ hîc iterùm de turbata Pacificatione Lubecenſi deblateras, jam paulò ante falſiſſimum ac mendaciſſimum eſſe oſtendimus, nec Auſtriacus, nec Hiſpanus iſti Tractatui interfuit. Nec literis nec internuncijs

D Poloni

Poloni ut moras necterent, ab iſtis moniti unquam fuerant. Sueci, ſi rem exactè perpendas, primi omnium fuerant, qui tantos objecerant ſtrepitus ob Mandati formulam, quam ob unicam iſtam Voculam, *& cætera*, admittere nolebant. Sed in ipſo Tractatus Limine Poloniæ Regem, ut omni in Sueciæ Regnum Hæreditario ſibi Jure debitum, titulo abſtineret, urgebant, quæ tamen principalis erat controverſia, & totius Litis capitale fundamentum.

De cætero acceptum ferimus, quod fatetur Adverſarius, Domum Auſtriacam tum pactis antiquis, tum commiſeratione Chriſtianâ auxilia Polonis præſtando, quò citiùs id fieret, eò magis laudandam. Culpanda non eſt Domus Auſtriaca, quòd ante omnia periculorum magnitudinem expendens, Pacem prius cum Moſchis, cum Tartaris, cum Coſacis, tum benevolentiæ cum ijs quorum intererat conſervandæ causâ, tum celeberrimorum Imperij Romano Germanici Ordinum ſecuritatis ergò, tentandam judicaverit. Hanc enim ſi prudentibus ſuis monitis æquè à Suecis ac à Moſchis obtinuiſſet, rectè immortalem promeruiſſet laudem. Pax enim omnium rerum optima.

Sed quia Suecus hanc operam ſprevit, Coſacos, Tartaros, Tranſylvanos, Turcas ipſos contra Polonos ut arma ſumerent, invitavit: Tum demùm Imperator, poſtq; Ejus mortem Hungariæ & Bohemiæ Rex, juſtiſſimam cauſam habuêre, ut Arma ſua cum Polonis contra Suecum & Tranſylvanum conjungerent.

Exemplo Guſtavi Adolphi. Qui cùm Anno Dñi. 1630. contra Ferdinandum II. Literas clarigationis publicaſſet, inter cæteras frivolas quidem, nullâq; juſtâ ratione fundatas cauſas, hanc potiſſimam ob oculos poſuit, quòd ejus Legati ad inſtitutum Lubecæ Imperatorem inter & Daniæ Regem Pacis tractandæ Conventum, admiſſi non eſſent.

Hoc ſi magno illi Svecorum Capitaneo licuiſſe Arctoklambus iſte noſter putat, cur Ferdinando III. ejuſque Sereniſſimo Filio non item licitum permiſſumque eſſe, tantis ineptiſſimarum obtrectationum cumulis arguere in vanum nititur?

Num ſolis Svecis talionis jure uti permiſſum? Num quod ſibi fieri nolunt, alijs dum ipſi faciunt, iniquitatis ſe accuſari non poſſe arbitrantur?

At verò Auſtriaci iſti Principes multò parciùs hoc viciſſitudinis jure ſunt uſi. Germaniam totam invaſit ille Guſtavus Adolphus: Catholicos Principes, præſertim Eccleſiaſticos, ditionibus ſuis ſpoliavit. Auſtria-

cos

cos Principatus deglutire cupiebat. Et quod ille morte præventus, ad effectum perducere non potetat, Succeſſor ejus totis viribus perficere ſatagebat.

Nihil tale contra Sueciæ Regnum moliebantur iſti Pijſſimi Principes.

Auxilia, cùm ab oblata Pacis tractatione ſe nimis arroganter excluſos animadverterent, ut Polonis in tam præcipiti rerum ſuarum caſu, diutiùs non differrent, ſumma neceſſitas urgebat. De conjungendis igitur Auſtriacorum armis cum Polonicis, actum tranſactum non alio fine, quàm ut Polonia Suecis eorumq; aſſeclis expulſis, in priſtinum ſuum vigorem & tranquillitatem reſtitui poſſet. Conditionem autem, ut Adverſarius criminatur, & hanc adjectam, ut Regi ſuo Germanicæ quoque, quas è Pace Oſnabrugenſi obtinuerat, extorquerentur Provinciæ, mendaciſſimum eſt. Continetur enim in tranſactione illa cum Polonis inita hîc Articulus.

» Proteſtatur & cavet (Imperator ſcil. ut & Rex poſtea Hungariæ & »Bohemiæ) ſe per hæc, vel ullâ aliâ ratione non poſſe nec velle à Pace »Monaſterienſi vel Oſnabrugenſi recedere vel eidem ullatenus contra»venire.

Hæc Menſe Decembri Anno Domini 1656. ab ipſomet Imperatore cùm adhuc in vivis ageret: Iterumq; poſt Ejus mortem ab Hungariæ & Bohemiæ Rege, Menſe Majo Anno præſenti concluſa fuerant. Nihil inde periculi Suecus contra Sueciæ Regnum, nec etiam contra Provincias illas ſatisfactorias in Germania ſitas metuendum habebat. Quamvis ſi Imperator tum Pacis Oſnabrugenſis Leges, tum Conſtitutionum Imperialium ſanctiones attentiùs conſiderare voluiſſet, ob ingentes Militum copias, imò integros Exercitus è Germania inſalutato Imperatore collectos & in Poloniam deductos, juſtiſſimam habuiſſet cauſam increpandi, dehortandi, & ſi parere noluiſſet, proſcriptionis & Banni fulmine ipſum, & temerarios Militiæ ſuæ Germanicæ Anteambulones percutiendi. Sed maluit mitiſſimus Imperator conniventiâ & indulgentiâ ſuâ, amicitiæ cum Sueco percolendæ deſiderium, quàm Juſtitiæ ſibi competentis rigorem publicitùs teſtatum facere. Tranſeamus nunc ad Tertium Membrum claudicanti femori ſimillimum.

Ad Membrum Tertium.

ADverſariùs id plenis buccis proponit, ut ſequitur:

Cùm Domus Auſtriaca tenax ſit talium jurium & prætenſionum » (adipiſcendi ſcil. & ſubjugandi ſibi Poloniæ Regnum) Vicini verò Re» ges, Principes & Reſpublicæ nunquam poſſint permittere, ut Auſtria» cæ Ambitioni aliàs immenſæ, Polonia quoque accreſcat, ideò nihil » aliud indè expectandum eſſe, quàm Poloniam fore Theatrum omnis » miſeriæ. Et antemurale illud Imperij conculcatum iri. Adeoque » jam ab Auſtria occaſionem & cauſam præbitam eſſe alijs invadendi » Imperij Provincias, &c.

Sed jam ſuprà probavimus antecedens eſſe falſum, ergò & conſequens. Nec Imperator, nec Hungariæ & Bohemiæ Rex Sceptra Polonica affectârunt: Imò cùm à Polonis ultrò offerentur, has ipſiſſimas ob cauſas abnuerunt. Non quòd licitum non eſſet Polonis undecunque vellent novum ſibi adſciſcere Regem: aut quod culpari ullâ poſſit juſtâ ratione, ſi quis divinâ ſibi providentiâ oblatum acceptaret Regnum: Sed ut evitarent malevolentiam non tam Barbarorum, quàm eorum qui Chriſtiani quidem nominis profeſſores eſſe volunt, re autem verâ, multò illis majora invidiæ, odij & ambitionis crimina patrare non erubeſcunt.

Polonis, ut notiſſimum eſt, ſæpè numero uſitatum fuit, non ex ſua gente ſed aliundè Reges quærere. Non ſemel tam univerſæ Chriſtianorum Reipublicæ, quàm ſuæ ipſius conſervandæ cauſa Hungariæ & Poloniæ, imò & ipſum Bohemiæ Regnum unius Heroici Principis Adminiſtrationi commendandum eſſe judicârunt.

Anno Domini MCCC. Wenceslaum Bohemiæ Regem, ut ſuus quoque Rex eſſet decreverunt.

Anno Domini M. CCCXXXIX. Caſimirus Poloniæ Rex, cùm ex Anna ſua Conjuge filium non haberet, Comitijs Cracoviam indictis obtinuit, ut rejectis nonnullorum adverſantium ſententijs Carolus Hungarorum Rex, ſibi quoque in Poloniæ Regno ſucceſſor deſignaretur. Nec enim defuturas Hungariæ opes, ſive ad defendendos ſive ad proferendos Poloniæ fines, perſvaſum omnibus fuit.

Anno Domini MCCCLXX. Ludovicum Hungariæ Regem è Sorore Caſimiri Poloniæ Regis natum, liberâ Electione etiam ſibi præfecerunt.

Hoc ſibi tunc temporis licitum uſitatumque Polonis fuit, cur non idem

idem benevolentiæ, Amoris & Honoris ſtudium erga Principes Auſtriacos præſtare liceat?

Nemo certè ſanæ mentis negare poterit, mutuam illorum Regnorum Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, atque interjacentium Auſtriacarum Provinciarum Amicitiam, ſocietatem & conjunctionem non ad ſui duntaxat, ſed ad totius Romani Imperij conſervationem & amplificationem utiliſſimam ac ſufficientiſſimam fore. Nec Barbarorum irruptiones adeò timendas. Abundant iſta Regna omni armorum genere, Commeatuum inexhauſta Copia, Equeſtrium pedeſtriumque militum innumerabili multitudine, clarent utrobique belli gerendi ſcientiâ & promptitudine.

Putat Adverſarius peccare Domum Auſtriàcam, ſi ſpontè ſibi oblatum, nullaque prorſus ambitione quæſitum Poloniæ Regnum acceptaret: idque minimè ferendum ob illa, quæ fingit & ſomniat pericula. Quâ igitur ratione putat Regem ſuum excuſari poſſe, dum nullo juſto titulo nixus, nullo hoſtilitatis timore perculſus, ſed ſolâ proferendi Imperij ſui noviter acquiſiti cupidine inflammatus Polonos integris Exercitibus quâ terrâ quâ mari hoſtiliter aggredi auſus?

Id certè non Pacis conſervandæ cauſa, ut Gallicus ille Miniſter Umbrarius in ſua ad Regem Poloniæ habita Oratiuncula jactitabat: ſed novum acquirendi Regnum ſtudio fecit. Rebuſque ab initio proſperè ſuccedentibus ſtatim cum Turcarum Imperatore amicitiam fœduſque contrà omnes Catholicæ Romanæ & Græcæ Eccleſiæ Principes inire volebat. Scilicet non divinâ providentiâ ſed ſomnij illius vaniſſimi ſtimulo inſtigatus, quod Triumphator ille Svedicus in ſua adulatoria Panegyride, quaſi Viſio Prophetica eſſet, typis evulgare non erubuit.

Perge in Sveciam.

Perge in Poloniam.

Perge in Imperium, &c.

Quæ Adverſarius ſub finem hujus Membri de Daniæ Regis Armatura contrà Svecum obgannit, quaſi id ſvaſu Magnorum ſuorum fœderatorum Auſtriacorum factum ſit, falſiſſimum eſſe, è pactis inter Danum & Polonum initis ſatis ſuperque conſtat. Invitârunt illi quidem Hungariæ & Bohemiæ Regem, ut ſe eorum confœderationi adjungere vellet, ſed hactenus id conſtanter negatum. Nam ut ſuprà dictum, nec defunctus Imperator, nec modernus Hungariæ & Bohemiæ Rex ullâ ſe ratione obligare voluêre, ut præſtandis Poloniæ auxilijs quicquam contrà Pacem Weſtphalicam committerent.

Si

747 731

Si Suecus ſibi permiſſum eſſe putavit in Pomerania, Bremenſi, Verdenſi & Mechlenburgenſi Tractu integros Exercitus colligere, indeque Poloniam bello aggredi: Jure certè naturæ & Gentium etiam Polonis licitum permiſſumq; eſſe, ut vice versâ eaſdem Ditiones bellicis infeſtent calamitatibus, injurias ſibi illatas vindicandi causâ, nemo ſanæ mentis negare poterit. Quin & ipſa Domus Auſtriaca, ob tantas calumnias, quibus illam omnibus odioſam reddere contra jus & fas conatur, juſtiſſimam haberet cauſam idem faciendi, Vireſq; ſuas eò convertendi, ut Sueci Provincias iſtas ſatisfactorias, quas priſtinis Poſſeſſoribus eripuerant, reſtituere cogerentur.

Ex his omnibus, quæ hactenus deducta ſunt, æquo Lectori ſatis ſuperq; conſtare poteſt, Sacri Romani Imperij Ordines poſtulatis Adverſarij ut annuant, nullo Jure, nullâ Imperiali Conſtitutione, nullo Pacis Weſtphalicæ Dictamine obligatos eſſe. Nec enim Rex Hungariæ & Bohemiæ, qua talis inter Conſtatus Imperij numeratur, ſed æquo ſublimitatis ſummiq; Imperij Jure, ut Suecus, ut Gallus, ut Hiſpanus gaudet, Auſtriacas Provincias tanto immunitatis Jure poſſidet, ut nec Imperij Ordines, nec ipſuſmet Imperator poteſtatem habeant Principem Auſtriacum cogere, ut amicitias ac Confœderationes cum Vicinis aut exteris ſui invicem conſervandi causâ initas rumpat, Hoſtemq; illis prædominari patiatur.

Nec etiam Danus ob illata Bremenſi Ducatui Arma juſtè reprehendi poteſt, nam & ipſe docuit Suecos primos fuiſſe, qui tranſactionis nuperrimæ ſecum initæ pacta non obſervârint.

Moneantur Sueci, ut ante omnia & ipſi Milites ſuos ex omnibus ad Poloniæ Regnum ſpectantibus locis deducant, Boruſſiam reſtituant, Electori Brandeburgico pro damnis illatis ſatisfaciant, Domuiq; Auſtriacæ Cautionem de non offendendo, deq; omittendis calumnioſis Infamationibus, Pacemq; cum Auſtriacis, cum Polonis, cum Danis, cum Ordinibus Imperij cuicunq; Religioni addictis, conſtanter & ſyncerè ſervandi præſtent. Nec ſe Gallorum ambitionis Mercenarios in futurum offerant aut conduci patiantur. Hæc ſi faciant, facturoſq; palàm omnibus conſtet, tota iſta bellorum moles, omnis inde orta, & porrò oritura calamitas è medio ſublata erit, nec in poſterùm recrudeſcere poterit.

Querelæ Gallorum

Contra Augustissimum Imperatorem Ferdinandum III.
Postque eius mortem contra ipsius Filium Serenis-
simum Hungariæ et Bohemiæ Regem
Collegio Electorali simulque Ordinariis Imperii De-
putatis propositæ. Francofurti.
Quarum aliquot Puncta summatim collecta

Imo Dicunt Galli Dispositionem Instrumenti Pacis Germano Gallicæ ita intelligendam ut nec Imperatori defuncto nec toti Domui Austriacæ nec ordinibus imperii licitum sit aut esse possit non modo bello cum Gallis durante Hispanos iuvare sed nec permittere ut milites Germani militari Sacramento soluti in illorum partes transeant operamque militarem præstent. Nec Imperator aut Ordines Gallis tum temporis non tantum in Circulo Burgundico Imperii versantibus sed etiam ubicunque et quandocunque in aliis directe quidem ad Imperium ratione tamen utilis Dominii ad Hispanos pertinentibus terris oriantur immiscere se possint.

2. dicunt Contra hanc Dispositionem Imperatorem et post
eius Mortem Hungariae et Bohemiae Regem peccasse quod
impulsu et Suasu Hispanorum milites in Belgium et
in Italiam Contra Gallos miserint

3. Hoc non tantum paci Monasteriensi sed etiam Capitulationi
Caesareae qua cavetur Imperatorem absque Electorum consensu
et Consensu bellum movere non debere. contrarium esse.

4. Hispanos. hic ut fieret arrogando sibi tantam potestatem
in Gubernando Monarchiae Romano Germanicae Imperii
effecisse Suaque auctoritate tantopere abusos ut Imaginarias
Germaniae calamitatum eadem mala renovandi studio
Imperatorem eiusque Filium ad haec talia impulerint

5. Regem Christianissimum nullam hisce motibus ex
citatis ansam vel causam dedisse nam omnibus compertum
obversari quae fuerit Sua Regiae Maiestatis in dando et
Sancte colenda tuendaque Imperii pace Mens et ratio:
qua Virtute. constantia rebus et commodis suis quamquam
tale erga Dei gloriam (cui plurimum damni diuturnum
bellum motus inferre poterant) invigilaverit. Hermanos quos
ex ~~armorum~~ armorum sorte iam ceperat maioresque poterat spera-
re in Germania fructus si hostes suos quorum res
fuerint desperatissimae ad extrema compulisset. quae [illegible]

animi magnitudine et moderatione pacem cum alta tot
oppidorum ac artium extraditione redderent.

6. Obtenderunt pacem Ratisbonensem esse iniustam (iu-
reiurando scilicet firmatam) hanc cum Imperator eiusq
filius Hungariae et Bohemiae Rex non servaverint, per-
iurii reos esse.

Tandem in conclusione Statuum Imperii proscalem
id est ἀκέφαλον Iudicem contra Hungariae et Bohemiae
Regem totamq Domum Austriacam hisce inclytis regnis
caeterisq hereditariis iure ad se spectantibus provinciis Imperi
tualem constitutum volunt. Cuius iudicio in Genere ad
satisfaciendum omnibus nomine Gallorum Suecorum Sa-
baudorum et Ruthenensium gravaminibus propositis con-
demnari debeat.

Postulata Gallorum in specie

1. Ut indilata Germanici Exercitus ab Italia fiat
revocatio
2. Mantuani Ducis Vicariatus Imperii in Italia abro-
getur
3. Praecipiatur eidem sub poena reatus fractae Pacis
Trini restitutio Duci Sabaudiae intra certum termi-
num.

4 Statuatur Investitura Montisferrati ex instrumento pacis debitam Duci Sabaudiae nullo sub praetextu posse differri.

5. Declaretur Nullitas Actuum Aulae Imperialis (si qui fuerint) in Ducem Mutinae.

Praetensiones Suecorum. contra Domum Austriacam. ex Memoriali Suetico. Francofurti typis impresso excerptae.

1. Quod Austriacus inconsultis S.R.I. Electoribus Principibus Statibus ej. bellum contra Suecos susceperit.

Polonicis 2. Quod Danum incitaverit.

3 Quod Lubecae tractatus pacis Polonum inter et Suecum impediverint immo distraxerint.

4. Quod Moscho causam immanissimi belli in Livoniam Esthoniam et Ingermanlandiam praebuerint Caesarq Moschorum inescaverit Vana spe adipiscendae Coronae Poloniae quam tum suae Domui conciliatum ibat

5. Quod cum S.R.M. P. armis Suecicis regno esset pulsus et Quartiani nutarent tum Austriacus quendam Quirinum apud Quartianos qui iis auxilia Imperatoria promitteret. eo modo post fata Regis alicui ex Austriacis conferretur corona.

6. Quod Liscolu. Ablegatus S. Caesareae M. in Borussia opera Radziciovii seducere Comisum Deputatum Abbatem Danielem. ausus fuerit

7. Quod Minister Austriacus ad Portam Ottomanicam omnem lapidem moverit pro Polonia postulando ab Abl. Imp. Turcarum Tartarica Auxilia

8. Quod Accessione Regni Poloniae Austriacus nihil aliud intendat nisi ut fundamentum ponat affectatae iamdiu Dominationi in Universam Europam.

Ex Jtem Memoriali Suetico

Ista duo Puncta excerpta.

1mum Quod Viennae liber unus impressus fuerit contra R. M. Sueciae calumniis totus repletus, cui addita enucleatio. in eo fuerint iusti belli contra Suecos suscipiendi.

2. Quod Liscolu ante duos menses a Polonis susceptam Mediationem Gallicam Suecum inter et Polonum facta Protestatione declarataque ligae S. R. M. Hung dissolutione destruxerit.

750
140

Noua Communicat[illegible]
nessuno Ord. Ard.
Si desident. Clau[illegible]
a me Noua Idiick [illegible]
gentra illi debes [illegible]
semper. viz ad [illegible]
nupro in Lingua[illegible]
ca. cu exercitat[illegible]
et profectu.

79

Anny 1658

Imperatoris Leopoldi electione Regum Hispaniae et Galliae
in Italia, Danis Suecis Polonis in alijs partibus bellicis Academicis
litibus insignis fuit

Ferdinando III Imperatore A° Superiore in Aprili et ante eum
turbato mortalitatis ordine Ferdinando IV Filio destinato Ro:
manorum Rege. fato Imperatoris Elector Moguntinus Collegij electoralis Caput
accitis Treviren. Colonien. Rege Bohemiae Duc. Bavariae Sa:
xoniae Brandeburg. Palatino. Commendato eligendi jure libe:
re et metu absque timore. Transferendi ad Moenum ele:
ctionem novi Imperatoris indixit. Magno apparatu et con:
cursus Principum ad eam factus est. Jacobus Rang in de
scriptione singulorum fusus est huius si placet vide

Multa diuturna, gravis sententijs controversiarum difficultatum
scriptis a multis in Augustum usque hactenus fuit in eligendo de
liberatio idque circa statum Bohemiae Regis Electoris qui annum
18 ingressus nondum statum electionis quo 30 superat attigisset:
decretare postulatum Regis Galliae, Sueciae, Responsa domus
Austriacae, Succenturiatorum domus Austriacae. Regis Hispaniae,
Legatorum. Ablegati Poloniae, Petita quorundam Imperij Prin:
cipum, Civitatum liberarum, Procerum restituendorum, Creditorum,
Exulum. Annitebantur Galli et Sueci ut ad aliam gen
ad Austriam fasces Imperij deferrentur; Verum de nova
tis Collegij deputatorum, varia, de Regum simultatibus, postula
ante electionem expediendis necne, parumper dubia mora in
bia expedita, de religione Imperij statum aperta electo
dicta sententia. Subductis de eligendo eligentium calculis
in Regem Romanorum electus est Leopoldus Ferdinandi III
Filius

Rex Sueciae in Jutlandiam transmisso exercitu nobilissimum
et munitissimum arcem Fridrichs Oede vi expugnat, Regnum
vix quantum inde et vivum Danis abducit, Insulam Fuyne
occupat et Civitatem Schonen, inde in Seelandiam
transfretat ac gelu concreto mari ad ipsam Regiam Dani:
Regis Copenhagen quam et obsidione cinxit voris in
qua cum ingens multitudo hominum undiq confluxisset
ut brevi omnia (?) et jumentis necessarij deficerent
ad gemitus populi et voces exhaustae nobis Rex
belli aut gravioris cum Suecis congressu, iniquissimas
conditiones arripere debuit. Quas tamen a longo tempore
in posterum duraverunt. reiecto hoste a Cenioribus.

716

28 Martij Habita est Convocatio Univ[ersita]tis In qua

p. 69 Electus est in Oratorem Tyburtianum Joannes Racki

Admissis literis Procancellariatus D. R. di Adamo Rosciemin datis [...]
novendum Rd. D[omi]n[o] Lancutki Convivium etiam nonnisi [...]
mendum habita vero meritorum Rdi Dni sub tempus Suecorum [...]
statu almae Universitatis Concessit. Gradum quoque Doctoratus [...]
Chirotecis et Birretis, non omissis [...]bellarijs absolvet

Ad Responsionem pro loco inter Doctores Juris [...] admissus [...]
Andreas Grabianowski non omnium votis eo quod [...]
ultimus esset in Univ[ersita]te, propterea ut expectaret [...]
R. Dni Lancutki. Sed ex pluralitate (ut scribitur in [...]
iussus est respondere pro suo libitu, Salva praerogativa [...]
cutki.

Data quoque Licentia Respondendi inter Medicinae Doctores [...]
cinalis Zoparski Consuli Crac. Salva prioritate loci [Nicolai]
Zorawski S. R. M. Mathematico. Servata.

Negotium cum Illmo Regni Thesaurario qui perpetuo defalcari sibi [...]
Dn[...] bonorum Wielnwza et Melonki postulabat Commissum [...]
Lancutki Cl. D. Lucae Piotrowski et Adamo Mtynkowicz.
(Verum istiusmodi tractatio in Absentiam et [...] [...]
ab Illmo instituebatur, ideoque nihil illa perfectum est).
Ad reportandas res Vienna deputati Adamus Mtynkowicz et [Mat-]
thias Gladysz.

Reliqua puncta in aliud tempus dilata.

Januario Februario et Martio Judicavit Causam M. D. Rector quae [...]
Adventum in Academia fuit fons et Origo. Ex occasione [...]
Mortuo in obsidione Suecorum Rd. D. Mattheo Krasnicki in Coll. [...]
quod ex Praepositura S. Nicolai delatus erat. R. Sulikowski [...]
amicus requisivit Dominos Officium quatenus inquirerent testamenta [...]
more et jure suo. Absente Praeposito Domino Sebastiano Stypiciore [...]
belli in Silesia haerens, Consiliarius in Prima mensa, [...]
Dn Christophorus Zemkiewicz Juniorum Consiliarium, qui cum [...]
astans jurerat, usus est opera M. Martini Radyminski in [...] Exc[...]
essent ostij, publicorum in inquisitione Testamenti. Ex [...]
Piotrowski, Martinus Radyminski et Nicolaus Sulikowski inter [...]
pie defuncti non invento ullo testamento, ex loci consilio, [...]
In Nomine Dni Amen. Cunctis hoc publico instrumento evidenter pateat et sit notum. Quomodo anno à Nativitate eiusdem Dni Millmo Sexcentmo Quinquagmo Nono. Indictione Rna duodecima Pontificatus SSmi Dni Nri Dni Alexandri divina providentia Papae eius nominis septimi fetr moderni anno ipsius quinto Die Vero secunda Mensis May. In mei Notary publici testiumq infra-scriptorum ad id specialr Vocatorum et rogatorum praesentia personalr constitutus Clarissimus et Adm R. Dnus Albertus Lancucki I.V.D. et Iurid Lubrzyce Professor eiusdemq facultatis Decanus Eccliae Colleg. SSmae Omn. Crac. Cancellarius principalis tenens et habens suis in manibus chartae quandam papyraceam protestationem cum appellatione in se continentem tenoris sequentis. Coram Vobis Dno Notario et testibus his praesentibus adstantibus. Ego A. Albertus Lancucki IVD. et Professor in alma Universitate Crac. et S. Omn. Cancellarius et ad S. Michaelem in Arce necnon Facultatis Iuridicae Decanus, non ignarus quia novam quisq invitat iniuriam, qui fert Veterem patienter, et ius suum non evincit; solenniter et omni meliori modo in et contra electionis actum Rectoralis die 24 Aprilis anni currentis in Aula D. Iagellonis celebratum, in quo Rdmus et Adm. R. Dnus Stanislaus Turkowski S. Th. Doctor Praepositus S. Floriani Custos Opatovien. Presidens septem Electorum Compromissariorum inter quinq Viros Electores primum locum et ius eligendi transtulit in Facultatem Medicam cum tamen adessent praesentes ex Facultate Iuridica quae secundum locum habet in Vniversitate et immediate succedit Facultati Sacrae Theologicae actu Regentes eiusdem A.R.R.D.D. Doctores et Professores, nomine meo et Facultatis meae turbatae iniuriatae in suo loco et praerogativa, protestor allego et dico, talem progressum esse monstrosum, contra bonos mores, illicitum, subversivum boni ordinis turbarum fomentum, et ex ambitione Viri praesumitur privatus atq practica fabricatum, nec Canonice ideo factam electionem, et ab eodem ad quem de iure Venerit appello. Committens facultatem meam tuitioni eorum ad quos conservatio iurium Universitatis et signanter Canonicae Facultatis spectare potest et spectat. Imo quidem ex eo Quia iura clamant. Non debere alteri per alterum iniuriam inferri, multo minus per Theologum, nec noverunt quemquam pro libitu suo loco sibi de iure et consuetudine debitus in actibus publicis et sententia dicenda privilegiato ac debito fund SS Iuris praecepta Instit de iure nat: gent: et Civili et Ill Theolog lex in proemio decret ext et cap: Locupletari de reg iur in 6 Hic autem praesertus Illris et Adm RD. suis Clarissis et A.R.D.D. ac Excell. cum Coelectoribus fecit contra ius et fas acsi ipsius Facultatis Medicae esset partes in deliberando de futuro Academiae Primate quam Facultatis Theologicae et Iuridicae meae potiores dum ex Facultate Medica non nisi Doctorem et quidem loco primo delegit et delectum publicavit

826

sumptis in locum Doctorum Theologiæ Sententiario dumtaxat, in locum porro Facultatis nostræ Pro-
fessore Juris nudo, et nec dum Collega M. Collegii quantumuis æque haberent ius prout ipse
illud habere se posse prætendit ex Doctoribus actu Regentibus tunc sedentes et præsentes
Facit L. ita qa nostrum ff de reg iur 2do Quia in statutis de electione quod per com-
promissum est primo loco ponitur Doctor deinde Magister. compromissum autem est stricti
Valde in sua forma iuris et syllabis proprijs ita comprehensum quod eandem Variare
aut ab iis recedere non liceat. L. Non distinguemus ff de off. ff de rec arbit. et q arbi-
trium recipiant Vt sententiam dicant. Ille Vero non attenta statuti obloquentia recessit a pro-
stenora, cum obvia essent priora. non attento eo quia potestas electionum est ab iis qui com-
promittunt. cap. A Judicibus 2 q 6ta. Hinc fit quod electores septem Veniant ex conclaui
suo ad Comitia Ordinum Academicorum electi placeant necne. disquirendo palam quis ista
per solam taciturnitatem saltem approbentur dum qui excipiat aut reclamet compareat nemo.
et non sensu proprio in actionibus procedendum sed statutorum dispositione cap. 3 cap.
ne innitaris de constit. ext. et L. Leges C. de leg. 3tio Quia talis Stylus præteritis
præcipuarum Facultatum Doctoribus et assumptis sibi admodum addictis pro Electoribus
Viris quinque a se delectis est euidens documentum ambitus quem Concil. Basiliense ff
Cum humanæ fragilitatis de election. in pragmat. sanct. ab electionibus proscripsit in tantum
quod non sit ius quæsitum illi qui per se aut per interpositam personam alias qualitercunque
directe Vel indirecte pro se electionem procurauit. Et tanto fortius quia iuramentum præ-
stant delecti pro bono Vniuersitatis non autem propriæ cupiditatis studio se fideliter labo-
raturos. Quocirca peto a Vobis eandem admitti dis prout iuris et Styli. Saluo iure ad-
dendi, corrigendi, minuendi omni meliori modo. [illegible] prout de iure. Super quibus omnibus
et singulis præmissis Idem Clarissimus et Adm. R. D. Albertus Zaleucki supramemora-
tus petijt a me Notario publico infrascripto præsens publicum confici et extradi sibi instrumentum
Acta sunt hæc Cracoviæ sub anno die Mense Indictione Pontif. quibus supra. Præsentibus
Venerabili Nicolao Skarbgierz et Egregijs Dnis Francisco et Alexandro Mokrowskij
almæ Academiæ Cracou. Studiosis testibus circa præmissa adhibitis.



J. K.

Et quia Ego Joannes olim Thomæ Kropecki publicus Sacra
authe Aplca Notarius Dioec. Cracouien. de præmissis
rogatus

rogatus fui: Ideo presens publicum instrumentum manu alterius scriptum, me tunc
alijs occupato, confeci et extradidi et in fidem maiorem signo nomine et cognomine meis
solitis quibus in talibus utor munivi requisitus.

828

In Nomine Dni Amen, Præsens Protestaõnis et Appellaõnis, publicum infrascriptum
Instrumentum, vniuersis et singulis lecturis, seu legi audituris, pateat euidenter
et sit notum. Quomodo Anno à Natiuitate eiusdem Dni Nri IESV Xpi Millesimo Sexcentmo
Quinquagsmo Nono, Indictione Romana Duodecima, Pontu SS. Dni Nri D. ALEXAN
DRI. Diuinâ prouidentiâ Papæ Septimi, eius nois felr moderni, Anno ipsius Quin
to, Die verò Sabbathi Vigesima Quinta Octobris. In mei Notarii Publici, Testiumq
infrascriptorum ad id specialr vocatorum et rogatorum præsentia Crac. personalr comparens
Clarissimus et Admdum Rndus Dnus, Albertus Lanecki IVD. et incorporatus Pro
fessor, eiusdem Facultatis Iuridicæ protunc Decanus, SS. omnium Crac. Cancella
rius: suo et Clarissimorum, ac Admdum Rndorum Dnorum, Actu regentium Iuridi
cam Facultatem, Doctorum et Professorum nominibus. Inhærendo priori Prote
staõni, à se verbo incontinenti, Anno currenti, Die Decima Sexta Octobris
post publicatos tertios Electores, tanquam non canonice, imo inuerso ordine
electos factæ: nec non innouando etiam, et in priore electione, priorē suam re
clamationem et Protestationem, tenens et habens suis in manibus, schedam
papyraceam, manu propria, et Illris ac Admdum Rndi M. Adami Roscienii IV
Doctoris et Professoris, Patris Senioris Collegii Iureconsultorum, Canci Cracouien
Omniumq Facultatum Procancellarii, subscriptam, infrascriptam Protestaõnem
et Appellaõnem, ipse in Causa Electionis (si dici meretur) Rectoralis, Anno
præsenti, Die Decima Sexta Octobris, in Aula D. Iagellonis celebratæ, alio
rumq grauaminum, in eadem Protestaõne et Appellaõne descriptorum, continentem,
animo et intentione protestandi, appellandi, de nullitate Electionis Rectora
lis dicendi, ac infrascripta omni meliori modo, via, et forma faciendi, facto et inscri
ptis interposuit ac interiecit Tenoris sequentis. Coram Vobis Dnõ Notario Sa
cra Authe Aplicâ Publico, et Testibus hic præsentibus ac adstantibus. Nos infrascripti
Doctores et Professores, Facultatem Iuridicam in Alma Vniuersitate Cracouiensi
actu regentes, solenniter omniq meliori modo, et quo de Iure validius possumus
in et contra Electionem, Die Decima Sexta Octobris, Anni præsentis, in Aula
D. Iagellonis, de more celebratam, in qua electus est, seu reelectus, in Magnificum
D. Rectorem Generalis Studii Academiæ Cracouien, Perillris et Admdum Rndus Pr. Sta
nislaus Iurkowski S. Th. Doctor, Praepitus S. Floriani, ad Cleparaiam Crac. Custos
Opatouien, protestamur, dicimus, et allegamus, eam suum robur, nequaquam sortir
itam et inanem, nec canonicè factam, sortiri debere aut posse, ac Electo ex ea fructuũ
non esse debitum acquisitum prætendimus, ab eademq inhærendo Protestaõni
Facultatis, verbo incontinenti interpositæ, in actu Electionis, ad Illrmum et Rndum
Principem Dnum Andream Trzebicki Dei et Sedis Aplicæ gratia Epum Cracouien
Ducem Seueriæ, Academiæ Cancellarium, insistentes ordinationi, S. Sedis Aplicæ
specialr, per Executorem bonæ memoriæ Illrmum ac Rndmum Albertum Iastrzebiecz
... Clarissimi Stanislai Ossedowski S. Th. et IVD. et Professoris Ordinarii Custo
Colgtæ Ecclæ SS. Omnium Custodis Protonotarii Aplici

Opum Cracov. provocamus, recurrimus, et appellamus, petentes eam irritam, et non cano
nice factam adinveniri et declarari, et dein quod Iuris fuerit statui decerni. Pri
mo quidem ex eo. Quia tertius Electoribus, Clarissimo, Adm. Rndo, Excellentib.
ac Venerabili, Viris numero quinque compromissariis, qui eligere vel reeligere debe
bant Magnificum Dnum Rectorem, illico post publicationem eorundem, publice
reclamatum est, per Facultatum Decanos, quibus in arduis Ius permisit, regimen
Universitatis, et tamen tota potestas arbitrandi pendet a voluntate compro
mittentium, facit can. a Iudicibus, 2 q. 6 et L. non distinguemus §. de offi
cio, ff de receptis arbitris, et qui arbitrum in se recipiant, ut sententiam dicant
et quidem a voluntate libera, ex parte arbitri assumendi: iuxta notata per
Abbatem, ad cap. Sane ext. de Arbitris. Dicti autem Quinque viri de facto
ad Electionem processerunt, non attento, quia perperam agit arbiter, qui sen
per non petitis arbitratur. Angelus consil. 263. qui incipit visa narratione sub
finem. Nec convalidat illorum in compromissarios ex facultatibus delectorum, stan
te primorum in facultatib. reclamatione, quia praesidens Comitiorum Electionis Re
ctoralis ipse (praeter usitatum, ab Academia sane condita morem) Magnificus
D. Rector ex Cathedra illos, per verbum placet approbavit. Quia quod nostrum
est, sine facto nostro ad alium transire non potest L. Id quod nostrum, ff de regul.
Iuris, et nemo plus Iuris in alterum trans-ferre potest quam ipse habeat, cap.
Nemo plus, de Reg. iur. in 6. Nec in alium finem publicatio septem electorum
tum et quinque, in facie amplissimorum Almae Academiae Ordinum fit, praeter
quam, quia quod omnes tangit, opus est ut ab omnibus saltem per taciturnitate
approbetur, si quidem qui tacet consentire videtur, qui autem reclamat
de Iure suo cavet, argto eiusdem Reg. Qui tacet in 6. de reg. iur. a
contrario sensu. Reclamatum autem tum ideo, quia ordo sine quo nil rite
geritur L. si cum nulli ff de re iud. et L. prolatam C. de senten. et interl.
om. Iud. in delectu electorum compromissariorum, in forma statuti de electione
Magnifici D. Rectoris, servatus non est, quinimo sine ulla aut necessitate
aut culpa, aut periculo boni communis amplificandi, subversus, non alia, ut
fortis praetiex, antecedentis praesumptio est in finem, praeterquam veris ipse
supranotatus Rendus et Adm. R. D. Stanislaus Iurkowski, S. Th. Doctor in
Rector Magnificus non vero quisquam alius, ulla ratione teneret Acade
miae sceptra. Statutum quippe primo loco ponit (Et iure quidem merito
quia sunt Senatus Academicus selectior) Doctores, postea Magistros
disiunctive. Ordo praeterea sic est facultatum. Primum locum tenent
cant sibi Adm. RR. S. Th. Doctores et Professores, his immediate suc
cedunt Adm. RR. DD. Iurisconsulti Doctores iidem et Professores. Sar
dem Excellen. Facultas Medica, et post hanc immediate Facultatis Phi
losophicae, seu Artistarum Decanus. Doctores actu regentes facultatem

Theologicam, et nostram Iuridicam, quorum interest non parum, (cum sint loco et professione
praestantiore, praeterea in persona tam Ecclesiastico et aetate maturiore, consequenter
usu rerum) nec non Facultatis Philosophicae Excellen. D. Decanus, quem in suum
Primatem habere debeant, consulto (non sine iniuria facultatum honoris aut
certe evidenti a statu ~~et~~ forma deviatione) tametsi essent in comitiis prae
sentes Academicis generalibus praeteriti sunt. Ex inclyta duntaxat facul
tate Medica, Clarissimus et Excellens Vir D. Gabriel Sehoelti Medicinae
Doctor Consul Cracovien. et quidem pro primo Electore delectus. In locum
Doctorum quasi Facultatis Theologicae, tum et Facultatis Iuridicae, nec dum
suae facultati, inter actu regentes inviscerati: ille quidem Vice gerens in
Scholis Scriptis Dni Surnowski, hic autem Actuarius, eligendi vel quasi
reeligendi, qui erant secundus et tertius Electores; in locum Excellen. Dni
Decani, et quidem isto pro tempore, viri prudentia ingenii, iudicii acrimonia
singulari, et qui suam plurimum probavit pro Academia suo tempus occupato
per Suecos et Transylvanis Principem Urbis, virtutem et dexteritatem
Dni Martini Chadxminski; quamvis Decani eiusdem facultatis inter
ceteros Electores essent in possessione continua electoratus, assumptus
compromissarius quartus Collega Minor, qui non ita pridem a Iure Collegii
in Sententia dicenda, in ~~...~~ vocatione quadam ad Collegium nostrum, sibi
applausum forsan et gratiam elegi descinerat. Ex Collegio Vladislaviano
porro Quintus, quod Iure speciali a gubernio eiusdem Illris D. Surnowski
dependet. Tum et propterea, quia non omne quod licet licet, sed quod
honestum est. L. non omne ff. de reg. iur. Non est autem honestum, ut deliberatio et arbitrium de Imperatore deligendo dum fiunt, unus duntaxat
seligatur, auctoritate et honoris praerogativa vir elector Doctor, alii ve
ro adiungantur, qui nec dum fortasse adverterunt plene (absit tamen verbo
iniuria) in quo vertatur cardo Iurium Universitatis, cum hic coniuri aliqui
res perarduas, aut architecti structuras magnificentiores concredere soleant
praeterquam quibus deest praesumptio, quod sint non impares muneri, non vana
argto L. 1. C. de novo C. faciendo et itidem L. 1. C. de Iustin. C. confir. Virum
quippe vetus praevalet novo, Theologus aut Iurisprudentiae actu regens Doctor
suae facultatis nec dum veterano Professori Collega maior, multo magis Ar
tistarum Decanus Minori Collegae, argto L. cumquis ff. si certum petatur.
Ideo ea de causa, Quia Clariss. et Excellen. nemo rotus supra Elector
inter Quinque viros illos (salvo semper omni honore et illibato omnia)

Viri eiusdem (Clarissimi) qui electione in illa primatum tenuit, eligendos aut reeligendum nominavit, sententias rogavit, conclusit, dein Electionem publicavit, de Jure vocem in Electione habere non potuit, quia per se actu comutatione antecedente non praelegit, et est de eo semel et iterum per Clarissimum ac Excellentem Virum, D. Joannem Ponski, JV. et Medicinae Doctorem et suae facultatis Decanum, publice exceptum, oppositum, ac protestatum, cum allegatione statuti in volumine statutorum clausi: In Electionibus ad officia et beneficia, neminem habere posse vocem, nisi qui per se actu laboravit. Porro quod contra ius fiat, pro infectis haberi debent, nec exemplis est sed legibus iudicandum, at insisterdum, quia consuetudo si quae obtruditur, ei contraria, longaeva quantumvis foret, non usque adeo est valitura et valet, ut aut legem aut rationem vincat. textus capit fin. de consuetudine extr. Deinde et paria sunt perperam fieri et non fieri, argto L. si quis, ff de testam. nihil refert non fiat, an inutiliter fiat, argto L. Quoties ff Qui satis dare cogantur.

Tertio ex isto fundamento Quia electus seu reelectus (salva itidem ante omnia et per omnia Maiestatis Rectoratus omni honorificentia) praetensus, supra iam nominatus Magnificus Rector, de Jure eligi similiter non potuit, quia statuta Academiae clamant, neminem ad beneficia aut officia assumi posse in Universitate per ordines Academicos, qui non sit actu laborans, quod itidem in actu Electionis fuit allegatum. Quid vero ad Rectoratum, ubi obedientia iurata praestanda est, eiden qui (?) ingressus est, suum ad thronum. Iam vero notorium est, quod non praelegerit. Quae quidem statuta nostra, et patrum memoria fuere in observantia, quia Opatovius, Vitellius, Stercius, et retro Boroninus, Sigonius, ex Artium LL. et S.Th. Doctoribus: Raymanus, Gorski Brozyki, et Ponski, et Gentiliz Juris V. itidem DD. in Rectores delecti actu Professores, et in Rectoratu profitebantur, ut vidimus. Non infringit illud quia Aesculapio, illi in arte medica celeberrimo Laurentio Smieszkowicio, fasces Academiae collati olim fuerant, quantumvis non praelegeret actu, partim ideo, quia quod alicui gratiose concessum est, non debet in consequentiam trahi, ut est regula Juris, et una hirundo (ut est proverbium) ver non facit: partim quia Collegii Maioris LL. Adm. RR. et Excellentibus DD. Professoribus, nec non iuventuti studiosae Gelaniano in Sonlini Sermio, abunde et magnifice impendit, non voce sed re, quae quidem labore et industria ex praxi paraverat suo in gazophylacio. Similiter

quod ab eodem Clarissimo D. Electore prius, cum suis Coelectoribus Adm. RR.
ac Excellen. tam arte fuerit electus, quia publice oppositum fuit, illam
designationem Electorum, praeteritis Doctoribus propriam facultatum, actu re
gentibus, et profitentibus, fuisse non ex Deo, non ex lege, sed ex volun
tate moderni electi, et qui opposuit a Convocationib. ad Consiliariorum
numerosis, quantumvis semel et iterum, tum et Universitatis totius in Syb.
ex industria sesubtraxit, donec vocatus ad Collegium Juridicum contra
solitum ordinem, et statutorum obsequentiam, ac praxim tamdiudum
praemeditatam miro artificio, nec non oppugnatio Oeconomia, et immutato
processus ad allegandam nullam esse necessitatem, propter verum angustiam
in Collegio, et non adeo numerosum adsuc Auditorem, rem silentio non esse
involvendam, quia Decanus et Praepositus eiusdem Domus aiebant, erat
Errores non sunt allegandi sed corrigendi. Non firmatur tractu tem
poris, quod ab initio de Jure non subsistit. Non est in bona fide
qui contra iura agit. aut mercatur. Indignum statuta iurata, quin
perpetuo cendum manere inviolata. Digna vox maiestate imperantis
adstrictum se legibus Principem profiteri. L. digna vox C. de legib.
Insuper quia electio praetensa, affectione quadam, verius in personam
Electi, quam zelo publici boni, omnium Ordinum Academicorum, iuxta formam Statutorum
propagandi est facta, cum tamen multum interrit, in electionibus, quo animo conser
serint eligentes in eligendum ac electum, an precibus vel pretio, vel aliqua affecti
one carnali. Facit ad id Panormit. et Joannes Andreas ad cap. quia propter
de electione ext. Praesides quippe, in Sua tota tertia Electione, Adm. Rndi
et Clariss. istimi admodum satis evidenter Magnifico Dno Electo, qui nullum
Praesidentis Comitiorum et D. Sladebha (alioquin monitus palam in actu sibi
ut erebat verbis ut nummis) non collocavisset Sedem S. Apostolicam quo locavit
can. ad Romana. can. omnis oppressus 2 q 6. can. uncta per mundum
99 3. cap. solitae extr. de maior. et obedien. et locat semper Academia Sede
Catholica, in suis promotionib. omnibus fastigio, et propterea indignum
se amplius illa functione reddidit, illorum electum stetit, qui ad eundem
in Subsellio descenderunt ut ipse (ne actus redderetur irritus) cum au
thoritate Rectorali cathedram conscenderet, Electioni praesideret
Electores approbaret, vers. praemeditata, quinam in Compromissarios
deligendi, qui omnino praetereundi, et quomodo Decanus Artisticae
facultatis Jure Electionis spoliandus, et suo ordine deiciendus, ad
scopum praefixum, prout et de facto factum est maturaretur. Deinde
ita procul deberetur via, ex Collegio fortasse, dum Officium illius Augu.

834

Augustus Bonus rogat suppliciter et pro iure suo exigilat, ad D. Floriani latifundium abscondendi causaque suppositi (ut fama est) testamenti necnon Oeconomis, ne abeat omnino, prout debet retrorsum, aut non assurgant altius quam par est alii, alii vero immerito vapulent contra. Respiciendum proinde. Itaque petimus a Vobis eandem admitti, et in formam authenticam reduci, factaque reductione, unum aut plura instrumentum seu instrumenta publica, necnon Apostolos reverentiales, instanter, instantius, instantissime, ad supra memoratum Illustrissimum Principem et Reverendissimum Dominum D. Academiae Cancellarium ad effectum dictam electionem, si tamen dici meretur non canonicam irritam nullam adinveniri, declarari, cassari et irritari, Senatori in Universitate alma Cracovi regimen supremum, ad quem est devoluta eo in casu potestas, legitimum adinveniri, aut aliam legitimam, pro more Universitatis liberam, non alias praeterquam ex statutorum forma decerni, simulque de remedio opportuno, ne postmodum motus exoriantur inter Facultates et Assessores, sic et in quantum opus fuerit provideri, Salvo iure corrigendi, addendi, minuendi et alias prout iuris et styli. M. Adamus Gloscerevet J.V.D. et Professor Senior, Pater Collegii Iureconsultorum, Canonicus S. Omnium Facultatis Procancellarius manu propria. M. Albertus Lanczki J.V. Doctor et Professor S. Omnium Canonicus Cancellarius, et in Alma Se Medicae Canonici Facultatis pro tunc Iuristarum Decanus manu propria. Super quibus omnibus et singulis praemissis suprascriptus D. Protestans petiit a me Notario Publico infrascripto, praesens publicum Protestationis et Appellationis instrumentum vel instrumenta extradi fieri et confici. Acta sunt haec Cracoviae in Collegio Iureconsultorum Anno Indictione Pontificatu, die et mense quibus supra. Praesentibus Ingenuis Michaele Francisco Marszewic, Matthaeo Iaworski, Alberto Horkowski testibus circa praemissa vocatis rogatis et adhibitis. M. Stanislaus Oswiecowski S.T.B. et I.V.D. ac Professor Ordinarius, Ecclesiae Collegiatae Sancti Omnium Custos, Protonotarius Apostolicus manu mea.



Et quia ego M. Sebastianus Simonis olim Malegowski Publicus S. Auth. Notarius Cracoviensis Dioecesis Posnaniensis, Praemissis Protestandi et Appellandi, omnibusque aliis et singulis, dum sic ut supra scriberentur agerenturque et fierent, una cum dictis testibus praesens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc praesens publicum Instrumentum confeci, scripsi et publicavi, et in hanc publicam formam redegi, signoque nomine et cognomine, meis solitis quibus utor, in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum consignavi, rogatus et requisitus.

~~835~~

813

~~803~~

Anno Dni 1659 die vero quinta
Novembris Ego Adamus Zajecki
archipresbyter quoad accedens Perillri
et Adm Rndo Dno Stanislao Junka-
nski ... Coll. ... S. Floriani
Cleparcij ... Custodi Copiam
Copiae praesentium videlicet Protestationis
et Appellationis ad manus proprias
dedi et ipsum authenticum ostendi.
De quo fidem facio.
† Horis antemeridianis circa horam nonam
in medio horologio idem qui supra
manu p.

837

In Nomine Domini Amen. Praesenti publico infrascripto Reprotestationis Instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum. Quomodo Anno a Nativitate eiusdem Dni Nri, Millmo Sexcentmo Quinquagesimo Nono, Indictione Romana Duodecima, Pontificatus SS. Dni Nri Dni Alexandri Divina providentia Papae eius Nominis Septimi, feliciter modo vero Anno ipsius Quinto, Die vero quinta Novembris. Clarissimi et Adm. Rdi necnon Excellentissimi Dni M. Andreas Grabianowski I. U. D. et Professor, Prothonotarius Aplicus, Ecclae Collegiatae S. Omnium Sanctorum Cracoviae Scholasticus, Uti et tanquam de numero Regentium Facultatem Iuridicam existens M. Albertus Wattowicz eiusdem Ecclae Canonicus, Institutionum Iustiniani, M. Nicolaus Zalaszowski Honorum Iurium Professores. Deinde Successive Anno ab eadem Nativitate Dni 1660. Indictione praefata Decimatertia Pontificatus praelibati Sanctissimi et Anno ut supra, Die vero quinta Ianuarii. Clarissimi et Excellentissimi Dni M. Petrus Mucharski Uti et tanquam Decanus M. Gabriel Ochocki, Franciscus Rolynski, Hyacinthus Lopacki, Philiae et Medicinae Doctores et Professores Principales. In mei Notarii Aplici testiumque infrascriptorum ad id specialiter vocatorum et rogatorum praesentia, personaliter constituti, infrascriptam Reprotestationem iam in parata Scheda descriptam ad omnem meliorem finem et effectum interposuerunt, tenoris sequentis. Quoniam veritas dum minime defensatur opprimitur, et error cui non resistitur approbatur. Can. error. distinc. 83. Ideo Ego M. Andreas Grabianowski D. et Professor, Collegiatae S. Omnium Sanctorum Ecclae Scholasticus pariter et Nos M. Albertus Wattowicz eiusdem Ecclae Canonicus, ~~Scholasticus~~ M. Nicolaus Zalaszowski Collegae, et Honorum Iurium Professores, Uti et tanquam non minus interesse ad infrascriptam Electionem caeteris quibusvis DD. Professoribus habentes Principales. Ac tandem successive et Nos Petrus Mucharski Uti et tanquam Decanus, M. Gabriel Ochocki, Franciscus Rolynski, Hyacinthus Lopacki, Philiae et Medicinae Doctores ac Professores

1 insimul et coniuncta manu Principales, in et contra infrascriptam seditionis et rixarum

2 plenam Protestationem, quae metas suae Iuridicae Facultatis excedens,

etiam in Professores Medicinae et eorum Facultatem transfundere, et in maiorem

3 sui apparentiam quandam eiusdem factae Protestationem, Clarissimi Dni

Ioannis

814

~~804~~

Joannis Jorski Medicinae Doctoris ac Professoris aggregare praesumpsit ac
et intentione reprotestandi. Coram Vobis Dno Notario Actico in Personis
stis successive comparemus, atq à prima notitia in et contra quandam se dic
tam Protestationem per Illrem. Clarissimos et Adm Rdos Dnos Adamum R
nico Cathlis Canonicum, Stanislaum Ossędowski S.T. et praedictae Ecclesiae Colle
giatae Custodem, et Albertum Laniecki ineibidem Cancellarium, ... Pro
fessores, taliter qualiter in Causa Electionis Magnifici Dni Rectoris ...
Veilam, Salva ante omnia charitate et reverentia eorundem ... Protestan
um) omni meliori modo, via, et forma iuris reprotestamur, et reprotestantes
nullitate eiusdem dicimus et opponimus, Et hoc quidem generaliter ex eo

4 | Quia eadem asserta Protestatio multa ficata pro solidis errorea pro
impertinentia pro competentibus fingit et adstruit et quod maxime ...
dum disciplinam Academicam Sobrit, viamq in dies latiorem ad ...
contra brachium Rectorale, per quosdam rebellionem sternit, et ...
ante immediatum eiusdem Electionis actum excitatos multum et enor
scandalosos, ob idq toti Academiae ignominiosos, continuat et fovet ...
inde ne praemissa omnia taciturnitate approbari, et errores huiusmodi
ficari, ac ne iura, Status, et Qualitates Professorum Academicorum ...
quibusdam in eadem Protestatione somniatis Corrariis contemptibili
comparari, ac insuper ne et Nobis, utiq liberis in libera et ...
Republica constitutis Civibus vox et defensio iurata pro Rectorali
superioritate, et exinde pro integritate vel quiete Academica reprote
libus adimi videatur, suadente vel ipso iure naturali et ...
Jansionem permittente in c. dilecto. de Sententia Excois in 6. in c. signi
ficasti extr. de homicid. et passim alibi. Ideò iam ad Specialia eiusdem

5 asserte Protestationis contenta, licet aliquin tumultuarie descripta
secedimus: salva iterum atq iterum de qua iam superius charitate
reverentia &&& Et Imo Quantum attinet primum ...
Protestationis punctum: In quo asseritur ac: Ultimo quinq ...
ni compromissarii seu Electores, ideò non rite fuerint a septem ...
libus Compromissariis electi: Quia inquit eis per Clarissimos ...
Decanos ad regimen Academicum spectantes fuerint declarat...
Item quia iuxta iura ibidem allegata, arbitrandi potestas pende
a voluntate Compromittentium. &&& Contra hoc solemniter ...
protestat...

Decanat Phil. facultatis

Decanus Theolog.

Reprotestatione dicimus: Praefatos DD. Facultatum Decanos duntaxat cumulative et nequaquam privative quoad alios longe plures omnium Facultatum, tam Professores quam Baccalaureos et studiosos, ad talem Electionem spectavisse et spectare, nec ipsis per Statutum seu Academicum hanc Electionis privatiuam quoad alios potestatem concessam fuisse et esse, ac proinde reclamationes illorum si quae pro tunc factae sunt, nil valuisse, nec ad praesens valere. Alioquin hac via tolleretur et converteretur in Electione huiusmodi Rectoratis Praesidentia, et libertas ipsius Electionis, pro quo Uno sensu et consensu omnia iura tam Communia quam Specialia, etiam Academica clamant, et contrarias si alicubi sint consuetudines tollunt, prout videre est vel in Uno solo pro mille aliis texto in c. cum terra Extr. de Elect. et Elect. pot. et in Can. dilectissimi 8. Q. 2. et in Conclusione Universitatis in 7mo Rectoratu M. Dobrovsky fol. 40. ibi: Sed eligatur libere: Tum quia cassum suadent iura et firmius plurium Electioni quam paucorum reclamationi insistatur c. dudum. 2. Extr. de Elect. et Elect. pot. Zdo. Ad idem ut supra Reprotestantes dicimus: Quia allegata reclamatio praefatorum DD. Decanorum veritatem supprimit, ideoque ex hoc ipso falsum committit iuxta Can. nolite et Can. Eiusmodi 11. Q. 3. Nam Ultra hoc quod Decanatus Philosophicae Facultatis fuerit pro tunc in lite et controversia officiosa, ideoque verum et legitimum Decanum habere non potuit: etiam primarius ante alios quosvis DD. Decanos tanquam primariae Facultatis Theologicae Decanus nunquam somniavit, de hac quam sibi praedicta fingit Protestatio reclamatione, imo vero contra huiusmodi frivolas Protestationes reprotestatus est, prout id suo loco et tempore deducetur, et is idem D. Decanus inter primos Compromissarios praesidebat, et alios septem Compromissarios cum suis Coelectoribus, et quidem non sine effectu, eligebat. Unde cum haec DD. Protestantium Protestatio suppressione praedictae veritatis laboret, amplius non meretur, ut si vi ceteris eodem in genere Statis enervatur Can. si ad simpliciras dist. 4 et glos. ibid. 2. et Can. pura 3. Q. 9. et tanto gravius in praemissis eadem Protestatio hallucinatur et legalius impugnatur, quanto graviores sui Authores ut pote supervius nominatos habeat DD. Doctores: iura enim docent Doctores debere esse valde cautos, ne proferrant taciendo, vel ne

veliceant

Decanat. Phil. Facultatis

Decanus Theolog.

Excedit. reticeant dicenda iuxta glos in C. Doctoribus in Proemio Lib. 6. et facit ad hoc
Can. sit Rector distin 43. **3tio** Ad idem ut supra Reprotestantes dicimus
Quandoquidem septem Compromissarii per primos novem Compromissarios fuerunt
simpliciter, et sine ulla penitus restrictiva clausula electi et publicati, atque ad
Electionem ultimorum quinque Compromissariorum admissi: Ideo eo ipso iidem se-
ptem Compromissarii neque à duobus DD. Decanis ut praetendit Protestatio,
neque ab ullo quopiam alio in arbitramento suo dependere debebant iuxta textum
C. in causis et glos. 1. in c. cum dilecto. extra de Elect. et Elect. pot. et iuxta
verba Statuti Academici infrascripti fol. 3. ibi: Potestatem habebunt: Unde
iidem septem Compromissarii recte et pro libertate Electionis fecerunt per
praedictos viros quinque de medio Doctorum et Magistrorum elegerunt
(ita enim disponit dictum Statutum Academiae nostrae de Elect. Rector. fol. 3. ibi
Doctores aut Magistros: Imo vero iidem septem Compromissarii nisi
fuissent observantes specialis iuris et consuetudinis Academicae, etiam attento
solo iure Communi poterant omissis DD. Doctoribus et Magistris, ad alios
os deferre ultimam Electionem iuxta c. quia propter extr. de Elect. fuga
à fortiori poterant etiam solis Magistris deferre, quibus tamen saltim
pro congruentia, non pro necessitate, Clarissimum D. Doctorem in fa-
cultate Medica emeritum, et Primarium praefecerunt. Ac propterea citata
ra per Dnos Protestantes eo loci allegata ad casum nostrum minime con-
venerunt. Tum quia eo duntaxat casu arbitrandi potestas pendet à volun-
tate Compromittentium, quando adhuc res est in integro non vero è con-
tra prout fuit in nostro casu, iuxta mentem c. in causis. extr. de Ele-
ctis et glos. in Can. dilectissimi. 8. Q. 2. in V. iudicare. Tum quia ea-
dem iura per Protestationem allegata duntaxat procedunt in Causis
iudiciariis prout id constat vel ex ipso Can. à Iudicibus. 2. Q. 6. per
ipsosmet DD. Protestantes allegato. Atqui actus praedictae Electionis
in forma simplicis Compromissi ad praescriptum c. quia propter. extr.
de Elect. et ad mentem tam Statuti Academici fol. 3. quam immemo-
rabilis consuetudinis gestus non fuit, nec est Iudiciarius. Ergo et iura
in eadem Protestatione allegata ad casum nil faciunt.

4to. Ad idem ut supra Reprotestantes dicimus: Quod frustra
et valde incaute regimen DD. Decanorum in eadem Protestatione
ad actum

ad actum Rectoralis Electionis trahitur. Tum quia eo ipso quod iuxta Ordinationem sub Anno 1422. Die 18 Octobris per Delegatum S. Sedis Aplicae factam non solis tantum Decanis, sed primario etiam Rectori, et quidem ex longe diversis Causis hoc regimen adscribatur: de necessitate praeter hoc iam omnino actu electus, non vero eligendus Rector supponitur, et sic idem regimen non ad Electionem Rectoralem quae toti Universitati absolute et independenter competit, sed ad alias in eadem Ordinatione positas Causas trahi debuit, alias manifesti iuris est, quod ab expressis ad non expressa et difformia minime procedat sequella L. qui res suas. § mihi. Rom. ff. de soluti. Tum quia si Dni Protestantes regimen in dicta Ordinatione concessum etiam ad Electionem Rectoralem extendunt, eo ipso non sine gravi iniuria Decanum Facultatis Medicae, atque adeo eandem totam Facultatem à praedicta Electione, et consequenter à tota Universitate, Uti ad eandem Electionem semper concurrente, expungere volunt siquidem in praedicta Apostolica Ordinatione nonnisi Rectori et trium duntaxat Facultatum Theologicae, scilicet Canonicae, et Artistarum Decanis regimen praeallegatum committitur, Ut patet ex manifesto eiusdem Ordinationis contextu. Atque sic frustranee ne dicamus contradictorie per eosdem DD. Protestantes simul et ad praedictam Ordinationem Medicorum exclusivam, et ad Clarissimum Tonski dictae Facultatis protunc Decanum in Causa praesenti recurritur, alias iidem DD. Protestantes Variabilia et intentioni suae difformia allegantes, non sunt audiendi c. sollicitudinem. extr. de appell. et Can. Quod autem. 23. Q. 7. et quidem adeo Ut nec ipsa Doctoralis authoritas, alioquin regulariter et per se aestimabilis in hoc mereatur fidem habere, iuxta Puteum. decis. 28. et decis. 375. par. 3. Joann. de Anan. Consil. 119. n. 9. Turret. Consil. 15. n. 38. Lib. 1. Decc. Consil. 86. n. 4. 510 Ad idem Ut supra Reprotestantes dicimus: Cum Dni Protestantes de non servato quasi Ordine inter Clarissimos DD. Doctores ex Una: et Cnles DD. Magistros ac Professores ad Electionem praedictam concurrentes partibus ex altera querulantur, certe hoc ipso iidem Dni Protestantes intendere videntur, Ut à praedicto Rectoratu iidem Dni Magi-

stri ex

sti excludantur et ut soli Doctores maxime inter Ultimarios eodem potiantur
Atqui per hoc non solum ius tertii violaretur, non solum libertas Electionis
tolleretur, non solum Statutum Academicum etiam pro Magistris faciens
conculcaretur, sed etiam consuetudo hactenus etiam in Ultimo et immediato
Statu observata periundaretur, et insolita quaedam novitas quam reprobat
iura c. cum consuetudinis extr. de consuetudine in Academiam induceretur
Tanto vero magis haec consuetudo violari nequit, cum per aliquos ex iis
met DD. Protestantibus fuit antea tenta et observata, ut scilicet non
solum DD. Doctores sed et Magistri, et omnium Facultatum simplices Profes-
sores pro Ultimis quinque Compromissariis, et quidem saepius privative prae
ad DD. Doctores assumerentur et ab assumptis M. DD. Rectores
cum effectu eligerentur prout id factum fuit in Rectoratu olim piae def-
functorum Item Rndorum D.D. Jacobi Gorski, Sigismundi Grzepski
Matthaei Krasnicki, et aliorum plurimorum ac etiam in Ultimo ac immedi-
ato praecedentis Electionis statu. Cum vero omnis consuetudo rationabilis (quan-
to magis haec quae et pro libertate Electionis facit, et Statuto Academi-
co superius allegato conformis sit) habeat vim Privilegii c. super
quibusdam extr. de Verbor. signif. et L. hoc iure. ff de aqua quot. quo
igitur titulo iidem Dni Protestantes circa praesentem Electionem que-
rulantur, aut qua ratione eidem consuetudini ab aliquibus ex iisdem DD.
Protestantibus antea exercitae contradicere possunt, certe haec indignitas
in DD. Protestantes cadere non debet, ut contra factum proprium et
Comprotestantium suorum venire, et notam probri eo nomine in Can. certe. 12.
D. I. fulminati incurrere, aut iura et consuetudines Academicas dunta-
xat pro libitu suo et ad nutum sui appetitus trahere debeant.

Ulto et Ultimo Ad idem ut supra Reprotestantes dicimus: Attento
contextu praeallegati Statuti Academici Fol. 8. et praecipue ibi: Do-
ctores aut Magistros: eo ipso particula Aut: sive disiunctive, si-
ve alternative accipiatur semper tribuit actum cuilibet ad Electionem
intervenientium in solidum iuxta Archidiac. Joan. Andr. Franch. quos
refert Bened. post Canonicas Quaestiones Singul. 6. num. 2. et 8. Unde
sic non tantum Clarissimi DD. Doctores sed et Voles Magistri
bene et valide erant pro Compromissariis eligibiles, neque per hoc
Ulta

Illa penitus iniuria inferri potuit DD. Doctoribus, qui enim suo iure ut-
tur nemini iniuriam facit c. cum Ecclia extr. de elect.

Quantum verò attinet illud Protestationis punctum. In quo nimis affe-
ctivè asseritur quòd M. D. Rector præter usitatum ab Academia condita no-
vam ipse præsidebat et ipse per verbum Placet approbabat § § §

Et 1mo. Contra hoc Reprotestantes dicimus. Quod citra agnitionem alicuius
inconvenientiæ ex Rectorali Præsidentia quasi resultantis, hæc eadem Præsi-
dentia non fuit causata à Magnifico D. Rectore, sed duntaxat ab illis
ipsis, et quidem de medio eorundem DD. Protestantium existentibus, suo lo-
co et tempore nominandis, qui fuerunt primi Motores et Auctores tam hor-
rendi, tam scandalosi et ignominiosi totoq tempore à condita Academia
nunquam inter Academicos visi tumultus, qui aliter sopitus non fuisset, nisi
M. D. Rector aliquoties ex residentia sua favorit suo tempore vindicatum
tanti scandali inquisitio, ne delicta et quidem tam horrenda impunita
maneant decebit) evocatus, Cathedram ubi locum Præsidentiæ in Lectorio
Theologorum, ubi pro tunc tumultuabatur, ascendisset et taliter præ-
sentia et autoritate sua istos tumultus et seditiones compescuisset. Pro-
inde cum omnis noxa suum caput sequitur et oes culpæ suos tenet Auto-
res L. factum. ff de reg. iur. Ideò et Præsidentia prælata, si illam
DD. Protestantes pro culpabili reputare volunt, iisdem prælati tumul-
tus Autoribus non M. D. Rectori imputari debet, alias vasle impium
est, aliena culpa aliquem prægravari. c. non debet. de reg. iur. in 6. Quo
verò si præmissis scandalis idem M. Rector adveniri et præsentia sua
non succurisset eo ipso culpa grandi non carruisset: c. fin. extr. de in-
iuriis. Non rectè igitur DD. Protestantes procedunt, dum id quod erat
laudabile faciunt culpabile, alioquin væ illis qui dicunt bonum malum
Can. væ qui dicitis. 11. Q. 3. Can. si quis. ibidem.

2do. Contra idem ut supra Reprotestantes dicimus. Vanam esse et prorsus
sine effectu de Præsidentia M. D. Rectoris DD. Protestantium querelam
Quia si in huiusmodi actu per Delegatos suos M. DD. Rectores præsi-
dere solent ut fatentur et ipsi DD. Protestantes, et omninò id ipsum
stante frequentiori usu fateri coguntur. Cur ergo et per seipsum præ-
sidere non possint! ubiq qui facit per alium, est perinde acsi faciat
perseipsum. c. qui facit. de reg. iur. in 6. Præterea nonne satisfactum

fuit

Hungaria Fuit per hoc à M. D. Rectore! quando Excellentem Stanislaum Slachetka Re-
gium Professorem, Collegam Maiorem, alias virum bonarum et competentium qua-
litatum, qui et in proximè praeterito Electione pro Clarissimo Dno Francisco
Rolynski, Medicinae Doctore, proximè praeterito Rectore eodem in loco, iisdem
in Comitiis ubi loquitur Protestatio praesidebat in locum et vices suas delega-
vit! Sed quia iidem ut supra eiusdem tumultus et seditionis Motores, habito
prius desuper privato Conventiculo, quasi data tessera, uno incipiente, aliis
ibidem in magno aliorum Professorum et Studiosorum concursu horrendè accla-
mantibus, etiam de locis suis sese prorripientibus, tumultum concitârunt, praefatum
Slachetka Delegatum, virum innocentem crudis et satis incomptis vociferationi-
bus in Cathedra stantem obruerunt, et eundem ob odia quaedam et liberta-
Suetia. tem forte Scholae hostilitatis per quosdam inquietos cerebros et ad oppressionem
exegitatas, ab eadem Cathedra depellere, et alium quendam Professorem de
medio sui tempore et loco opportunis nominandum, data opera ad id informa-
tum eoque fine ad Lectorium vocatum supponere volebant, et sic unica
hanc solam praefati Delegati depulsionem, plusquam per duas horas inte-
gras eosdem clamores et tumultus non sine grandi et enormi scandalo continuabant,
et undeque ad augendum tumultum subiecta factionis suae etiam Scholares ex-
traneos eodem fine aggregabant. Unde quoniam ad sopiendos istos tumultus non
erat alius efficacior modus, quam ut ipse M. D. Rector in Persona sua super-
venisset, et Delegati sui iam inceptam Praesidentiam continuasset, prout et con-
tinuavit et hoc modo illum scandalosum tumultum, et certè iusto Dei iudicio
ac illarum Personarum quibus id interest severe punibilem acquietavit.
Ideo immeritò nunc Dni Protestantes de Praesidentia per Delegatum non con-
tinuata, et de verbo illo Placet: à Praesidente in actu Electionis adhibi-
to solito querulantur: quia imputari ei non debet per quem non stat, si non
fuerat quod per eum fuerat faciendum c. imputari. et c. cum non stat per
eum. de reg. iur. in 6. alioquin eo ipso tyrannica oppressio et grandis inju-
stitia esset, si id ipsum in alium retorqueatur, cuius ipse retorquens
fuitor et reus est, factum enim cuique suum non adversario nocere debet
d. L. factum. ff. de reg. iur. Ex quo etiam illud verbum ratificationis Placet
est tanti in iure momenti, ut instantiam DD. Protestantium querelam
etiam suppeditare possit. Manifesti enim iuris est, quod verba ratificatio-
nis nihil iuris novi addant, sed id tantum quod praecessit suggerunt.
c. inter dilectos. ext. de fide Instrum. et Can. praeceptis. dist. 12.
Et id ad idem Reprotestantes dicimus. Quod hoc verbum Placet: ve-
vito

immerito DD. Protestantibus displicet, manifesti enim iuris est quod omnis Electio si non tantum de Persona tertii prout fit in Electione Rectorali sed etiam de Persona ipsiusmet Electi, ni ab eodemmet Electo per verbum Placet: aut huic simile acceptetur, eo ipso nulla reddatur! iuxta c. Si Electio. de Elect. in 6. c. cum in iure extr. de Elect. c. quam sit. de Elect. in 6. et ibid. glos. in §. Mensem, c. cum inter extr. de Elect. et glos. ibidem in §. subscriptam, et in §. Coniugale. Can. prius quam distin. 28. Can. quando. distin. 63. et glos. ibid. l. c. licet de Procur. in 6. videant ergo Clarissimi DD. Doctores an verbum istud Placet in Electione praedicta factum mereatur aliquas ab illis plagas! tanto magis cum et ipsa Statuta Academica, quorum iidem Dni Protestantes se esse magis caeteris Professoribus gnaros asserunt, id ipsum exigant statuto fol. 3. tit. de Elect. Rector. ibi: Consentire tenetur Electioni &c. Ad 6. et Ultimo Ad idem Reprotestantes dicimus. Tametsi iidem Dni Protestantes in sua Protestatione innocenter nec ulla penitus data culpa, Urbis Magistros et Professores nimis rigide et plusquam Censoria virga excutiant eorumque impenitiam satis iniurioso taxent ibi: qui necdum fortasse advertemunt in quo versatur Cardo iurium Universitatis &c. et propterea illos ibidem quibusdam Conviciis non sine grandi contemptu et quidem publice assimilent licet alias bona conscientia, tanto magis Doctorali et Sacerdotali, de quolibet bonum esset praesumendum, nisi probetur contrarium c. dudum. extr. de Praesumpt. et Can. Deus Omnipotens. 2. Q. 1. Mirum tamen est quod iidem DD. Protestantes tam gnari rerum Academicarum non advertant huiusmodi personalem Rectoris Praesidentiam non ex praemissa solum necessitate ut est superius insinuatum, ad praesens factam, sed ultra omnem necessitatem aliquando fuisse in Electione Rectorali practicatam, et praecipue Rectoratu Illustrium et Adm. Rndorum olim Jacobi Vitellii, et Jacobi Naymanovic, virorum et omni numero absolutorum, et iurium verorum Academicarum Zelatorum acerrimorum. Cuius rei si DD. Protestantes Spectatores non fuerunt facile eo nomine testes oculati si id opus fuerit produci poterunt. Ergo erroneum est quod asserit Protestatio praemissam personalem Rectoris Praesidentiam quasi a condita Academia non fuisse usitatam. Quod autem ad illud circa Protestationes praecitam: In quo gravatur quod Excellentissimus D. Martinus Radymnensis

Radyminski protunc ut asseritur Philosophicae Facultatis Decanus in Pro-
testatione nominatus inter ultimos quinque Compromissarios non fuerit electus.
1mo Contra hoc. Patet iam ex supra insinuatis sufficiens et legalis Reprote-
stationis Materia. Quia scilicet idem Dnus assertus Decanus ratione turbati quasi
potius et aliorum Servitus, sed in Decanum Electoris fuit protunc cum certo
Professore Regio, Collega Maiore, Viro in Presbyterali Ordine constituto et qui
non solum de Cathedra Academica, in qua iam bis Cursum Philosophicum
laudabiliter praelegit, sed etiam de Vita optime merito, et qui etiam tempore
Successorum et Longaevorum in rebus Academicis suam non minorem ceteris quibus-
vis probavit prudentiam et patientiam in Processu et lite et hoc ex co-
Quod is idem Professor Regius pro eodem Decanatu prior ante D. Rady-
minski concurrebat et iura Philosophica Ordinem atque Vota eligentium pro-
pria pro Persona sua habebat. Unde pendente huiusmodi lite, iamque et
Decreto Rectorali etiam eo nomine lato, nil novi per quempiam attentari
debuit, iuxta totam Rubricam tam extra quam in 6. Ut lite pendente
nil innovetur ac proinde merito idem D. Radyminski ratione litigiosi et
abiudicati Decanatus non erat pro Compromissario eligibilis, licet postea
ob solum pacis Academicae bonum idem D. Regius Professor pro mo-
destia sua de iure et iniuria sua condescenderit.
2do Ad idem Reprotestantes dicimus: Quia si iuxta asserta Dnorum
Protestantium necessario Decanus Philosophicae Facultatis pro Compro-
missario inter ultimos Electores eligi debuerat, eo ipso et libertas Electionis
immerito vapulasset, et officium nati et perpetui Electoris sine dubio inau-
guratum fuisset, et Conclusio Universitatis sub Rectoratu Septimo olim Mag.
Dobrocieski lata, eundem natum et perpetuum Electoratum et quantumque
tentam eo nomine consuetudinem tanquam corruptelam reprobans et pro-
hibens conculcata extitisset, quam quidem Conclusionem videre licet in Libro
Conclusionum fol. 40 sub his formalibus: Modus eligendi Rectorem
servetur omnino secundum Vetus Statutum et corruptela quae
abusu quodam inoleverat in modo eligendo Rectorem per certos
quosdam et natos Electores penitus tollatur nec sint aliqui, vel
in primis vel in secundis vel in tertiis certi Electores, sed eli-
gantur libere &c. Et haec Conclusio eo firmius servanda quia funda-
tur in

8/7

lar in iure Communi de quo Canon. in c. ex ore. extr. de his quae fiunt à Maior. n. 3. Et profecto mirum est quid causae sit; quod licet DD. Protestantes cum depressione aliorum Professorum asserant se esse gnaros et non imperitos in quo iura Universitatis consistant: Non tamen hanc satis obviam et vere celebrem ac notatu dignam Universitatis Conclusionem viderint: quam si vidissent nunquam ut credimus contra praesentem Rectoralem Electionem ex hoc fundamento sua Protestatione obtrusissent, nec consuetudinem aut verius corruptelam eo nomine usurpatam allegassent, si etiam vel hoc saltim quod antea intra Academicos parietes practicabatur in memoriam sibi reduxissent: fuisse scilicet aliquando Electiones tales quibus stantibus aut penitus inter Electores Compromissarios idem Philosophicae Facultatis Decanus non fuerit, aut saltim non semper inter tertios, sed nunc inter primos, nunc inter secundos Electores, ad Electionem praedictam descenderit. Huius rei si forte DD. Protestantes non meminerint, ergo facile tempore et loco opportunis memoria eorum per media ad id facientia si his opus fuerit refricari poterit, et praecipue in Decanatu Rosembii, Gregiecovii, et aliorum.

Quantum ad illud eiusdem Protestationis punctum: In quo sollicite sane instituitur impugnatio Clarissimi D. Rectoris, inter quinque Electores primum locum profunc tenentis, quasi iste Vir Clarissimus ex eo vocem in Electione praedicta habere non possit, quia ut ais Protestatio antecedenti Commutatione non legit.

Imo Contra hoc Reprotestantes dicimus. Citra agnitionem incompetentiae huic Clarissimo Viro obiectae: Non recte argumentari eandem Protestationem: quia vitia obiiciens contra Personam Electoris non dicitur obiicere contra formam Electionis: c. procur. de Elect. in 6. Praeterea adhuc idem non bene procedit argumentum ab incompetentia unius duntaxat Electoris ad invaliditatem huiusmodi Electionis, quae utique non per unum tantum, sed per alios plures Electores stetit.

2do Sic idem ut supra dicimus. Stante sola possessione vel quasi, tam Praesentationis in Patrono, quam Electionis in Electore, adhuc non recte inferri sequelam ab incompetentia Electoris aut Patroni ad nullitatem ipsius Electionis, aut exinde sequi solitae Institutionis, ut videre est in manifesto texti c. Consultationibus. extr. de iur. pat. in c. quae

relam

819

809

querelam. extr. de Elect. Quia ergo Vir Clarissimus sicut antea fuit ita et nunc est in immediata possessione Electionis Rectoralis inde sequitur quod praedictorum D.D. Protestantium reclamatio non poterit sibi tantum autoritatis praetendere, ut eundem Virum commodo possessionis spoliet. Iura enim clamant Magnum esse possessionis commodum nec levi ex fundamento aliquis ab eo dimovetur Instit. de Interdict. § retinendae et d. c. Consultationib. extr. de iur. pat. et c. in literis extr. de restit. spoliat. Proinde et Statutum Academicum in Protestatione satis insulse allegatum. Si quod tale est non consuevit quemquam ante cognitionem et declarationem hominis spoliare, imo vero ipsius maxime autem in paenalibus leniorem recipit per iura communia interpretationem. c. ex literis. extr. de Constit.
Romæ commorantem, ſiue eius legitimum Procuratorem executa non probatur, vt neceſſe eſt *Clem paſtoralis de re iudic. clem. ſæpe vbi gloſ. verb. ad id de verb. ſignifi. Caualer. deciſ. 376. num. 1.* Tum iuriſdictionis, quia Epiſcopus in functionibus Accademicis, ac rebus ad Accademiam publicam, hoc eſt Pontificia, ſeu Regia auctoritate erectam *Caſſan. in chatal. glor. mund. par. 10. conſid. 32. Perez. lib. 1. ordinat. l. 1. tit. 10. Barboſ de poteſtat. Epiſcop. alleg. 56. num. 22.* qualis eſt inſignis Accademia Cracouienſis, ſpectantibus prorſus caret, niſi ex priuilegio, conſuetudine, vel alio iure eam ſibi competere probet, *vt poſt Goffred. tit. de Magiſtr. num. 1. notat Card. Zabarell. in clem. cum ſit num. 8. eodem tit. & in cap. verum num. 3. de for. competen. Imol. in d. clem. 2. num. 11. Vitalin. in clem. 1. num. 59. eod. tit. facit Barboſ. in collect. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 2. num. 4.*

Neque competere poteſt Epiſcopo tanquam Accademiæ Cancellario vigore Statutorum, ſiue ordinationis Alberti Sedis Apoſtolicæ Delegati, & confirmationis Vrbani V. quia ibi tribuitur ſolum poteſtas Epiſcopo gratificandi in cauſis beneficialibus cum parte maiori, vel duabus Rectoris, ac trium Decanorum, quando hi fuiſſent inter ſe diſcordes, aut examinandi Scolares ad Doctoratum in Ciuitate Cracouiæ promouendos, & quatenus idonei reperti fuerint Doctoratus honorem illis concedendi, in quo caſu nos non verſamur, quia Stanislaus longè ante Doctoratus lauream in Alma Vrbe Romæ aſſecurus fuerat, ſed agitur de illius admiſſione ad reſpondendum pro loco inter Doctores Accademiæ, & ſic de re longè diuerſa, ad quam propterea priuilegium huiuſmodi Epiſcopo conceſſum extendi non debet *l. ius ſingulare, ff. de legib. Alex. in l. ſcriniarios num. 2. in fin. Cod. milit. teſtament. Calderin. in terminis priuilegii doctorandi conſ. 1. num. 2. verſ. præterea de priuil. Decian. conſ. 51. num. 23. lib. 3. Buratt. deciſ. 19. num. 5.*

Eò minus, quia ex eiſdem ſtatutis, & ordinationibus regimen, & omnimoda ordinatio Vniuerſitatis in omnibus quæ fuerint expedienda, conceditur Rectori cum tribus Decanis facultatum Theologicæ, Iuris Canonici, & Artiſtarum ponderando verbum, *omnimoda*, quod excludit alterius perſonæ concurſum *gloſſ. in clem. 1. verb. omnimodo de for. compet. Soccin. conſ. 43. nu. 12. lib. 4.* Rot. *deciſ. 296. num. 1. part. 1. diuerſ. deciſ. 112. num. 6. coram bon. mem. Buratt. & in Montisalti* Beneficii *15. Decembris* 1645. *§. ſed verè coram me.*

Prout etiam declarauit obſeruantia ex admiſſionibus ad reſpondendum ſpatio bis centum ferè annorum pluries, ac pluries ſecutis de

conſenſu

conſenſu ſolius Rectoris, ac Profeſſorum, ipſo quoque Epiſcopo ſciente, quæ obſeruantia nè dum inſeruit pro interpretatione quatenus opus ſit Statutorum, ac Ordinationis, ſed vltrò vim habet tituli legitimè conſtituti *l.hoc Iure § ductus aquæ, vbi gloſſ.marginal. ff. aq. quotid. & actiu. Mart. de Iuriſd. par. 2. cap. 43. num. 65. Buratt. deciſ. 874. num. 7. deciſ. 938. num. 8.* & peperit præſcriptionem, quæ in Iuriſdictionalibus ſolo quatragenario curſu completur *Matthien. in leg. Hiſpan. lib. 5. tit. 10. l. 1. gloſ. 19. num. 2. & 4. Guttier. practicar. quæſt. lib. 3. quæſt. 62. num. 11. & lib. 4. quæſt. 35. num. 15. Couarr. in reg. poſſeſſor. 2. par. §. 4. num. 5. Auend. de exequen. mand. par. 2. cap. 4. num. 20. Caſtill. de Tert. Reg. cap. 30. num. 14. & cap. 34. ſub num. 5. Seraph.* in terminis præſcriptionis contra Epiſcopum *deciſ. 712. num. 2.*

Iniuſtitia pariter vitio laborant ſententiæ, quia actus reſponſionis, ſiuè publicè diſputationis ab Epiſcopo prohiberi non potuit Stanislao, nè dum Clerico, ſed Sacerdoti in Collegiatæ Eecleſiæ Sancti Floriani Canonico, & per aliquos annos ante in eadem Academia Theologiæ profeſſori, cum prohibitio publicas, vel priuatas diſputationes de fide Catholica habendi relata in *cap. 2. §. inhibemus de hæret. in 6.* laicos tantùm compræhendat, vt notat ibidem *Barboſ. num. 14. in fin. Azor. inſtit. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 26. quæſt. 1. Sanchez in præcept. decal. lib. 2. cap. 6. num. 6.* nec trahatur ad diſputationes materiales, quæ videlicet non fiunt ad fidei veritatem perſuadendam, ſed inter Chriſti fideles exercitij gratia, vel ingenij acuminis oſtentandi *Nauar. in manual. cap. 11. num. 27. verſ. quinto peccat. Sanch. dicto lib. 2. cap. 6. num. 9. Caſtropal. oper. moral. tom. 1. tract. 4. diſput. 2. punct. 4. num. 5. cum allegatis à modern. Viannenſi in præcep. decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 1, & ſeq.*

Non obſtat inhibitio Epiſcopi nè quiſpiam ad reſpondendum admitteretur, quia non probatur præſentata Stanislao ante actum reſponſionis, ad quem ſubſtinendum præſumitur poſterior, quamuis eadem die præſentata fuiſſet *Acchill. deciſ. 37. de appellat. Seraph. deciſ. 1115. num. 1. Rot. in recent. deciſ. 487. num. 2. par. 2. deciſ. 467. num. 2. par. 3.* Cumque inhibitio ſit euidenter nulla ex defectu Iuriſdictionis, qua ſicuti Epiſcopus caret in admittendo Doctores ad reſpondendũ, caret conſecutiue in inhibendo nè admittantur *Surd. conſil. 424. num. 46. poſt Boer. conſ. 85. num. 20. verſ. ergò lib. 3.* quem ſequitur *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 20. num. 29.* potuit impunè contemni *Surd. dicto conſ. 424. num. 44*

Grat.

865

856

Grat.diſcept. 17.*ſub num.* 3. Rot. *in* Romana *pecuniaria coram Platto*, *impreſſ. apud Marcheſ.de commiſſ.par.*3 *fol.*43.*num.* 1. *&* 2.

Ideoque neque contra Gabrielem Ochocki ex capite contrauentionis eiuſdem inhibitionis ferri debuit excommunicationis ſententia, vt reſpondit *Rot.inter rec. deciſ.* 318. *num.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 625. *num.*4. *par.*4.*& in aliis relatis à moder.*Peruſ. *de manut. obſeru.* 103. *num.* 23. *& nuperrimè in* Barchinonen. *Iuriſdictionis* 5. *Iulii* 1649. §.*tum etiam coram me.*

Et ita deciſum informante ſolum Stanislao, parte aduerſa citata per Contradictas.

ROMAE,
Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. 1651.

Superiorum permiſſu.

DECISIO
S. ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D.
BICHIO
IN CAVSA
Cracouien̄ Iuris reſpondendi.
Mercurij 28. Iunij 1651.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. M.DC.LI.

SVPERIORVM PERMISSV.

866

~~857~~

RITE, & rectè non fuiſſe à Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Cracouiæ latam ſentẽtiam, qua Stanislaus Iurkouski pronunciatur nulliter promotus ad reſpondendum pro loco inter Sacræ Theologiæ Doctores deciſum fuit ſub die 23. Ianuarij proximi præteriti & iterum hodie, vrget enim defectus citationis ipſius Staniſlai contra quem negari non poteſt fuiſſe directum iudicium dũ eius admiſſionem ad reſpondendum nullam, eumdemque nulliter promotum declaratum eſſe apparet ex tenore ſententiæ, qui debet attendi *Corn. conſ. 10. num. 3. lib. 4. Dec. conſ. 28. num. 2. Seraph. deciſ. 452. numer. 1. Rota in recent. deciſ. 79. numer. 20. par. 5.*

Vrget quoque defectus Iuriſdictionis quę videlicet circa admiſſiones & promotiones huiuſmodi non reſidet penes Epiſcopum Achademiæ Cracouienſis Cancellarium, ſed penes Rectorem ac profeſſores Vniuerſitatis, vt conſtat ex quam pluribus admiſſionibus per biſcentum fere annos ſecutis & continuatis, quibus priuilegia Statuta Conſtitutiones Synodales, Ordinationes exaduerſo ponderatas ius hoc admittendi non comprehendere declaratur, vel quatenus opus ſit nouus titulus cõſtitutus fuit fauore Rectoris, ac Vniuerſitatis idemque Ius præſcriptum contra Epiſcopum *ex alleg. in prima deciſ. § prout*.

Neque deeſt ſcientia & patientia Epiſcopi ad hunc effectum neceſſaria *Buratt. deciſ. 912. num. 7.* Quia ex actuum multiplicitate ac temporis diuturnitate præſumitur *Innoc. in cap. bene il ſecondo num. 1. verſ. quæritur de poſtul. Prælat. Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 2. de cauſ. poſſ & propr. Seraph. deciſ. 306. num. 5. & 7.* Rot. *inter recent. deciſ. 225. nu 4. par. 5 deciſ. 139. num. 7. apud modern. Peruſin. de Manutent.* præſertim quia aliquando ad ipſius Epiſcopi præces Rector & Vniuerſitas ad reſpondendum admiſit, & cum admiſſo diſpenſauit, vt in Sum. præteritæ poſitionis num. 11. litt. E. quod nedum conuincit Epiſcopi ſcientiam & patientiam, ſed vltro importat agnitionem, ac approbationem iuris à Rectore, & Vniuerſitate exerciti *cap. ex ore, verſ. per hoc de his quæ fiun. à maior. par. cap: Dec. conſ. 206. num. 7. verſ. vbi exhibens Rota in Treueren. Archidiaconatus 13. Iunij 1644. coram* R. P. D. *meo* Cerro.

Quo magis attento ſtatuto antiquiſſimo anni 1422. quo Albertus tũc

867
858

Cracouiæ Epiſcopus conſenſit, vt Rector Vniuerſitatis, qui pro tempore fuerit cum tribus Decanis facultatum Theologiæ &c. habeant regimen & ordinationem omnimodam Vniuerſitatis; ità quod eorum diſpoſitioni ſtetur in omnibus, quæ fuerit expediēda. Et hic ponderandum eſt quòd ſtatutum loquitur de regimine, ac ac Iuriſdictione priuatiuè ad Epiſcopum, vt demonſtrat tum verbum *omnimoda ex alleg. in prima deciſ.* §. *eo minus, quibus additur. Buratt.* loquens in puncto contra Epiſcopum *deciſ.*912. *nu.*6. tum ſubſequens reſeruatio ibidem adiecta recurſus ad Epiſcopum in cauſis beneficialibus, quoties Rector ac Decani fuiſſent diſcordes; exinde namque reſultat clara ſtatuentium volūtas Iuriſdictionem priuatiuè ad Epiſcopum concedendi Rectori quo ad ius admittendi ad reſponſiones in dicta reſeruatione non comprehenſum, vt ad propoſitum ponderauit R*ota deciſ.*121.*nu.*3.*deciſ.*189.*nu.*2.*&* 669. *num.*2. *in fin. par.*1. *recent. & in Miranden. Penſionis* 23. *Martij* 1620. *coram clar. mem. Card. Veroſpio ſeniori.*

Et de ſtatuti validitate, ſeu quod afficiat Epiſcopos ſucceſſores, dubitari non poteſt; quia adeſt confirmatio Apoſtolica expreſſa generaliter & in hoc iure admittendi ad reſpontiones particulariter præſumpta ex ſupradicta longiſſimi temporis obſeruantia *Seraphin. deciſ.*1080.*numer.*7.*add. ad ſanct. mem. Greg. XV. deciſ.* 354.*num.*18. quæ ad hunc effectum ſuffragatur non obſtante conſtitutio[illegible]e fel. record. Vrb. VIII. ſuper præiudicialibus iurium Eccleſiæ, qu[illegible] eam non habere locum in Regno Poloniæ deciſum fuit *in Vladi[illegible]uien. manutentionis,* 5. *Iunij* 1648. *coram Reuerendiſſimo Domino Terracinenſi.*

Non obſtat quod Iuriſdictio non cenſeatur inferiori conceſſa priuatiuè ad concedentem, vel habentem ordinariam qualis eſt Epiſcopus *Iaſ. in l. quod in rerum* §. *ſi quis numer.*8. *ff. leg. primo Felin. in cap. paſtoralis numer.*2. *de offic. ordin. Gramat. deciſ.*30. *numer.*1. *Buratt. deciſ.*912.*num.*4. Quia hoc procedit in dubio; ſecus vbi vt in caſu noſtro ex tenore conceſſionis conſtat de mente concedendi priuatiuè *Felin. in d. cap. paſtoralis col.*3. *in prima limit. Roman. conſ.*393. *vbi add. litt. A. Ferrett. conſ.*142.*nu.*15. *in princ. lib.*1. *Rot. deciſ.*121. *num.*3 *par.*1. *recent.* Et ſufficit Rectori, ac Vniuerſitati Iuriſdictionem acquiſiuiſſe mediante præſcriptione, vt ea competat priuatiue *Felin. in d. cap. paſtoralis nu.*5. *in octaua limit. Ferrett. d. conſ.*142. *nu.*13. *Menoch. præſumpt.*18. *num.*24. *lib.*2. *relatus a modern. Auentonen. reſolut. Canon. & Ciuil. lib.*1. *cap.*60. *num.*14.

Actus

Actus verò Iuriſdictionis ab Epiſcopo, vt prætenditur, geſti quo ad re-
formationem ſtudij, vel alij, qui hoc ius admittendi ad reſponden-
dum non reſpiciunt, ſiue etiam priuilegia & conſtitutiones, quid-
ſit an probent generaliter competere Epiſcopo Iuriſdictionem
in hac Vniuerſitate, quod quatenus opus fuerit cognoſci oppor-
tunius poterit, ſanè non excludunt quin Rectori, & Vniuerſitati
quæſita fuerit poteſtas priuatiuè admittendi ad reſponſiones cum
non repugnet quod vnus habeat Iuriſdictionem in vna ſpecie, &
alter in alijs *Rota deciſ.310.nu.10.deciſ.321.nu.26.& ſeqq.dec.509.*
num.7.inter impreſſ.apud modern.Peruſ.de manut.relat. ab eod.moder.
obſer.72. numer.18. & ſemper præualeat præſcriptio Iuriſdictionis
probata in caſu indiuiduo, de quo agitur, vt debet *Soccin.ſen.con-*
ſil.187.num.21.lib.2. Aym.conſ 96.num.4 Natt.conſ.636.num.130.
& 133. Rot.apud modern.de manut,deciſ.667.num.18.
Solum hoc ius admittendi percutiunt Epiſtolæ Cardinalis Friderici
Epiſcopi Cracouienſis de anno 1496.& 97. ac duo alij actus geſti
ab Epiſcopo Tyliski, anno 1616. dati in Summario Promotoris
fiſcalis num.13. Sed Epiſtolarum prima præſefert dumtaxat hor-
tamentum, & Conſilium quod valdè differt à poteſtate, vt poſt
Cuiacc.ad l.primam ff.offic.eius in primo lib.quæſt.Papiani obſeruauit
Bellon.de mand.Iuriſd,cap.8. quæſt.4. num.18. Altera non probatur
effectum ſortita, Cumque Cardinalis Fridericus eſſet filius Regis,
& ex illo capite illi Vniuerſitas obſequentior, Epiſtolæ huiuſmo-
di eo minus ſuffragari poſſunt Epiſcopis ſucceſſoribus; præſertim
quia ante, & poſt Vniuerſitas hanc poteſtatem exercuit longiſſimo
tempore, quo in omnem euentum etiam poſt dictas Epiſtolas no-
ua præſcriptio inchoata, & completa fuiſſet, *vt per Didacum in reg.*
poſſeſſor §.12.num.7. Gratian.diſcept.2.num.46.& ſeqq. vbi allegat
concordantes.
Quæque bis geſſit Epiſcopus Tyliski de anno 1616. non nocent præ-
ſcriptioni longè antè completæ ad fauorem Vniuerſitatis *Abb.in*
cap.auditis num.10.in vlt.notab. per illum Tex.de præſcript. Felin. in
cap.illud num.13.eod.tit. Rota deciſ 345.num.9.par.1.recent. Præter
quod tunc Epiſcopus proceſſit in gradu appellationis, ibi, *appel-*
lantium à decreto Rectoris &c. Vndè inferri non poteſt quod habeat
Iuriſdictionem in prima inſtantia, *gloſſ.in cap.ad reprimendum verb.*
ſuſpendetur in fin. de offic.ordin. Abb.ibid. num.6. Surd. conſ.223.ſub
num.30. cum alijs allegatis *per moder. Auenionenſem in tract.de præ-*
uent.tom.2.par.2.cap.8. num.2.& 3. & cap.59. numer.48.& 49. Et
quod

868
859

quod plus eſt, hi actus non habuerunt effectum, & alterius ex illis emanati in Cauſa Matthiæ Bloſij ineffectuatio apparet, quia eadem Cauſa fuit poſtmodum de anno 1625. terminata à Rectore, ac Vniuerſitate ipſo Epiſcopo Cracouiæ depræcante, vt legitur in Sum. præteritæ poſitionis pro Stanislao ſub num. 12. litt. E.

Tandem non obſtat, quod Auguſtus Cæſar conſtituerit quod, ipſo tantum authore Iuriſconſulti reſponderent, vt tradtt R*enatus Coppinus de Demanio Franciæ lib.* 3. *tit.*27. *qui num.*20. refert originem Acchademiæ Cracouienſis; Nam in ſecunda parte verbum non facit de re noſtra, & in prima loquitur de iure interpretandi leges in publicis gymnaſijs de tempore Cæſaris Auguſti, cuius ſuprema poteſtas nullibi apparet translata in Epiſcopum Cracouiæ, qui imò ex ſtatutis, & ordinationibus Regni habet ſolum poteſtatem circa examen Scholarium, quod ad Officium Cancellarij ſpectare tradit *poſt Ioan. de Platea in l.magiſtros* C. *profeſſ. & medic. lib.*10. *Rebuff. de priuileg. Scholar. priuil.* 87. *Salon de* Pace *conſ.* 47. *numer.* 13.

Et quamuis in præcitatis priuilegijs Epiſcopus Cracouiæ illorum Conſeruator perpetuus conſtituatur cum facultate in rebelles, & malefactores procedendi ob quam cenſetur Conſeruatori conceſſa etiam contentioſa Iuriſdictio contra priuilegiorum tranſgreſſores *Ioan. Andr. in cap. primo numer.*6. *verſic. Si ergo, & ibi Hoſtien. numer.* 14. *de Offic. deleg. in* 6. Rota *deciſ.*616. *numer.*4. *part.*2. *recent.* quæ regulariter Conſeruatoribus non competit *d. cap.*1. *de offic. deleg.* nec per Concilium Tridentinum ſeſſ. 14. de reformat. cap. 5. aut per Conſtitutionem fæl. record. Gregorij XV. fuit ſublata, vt notat B*arboſ. de poteſtate Epiſc. alleg.* 106. *num.* 17. & dixit Rota *deciſ.*49. *numer.*15. *part.*7. *recent. & in Colonien. Iuriſdictionis* 7. Maij 1646. *coram* R. P. D. *meo* Corrado *inter impreſſ. poſt modern. Auenionen. deciſ.*1. *num.*10. *&* 11.

In caſu noſtro nulla adfuit occaſio conſeruandi priuilegia Vniuerſitatis, quia nulla præceſſit violentia, aut iniuria contra priuilegia, de qua debuiſſet ante omnia doceri, vt Conſeruator hoc nomine poſſet procedere G*loſſ. in dicto cap. primo verb.* C*onſeruatores, & ibidem* Mo*nach. numer.*3. *&* 5. *Ancharan. numer.* 5. *Azor. inſtit. moral. par.*2. *lib.*5. *cap.*35. *quæſt.*7. *Molin. de Iuſt. & Iur. tom.*6. *diſput.* 29. *numer.* 2. *Barboſ. de poteſt. Epiſcop alleg.* 106. *numer.* 18. & re vera Epiſcopum neque cogitaſſe de priuilegijs conſeruandis, demonſtrant verba præcepti ab eo æditi, cum non præceperit

rit

rit ne admitteretur Stanislaus, vel certa alia perſona eo quod non haberet qualitates in priuilegijs à Statutis requiſitas, quæ in Stanislao non deerant, ſed indefinitè omnium admiſſionem prohibuerit certis de] cauſis animum ſuum mouentibus, donec à Comitijs rediret, quod ne dum ad priuilegiorum Vniuerſitatis conſeruationem non tendit, ſed deſtruit ius, ac priuilegium admittendi ad reſponſiones ex eiſdem Statutis, & longiſſima præſcriptione Vniuerſitati quæſitum, quod Conſeruatori non licuit, vt ponderauit *Rota in Toletana Iuriſdictionis* 28. *Februarii* 1614. *coram Cardinali Lancellotto ſeniore impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. part.* 1. *fol.* 144. *numer. ſecundo verſic. tanto magis*; quin potius partes ipſius erant tueri Vniuerſitatem in hoc iure, quamuis ex ſola præſcriptione competeret *Cochier. de conſeruat. Eccleſ. par.*2.*quæſt.*50. *numer.*2.

Ex quibus nec ſubſtineri poteſt idem præceptum vti emiſſum ad propriam Iuriſdictionem præſeruandam *ad trad. per Lancellott. de attent. part.* 2. *cap.*20. *in præfat. numer.* 9. *verſicul. ad Iuriſdictionem conſeruandam* Mandoſ. *de inhibit. quæſt.* 51. *ſub numer.* 3. *verſic. Ordinarius item Barboſ. de poteſt. Epiſcop. allegat.* 106. *ſub numer.* 24. Quia non aderat Iuriſdictio præſeruabilis; Cumque præceptum emanauerit ex alijs cauſis, vt ibi legitur, quæ non ſubſiſtunt, ex hac ibi non expreſſa, non tenet *Cochier. de conſeruat. dicta par.* 2. *quæſt.* 127. *numer.* 6.

Vltra nullitates vrget quoque Sententiarum Iniuſtitia, quia materiales diſputationes de rebus ad idem ſpectantibus exercitationis ingenij gratia Clericis pemiſſæ ſunt ex allegatis *in prima deciſione* §. *iniuſtitia*; Cumque quæſtiones pro reſponſione propoſitæ nihil cōtinerent Sacroſanctæ fidei Catholicæ repugnans non intrat diſpoſitio Sacr. Concilij Tridentini ſeſſ.25. de reform.cap.2.

Quæ nullitatis ex defectu Iuriſdictionis, & iniuſtitiæ capita inficiunt etiam Sententiam latam contra Gabrielem Ochocki tamquam tranſgreſſorem ſupra memorati præcepti, & inhibitionis Domini Epiſcopi, quia potuit impunè contemni ob carentiam poteſtatis in perſonam inhibentis, vt comprobat *prima Deciſio* §. *fin.* Cum vt ſupra dicebatur omnimoda poteſtas circa Ius admittendi ad reſponſiones de quo hodie

ſtrictè

869
860

ſtrictè agitur quicquid ſit in reliquis de quibus poterit ſuo loco videri, ſpectet ad Rectorem, & Vniuerſitatem. Et ad petendam abſolutionem à Cenſuris per dictam Sententiam illatis quibus artibus idem Gabriel allectus fuerit, & quibus præſeruatiuis appellationis iam interpoſitæ conſtat ex datis in Sum. Stanislai, & litis conſortum num. 15.

Et ita deciſum vtraque parte informante &c.

DECISIO
S. ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D.
VEROSPIO
IN CAVSA
Cracouieñ Præpoſituræ S. Floriani.

Mercurij 28. Iunij 1651.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. M. DC. L I.

SVPERIORVM PERMISSV.

870

661

SEntentiam Rotalem Præpoſituræ,de qua agitur inſtitutionem Stanislao Iurkouski adiudicantem ex vtroque validitatis, ac iuſtitiæ fundamento hodie DD. confirmarunt; Ipſius enim validitatem acta ipſa pluries reuoluta demonſtrant iuxta praxim *Veralli relatam in deciſ.* 260. *par.* 2. ſemper in hoc Tribunali receptam; Iuſtitiam verò conuincit qualitatum omnium concurſus pro aſſequenda inſtitutione requiſitus,& ab ipſo met Stanislao in antecedenti inſtantia plene iuſtificatus, cui proinde iure merito in ſententia decreta fuit inſtitutio ex diſpoſit. *text.in cap.Monaſterium* 16.*q*.7.*& in cap.cum* Bertoldus *de re iud. Lambert.de iure patron.lib.*2.*par.*2.*q.*8.*art.*14.*&* 15.*Viuian.eod.tract.par.*2. *lib.*11.*cap.* 2.*num.*9.*Rot.in Piſcien.beneficii* 26. *Nouembris præteriti coram* R.P.*D.meo Celſo* .

In concurſu Sigiſmundi Grigierouiz Aduerſarij minoribus Patronorum ſuffragijs nominati, ac merito proinde poſthabiti ad *text. in cap.*3.*ibique gloſ.in verbo, qui maioribus de iure patron. Lambert. de iure patron. par.*3.*lib.*2.*q.*4.*art.*1.*Rocch.eod.tract.in verbo honorificum nu.*91.Garz. *de benef.par.*9 *cap.*2.*nu.*257.*Rot. in Cremon. Altaris* 9. *Decemb.* 1616. *coram* Manz*anedo, & in Gienen.Cappellaniæ* 23.*Martii* 1620. *coram Sanctiſſimo D.N.cum aliis adductis in Aquilana iuriſp.* 24. *Ian.* 1646. *in* §. *Quare cum Ioannes, confirmata* 4.*Iulii eiuſdem anni coram R.P.D. meo Corrado.* Dum etiam deſtitutus eſſe dignoſcitur qualitatibus ex lege fundationis,vel alias legitime requiſitis,nec de tempore præſentationis ab ipſo verificatis tunc tantum temporis iuſtificandis ad *text.in cap.dudum il* 2. *de elect. & in cap. ſi eo tempore de reſer. vbi poſt gloſ.notant communiter DD. Peregr.de fid.art.*19.*nu.*9. *& art.*22. *n.*72. R*ot.dec.*100.*nu.*2.*par.*2.*diuerſ.* Non enim ſe Academiæ Profeſſorem actu laborantem,neque de gremio Canonicorum S.Floriani de tempore præſentationis ſe probat aſſumptum, adeoque ipſius præſentatio,ſeu nominatio cenſetur omnino corruere, vt reſpondit *Rot. coram Seraph.*1270.*nu.*2.*& in aliis relatis in dec. R.P.*D.*mei Bichii in* §.*non obſtat,* cum aliàs ob vtriuſque defectum qualitatis in ipſa fundatione præſcriptæ, nec potuiſſet præſentari, nec ſucceſſiuè inſtitui, maiora quamuis Patronorum ſuffragia obtinuiſset, iuxta theoric.*Abb. in cap. cum in cunctis,* §.*inferiora nu.*10.*cum ſeqq.de elect. Bellon. iun. conſ.*56. *nu.*4.Garz.*de benef.par.*7.*cap.*15.*nu.*6.*Rot. coram* Seraph. *deciſ.*1270. *nu.*1.*& coram bo.me.Vrgell.dec.*8.*& dec.*23.*vtrobique nu.* 3.*& in aliis relatis in Feſulana beneficii* 14.*Martii* 1650.*in* §.*ſiquidem conſtat coram* R.P.D.*meo Corrado* . In quarum tantum qualitatum probatione

non

non deficit Stanislaus dum ex confeſſione partis aduerſæ, tum in ipſa appellatione, tum pluries iudicialiter repetita vtraque ſe præditum eſse concludit ad *text.in l.cum præcum* C.*de liber.cauſ. Surd.dec.* 104. *num.*5. *Rot.coram Verall.deciſ.*208. *num.*3. *par.*2. *& deciſ.*98. *num.*2. *par.* 2. *diuerſ.*

Alias quoque qualitates pro aſſequenda inſtitutione neceſſarias eundem Stanislaum iuſtificaſse comprobat deciſio R. P. D. mei Bichij edita in prima inſtantia, & iura denuo in ſummario repetita demonſtrant. Vacatio enim Præpoſituræ per obitum Iacobi vltimi poſseſsoris exinde arguitur, quod aduerſarius ex eadem vacatione proprium ius metitur, vt alias dixit *Rot.coram* Bellamera *dec.* 496. *corã* Mantic. *deciſ.*132.*nu.*1.*coram Caual.dec.* 55.*nu.*3. *& coram* Buratt. *deciſ.* 931. *nu.*1.*& in Sueſſana beneficii* 13.Febr.1632.*coram Motmanno in princ.* Hanc verò Præpoſituram Vniuerſitatis, & Academiæ patronatui ſuppoſitam fuiſse conuincitur ex publico Regiæ donationis Inſtrumento, legitimæ Apoſtolicæ videlicet Sedis robore, confirmato, ex trad. per *Lambert.de iurepatron.par.*2.*lib.*1.*art.*2.*q.*2. *principali nu.* 3. *Rot.coram* Greg.*dec.*420.*nu.*2.*& dec.*555.*nu.*1.*par.*3.*recent. & in Feſulana beneficii* 31.*Ian.*1648.*coram* R.P.D.*meo Bichio.* Se quoque intra legitima tempora maioribus Academiæ ſuffragijs præſentatum concludit Stanislaus publicis documentis, quibus præſentationem ſuam intra quadrimeſtre laicis patronis à Iure præſcriptum ſucceſſiſſe dignoſcitur relato in *cap. vnico* §. *Verum de iure patron. lib.* 6. *& in cap.quoniam, & in cap.cum propter eod.tit. & in aliis per Viuian. de iur. patron.par.*2.*lib.*5.*cap.*1.*num.*34.

Et ita altera tantum, alia verò pluribus licet citationibus pulſata tamen informare recuſante &c.



R. P. D.

VEROSPIO

Cracouieñ Præpoſituræ.

Veneris 24. Nouembris 1651.

REſolutum fuerat coram me, 28. Iunij præteriti, ex vtro-
que validitatis, ac Iuſtitiæ fundamento, confirman-
dam eſſe ſententiam Rotalem, deferentem Staniſlao
Iurkouski Præpoſituram Sancti Floriani, quod ipſi ma-
iora eligentium vota ſuffragentur ac merita, nec non
qualitates ambo in regijs donationibus patronatus hu-
ius Prępoſituræ præſcriptæ, vt ſcilicet de gremio Canonicorũ S. Flo-
riani eligendus aſſumatur, actuque in Academia laboret quas ide m-
met exaduerſæ partis confeſſione iuſtificat, prout cœteras qualitates
ad aſſequendam inſtitutionem neceſſarias. Cum verò Sigiſmundus
ſe pluribus ſuffultum eſſe ſuffragijs, ſeque præditum vtraque quali-
tate contenderet, ac Staniſlao maioribus præcellere meritis, ad for-
mam donationis Stephani Regis in decernenda alteri prælatione ſpe-
ctan-

872
863

ctandis, ac proindè immerito fuiſſe poſthabitum, Repropoſito hodie per me dubio DD. ſteterunt in deciſis. Quoniam Sigiſmundus in vtroque defecit, plurium ſcilicet iuſtificatione votorum, ac qualitatum præſcriptarum in regijs donationibus, quibus ceſſantibus meritorum diſcuſſio pœnitus reputatur inanis, vt notat *Abb. in cap. cum in cunctis §. inferiora num. 10. cum ſeqq. de elect. Garz. de benef. par. 7. cap. 15. num. 6. Rota coram bo. mem. Vrgellen. deciſ. 8. num. 3. & in alijs relatis iuribus in Fuſulana Beneficij 14. Martij 1650. in §. ſi quidem coram R.P.D. meo* Corrado.

Paucioribus autem eligentium ſuffragijs, Sigiſmundũ fuiſſe expetitum, non videtur in dubium poſſe reuocari: dum ipſe treſdecim pro ſe refert tantummodo voces, Staniſlaus verò ſeptemdecim vota connumerat, ac ex ipſa comprobat ordinarij ſententia, minoribus eligentium votis, Sigiſmundum nominatum extitiſſe, cuius ſanè Iudicio ſolet, ac debet regulariter deferri per *text. in cap. 3. de renunciat.* Gonz. *ſuper reg. 8. gloſ. 4. num. 17. & 132.* Rot. *deciſ. 537. nu. 14 in fine par. 1. & deciſ. 36. num. 1. par. 2 recent. & in alijs relatis in Maioricen. Parrochialis 13. Iunij 1646. & 28. Iunii ſequentis anni coram R.P.D. meo Celſo.*

Ex his verò Staniſlai ſuffragijs, ſeptem numero voces perperam detrahuntur: licet enim promanauerint à profeſſoribus Collegij minoris nullam à Decano Eccleſiæ S. Floriani ſeu Cuſtode, obtinentibus beneficiorũ inſtitutionem, titulo collegialitatis, vt exaduerſo prætenditur annexam, & ad ſubſtantiam electionis, ex aſſerto vniuerſitatis ſtatuto requiſitam, debent nihilominus in numero computari, ac ſuffragari Staniſlao, dum ijdem profeſſores inter Collegiales ſolemniter antea cooptati, & ad omnes Collegiales actus ſucceſſiuè admiſſi in huius quoque Præpoſituræ electione conuocati fuerant legitimè (vt in ſententia atteſtatur ordinarius) *Io. Andr. in cap. ſcriptum eſt num. 8. de elect. ibique Abb. num. 3. & in cap. Ecc. cum num. 14. verſ. pro clariori intelligentia eodem tit. idem Ioannes And. in cap. ex eo num. 4. de elect. Imol. in cap. cum vinctonienſis num. 4. de elect. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina §. nos igitur num. 91. de cauſ. poſſeſſ. ac propriet. Barb. de Canon. & dignit. cap. 37. num. 27. cum ſeqq.* Præſertim cum aſſertum ſtatutum negetur vſu receptum, neque iuſtificetur ex iuribus productis præfata inſtitutionis neceſſitas ad ſubſtantiam electionis quin potius ex ijs conuincatur inducta inſtitutio ad vberiorem profeſſorum minoris Collegij ſuſtentationem quorum potiſsimè tenuitas prouentuum in eorumdem beneficiorum aſsignatione ſpectatur, Neque etiam allegata Beneficiorum annexio titulis Collegialium exaduerſo concludatur, quin potius ex eorumdem numero excludatur, Non enim exiſtunt correſpectiua profeſſoribus in huius electione Præpoſituræ præbentibus

vota

vota, ſed ijs tantummodo ex lege inſtitutionis conferuntur qui cœteris doctrina, ac eruditione præpolleant. Hinc enim ceſſat vnio, vt in ſimilibus terminis, de præbendis non reſpondentibus titulis Canonicatuum, vt Canoniæ proindè non cenſeantur vnitæ, nec ſpirituales reputentur ſed temporales, notat *Abb. in cap. maioribus num. 4. de præben. & in cap. dilecto num. 6. eodem tit. Lotther. alios referens de re benef. lib. 1. quæſt. 19. nu. 5. cum ſeqq. Rota in Mediolanen. Canonicatus* 28. *Maij* 1628. *coram Reuerendiſs. D. meo Decano*.

Eumdem quoque Sigiſmundum, tunc temporis, quo controuerſæ Præpoſituræ nominationem obtinuit de gremio Capituli egreſſum comprobat Inſtrumentum electionis ipſius in præpoſitum Sancti Nicolai, cum dimiſſione Canonicatus Sancti Floriani egreſſuque ab Eccleſia prædicta ad *text. in cap. de multa de præb. & in Clem. gratiæ de reſcript.* & notant vtrobique *dd. glos. in cap inter cæteros in verbo aſſignari de præben. ac plures alij adducti in deciſ.* R. P. D. *mei Bichij edita in hac cauſa ſub die* 28. *Nouembris* 1650. *in §. quod vero*.

Excludi neque valet egreſſus à Capitulo, ex Titulo Cancellariæ Siradienſis, quem Sigiſmundus inter cœteras eiuſdem Capituli dignitates recenſet, ac contendit vnitum Parrochiali Paiecinenſi in cuius poſſeſſione ſe nunc probat exiſtere; ſiquidem, vel præfata dignitas ſuppreſſa fuit ab anno 1400. quo ex redditibus ipſius, nouus Canonicatus cum præbenda probatur erectus ex Inſtrumento erectionis per Staniſlaum exhibito, vel certè nō conſtat ad Sigiſmundum pertinere in vim vnionis, litteræ enim Vladiſlai Regis ad hunc effectum productæ, enumerant quidem ſub Regio Patronatu Cancellarias, dignitates, Canonicatus, ac beneficia conferenda vniuerſitati Cracouienſi, eadem tamen recenſent, vti plura corpora, inter ſe omnino diſtincta per modum ſingulorum non tamen vnita per modum vnius, vt ex eorumdem lectura dignoſcitur, Partitæ verò librorum continentes Beneficia Diocesis Cracouienſis ſunt æquiuocæ, nec vnionem præſeferunt in ſubſtantia quam poſt habito verborum cortice potiſſimè attendendam tradit *Soccin. in l. ambiguo num. 7. ff. de reb. dub. Pariſ. conſ. 44. num. 5. lib. 1. Aym. conſ. 149. num. 11. Rota coram Andr. deciſ. 11. num. 1. & coram Seraphin. deciſ. 1304. num 3. in Elboren. vnionis* 12. *Iunij* 1632. *coram Vbaldo*. Adducta quoque poſſeſſio, vtriuſque beneficij, in vna eademque perſona ſemel ſubſecuta, probationem præbet æquiuocam, ac pœnitus irreleuantem, quia ex titulis omnino diuerſis conſolidari potuerit vtriuſque poſſeſſio, vt notat *Abb. in cap. de Monachis de præbend. in fine poſt gloſſ. magnam* ibidem quos ſequitur *Rota coram Buratto deciſ. 303. num. 11. cum ſeqq.*

Et

873

~~867~~

Et hæc denique vnio pœnitus excluditur ex eo, quod Sigiſmundus aſſecutus fuit hanc Parrochialem, vti vacantem per obitum Zaccariæ immediati ipſius prædeceſſoris. non enim potuiſſet eiuſdem vacatio contingere, ſi vnita foret, ac membrum Cancellariæ, quam nullibi conſtat à præfato Zaccaria, dum viueret, fuiſſe obtentam, ex notatis in *cap. cum acceſſiſſet de conſtit. Vital. in Clem. vnica de offic. Vicarij Gonz. ad regul. 8 gloſ. 5. §. 7. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 15. & 16 Rot. coram Verall. decíſ. 349. num. 2. & 3. coram. Gregor. deciſ. 77. num. 2. & 112. nu. 1. coram Seraphin. 1011. num. 1. 668 num. 3. par. 2. recent.*

Altera pariter qualitas, quod Sigiſmundus de tempore aſſecutæ nominationis actu laboraret in Academia, non benè concluditur ex iuribus productis, illa enim tanquam informia, nullam merentur fidem ſecundum *Felyn. in cap. 1. num. 13. de teſt. Bart. in rubr. de nou. oper. nunciat. num. 8. ibique Bologn. nu. 152. Rot. in* Romana Cottimi 10. *Martti* 1603. *coram Sacrato*, neque percutiant tempus vacationis, vt foret neceſſe, ac electionis, in ipſius Sigiſmundi perſona ſubſecutæ.

Et ita vtraque.

R O M AE,
Ex Typographia Reu. Cameræ Apoſtolicæ,
M. D C. L I I.

Superiorum permiſſu.

DECISIO
S. ROTÆ ROMANÆ
Coram R. P. D.
BICHIO
IN CAVSA
Cracouien. Iuriſreſpondendi.

Lunæ 11. *Decembris* 1651.



ROMAE, Ex Typographia Reu. Cam. Apoſt. M.DC. LII.

SVPERIORVM PERMISSV.

874
865

VENTVM fuit hodierna die ad manutentionem Inſignis Academiæ, ac Profeſſorum Cracouienſium in quaſi poſſeſſione priuatiuè ad Epiſcopum admittendi ad reſpõdendum quæſtionibus propoſitis pro obtinendo loco inter Sacræ Theologiæ, & aliarum ſcientiarum, & Artium Doctores.

Eadem enim quaſi poſſeſſio probatur ex admiſſionibus huiuſmodi ſecutis per bis centum ferè annos, & nuperrimè de anno 1646. & 1649. cum tamen in incorporalibus quale eſt hoc ius *l. quidam. ff. rer. diuiſ. §. primo inſt. de reb. corporal. & incorpor.* vnicus actus ſufficeret ad acquirendam quaſi poſſeſſionem manutenibilem, *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 91. de cauſ. poſſ & propr. Roman. conſ. 311. num. 7. Oldrad. conſ 312. num. 2. Dec. conſ. 117. ſub num. 2.* Garz. *de benefic. par. 5. cap. 5. num. 59. Rot. deciſ. 129. num. 1. par. 3. recent.*

Quæ dubitari non poteſt quin continuata fuerit vſque ad tempus motæ litis vt ad hunc effectum oportet *Neuiz. conſ. 81. num. 16. & 17. Seraph. deciſ. 1213. num. 5. Caualer. deciſ. 579. num. 1. & 2.* Quia vt dicebam exhibitæ fuerunt admiſſiones factæ etiam de anno 1649. & vlterius præſumitur continuatio antiquæ poſſeſſionis dum ab alio poſtea interuerſa non apparet *l. ſiue poſſidetis, & ibi gloſs. & Doct. C. probat. Abb. in cap. cum ad ſedem num. 15. de reſt. ſpoliat. Menoch. de retinen. rem. 3. par. 1. diuerſ. d. deciſ. 129. num. 4. par. 3. recent.*

Scientia vero, & patientia Epiſcoporum, pro tempore neceſſaria vt in eorum præiudicium quaſi poſſeſſio quæreretur, ſi ipſi hoc idem ius poſitiuè quaſi poſſediſſent, vel deſuper haberent iuris aſſiſtentiam *l. quãuis. ff. acq poſſ. Lotther. de re benef. lib. 1. quaſt. 24. num. 211. & 221. Buratt. deciſ. 912. num. 6.* Rot. *deciſ. 248. ſub n. 6. par. 2. recent. & deciſ. 667. num. 14. inter impreſſ. apud modern. Peruſ. de manut.* probanda non videtur in hoc ſummario poſſeſſorio, dum, de Epiſcoporum quaſi poſſeſſione vel dominio non conſtat, quamuis alias bonum ius habere prætendant *Gonz. ſuper reg. 8. Cancell. gloſ. 45. §. 2. num. 32. Garz. de benef. par. 5. cap. 5. nu. 121. & ſeqq. add. ad Greg. XV. deciſ. 249. num. 8. Rot. deciſ. 533. num. 5. par. 1. recent. & in aliis pluribus relatis à dicto moderno Peruſino obſer. 40. num. 21.* eo minus titulo, quem iuxta deducta in vltima deciſione huius cauſæ edita die 28. Iunij prox. præt. tribuunt Academiæ ſtatuta & longiſſima præſcriptio, concurrente *Rebuff. in conſt. Galliæ tom. 3. tit. de matcr. poſſeſſ. in præfat. nu. 145.*

&

875

866

& ſeqq. & num.153.Balb.de præſesc.par.2.par.5.princip.quæſt.7. nu.4. Grat.diſcept.870.nu.33. Rot.d.decis.533. num.3. par.1.rec.

Sed ex abundanti probata remanet ex actuum multiplicitate, ipſo quandoque Epiſcopo deprecante, vt expendit dicta vltima deciſio, ac temporis diuturnitate *Innoc. in cap. bonæ il 2.num.1. vers. quæritur de poſtul. Prælat. Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina num.2. de caus. poſſ & prop. Seraph. decis.306. num.5. & 7. Rot. in recent. decis.225. num.4. par 5.*

Vnde etiam reſultat quaſi poſſeſſio Academiæ priuatiuè ad Epiſcopum, quia ſola Academia eſt in quaſi poſſeſſione admittendi attenta præſertim longiſſima præſcriptione, ac ſtatutis priuatiuam hanc poteſtatem importantibus, vt firmatum fuit in duabus præcedentibus Sacri Tribunalis in præſenti diſputatione ſupponendis, quæ licet reſpiciant titulum, præſtant vt eo libentius concedenda ſit manutentio poſſeſſori *Maluas. conſ.122. numer.13. Natt. cons.459. nu. 9. Menoch. de retinen. remed.3. num.7. 33. Grat. diſcept.402. num. 1. & 2. add. ad* Greg. *XV. decis.323. num.5. & fuit dictum in Leodien. perſonatus* 16. *Maii* 1650. *coram R.P.D. meo Cerro.*

Et ita deciſum informante ſolum Academia, citato tamen pluries Carolo Montio procuratore aduerſario, quem habere mandatum à Promotore Fiſcali Curiæ Epiſcopalis Cracouienſis, in omnibus cauſis occaſione iuris reſpondendi in Rota vertentibus, conſtat ex publico inſtrumento in actis producto, vbi ſubſtitutus legitur ad omnia, & ſingula contēta in mandato Andreæ Bzicki in quo adeſt clauſula generalis omniū cauſarum amplexiua, ibi, *in eademq. ac aliis omnibus & ſingulis cauſis occaſione quamuis rerum &c. tàm actiuè quam paſſiuè &c.* cui dilatio tum ſcripto, tum officijs magnatum, ſub prætextu quod ad inſtantiam Academiæ Promotor Fiſcalis Epiſcopi citatus in partibus non fuerit, petita, deneganda viſa eſt, quia mendacium conuincitur ex oculari inſpectione citationis originalis, eiuſq. executione perſonali contra dictum Promotorem, de qua fidem facit Notarius, qui iuxta ſtylum illarum partium officio executoris fungitur, & ob id tanquam de re ad eius officium ſpectante fidem meretur, non ſecus ac Nuncius ac publicus executor *gloſſ. in cap. cum parati vers. ſuus Nuncius de appellat. & in cap. prudentiam verb. per certam nunciū de offic. deleg. Mandos. cons.96. n.10. Put. decis.187. lib.3. in corr. Rot. in Vercellen. prioratus 25. Febr. 1647. coram R.P.D. meo Pautingerio.*

De R.mi D. Stanislai Hosii obitu viri Christianissimi.
Quem Stanislaus Rescius descripsit
Abbas Andreoviensis.

S. P.

Facere non potui, ac ne debui quidem V. R. quin ad te literis meis perscriberem de
transitu et dormitione viri Incomparabilis et Deo Amabilis. Stanislai Ho:
sii Cardinalis Maioris Poenitentiarii, et Episcopi Varmiensis Domini et benefactoris mei observ.mi
tum ut dolorem hunc meum, qui me acerbissime cruciat praeclarissimarum re:
rum commemoratione leniam, tum ut te animumque tuum iam ut puto demissum et
oppressum ad calamitatem hanc fortiter et moderate ferendam, isto officii
genere excitem atque extollam; Maxime vero omnium, ut scripturae dicenti obe:
diam; Sacramentum Regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare
et confiteri honorificum. Spero in Dei misericordia quod hanc animi mei
contristationem adiuvabit is, qui talem eum facere dignatus est, de quo scribimus.

Qualis vita mortem hanc praecesserit, non ignoras; Vere de hoc plane divino viro
dici potuit, quod in omni vita sua non abiit in consilio impiorum et in via pecca:
torum non stetit, et in Cathedra pestilentiae non sedit. Ab utero enim ma:
tris suae egressa est secum pietas, et a diebus infantiae suae crevit miseratio,
quam per omnem vitae suae cursum summo semper studio animique contentione co:
luit, nec unquam in via vanitatis ambulavit, nec curam suam in studiis va:
nitatis unquam posuit, nec se et virum et iuvenem esse, nisi in perferen:
dis exantlandisque pro adeunda totius pietatis professione laboribus exper:
tus est, quod suo loco et tempore in oculis et in auribus omnium gentium ac
nationum longe clarius et manifestius innotescet. Mihi in hoc tempore ni:
hil aliud constitutum atque deliberatum est, quam ut ad te simul cum fa:
ma obitus eius quae protinus orbem universum procul dubio pervolabit, eius
quoque rei significatio perveniat; quam fuerit omnibus antiacta vita stu:
diis consentiens, et consentaneus hic eius ex hac mortali vita excessus.
et quem praeterea ordinem in anima sua Christo a quo eam acceperat repre:
sentanda conservare voluerit: quamque verum sit illud quod olim Sanctus
quidam dixerit; Non potest male mori qui bene vixit. Iam aliquot menses

intercesserant, ex quo languidiuscule coeperat habere, et alui fluxu paulo vehemen:
tiori laborare, nunquam tamen adduci potuit, ut pluseculum aliquid et otio et quieti cae:
terisque vitae commoditatibus indulgeret, sed in suscepta propositaque sententia, con:
stantissime perseveravit; nec de studijs nec de lectione vel scriptione, cae:
terisque pietatis exercitijs quidquam remisit; Sed omnem animi sui contentionem,
sicut ij solent, qui ad metam instituti cursus accelerant, magis atque ma:
gis ad omnem pietatis meditationem incitavit. Cum autem in omni vita sua dies ie:
iuniorum ab Ecclesia institutos, religiosissime castissimeque servasset, ne in hac
quidem aetate sua decrepita sententiae suae constantiam voluit immutare;
Quamobrem et superiorem quadragesimam summa cum animi alacritate in summa
abstinentia et in usu Quadragesimalium ciborum transegit: nec potuit vel suis aut Me:
dicorum aut quorumcunque tandem precibus et cohortationibus, ut quos illi vo:
cant, cibis uteretur salubrioribus expugnari. Immo vero solitus erat di:
cere; propterea se ieiuniorum dies ab Ecclesia institutos diligentissime obser:
vare, quod vellet esse longaevus super terram. Scriptum enim esse commemorabat,
Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longaevus super terram; Pater, inquit,
meus est Dominus in caelis; Mater mea est Ecclesia in terris. Ille praecipit ut ieiunem, ista
praecipit ut his vel illis diebus et isto vel alio tempore ieiunem. Utrumque libentis:
sime audio, certamque spem concipio, futurum ut obedientiae meae fructum
hunc referam, ut sim longaevus, sicut mihi scriptura promittit, super terram.
Ab illo itaque tempore nescio tamen an ex eadem causa coeperunt vires Stomachi
quodammodo relaxari, ita ut longe quam antea minus vel cibum appeteret,
vel acceptum concoquere aut retinere diutius posset, paulo post autem diarrea
quoque morbo correptus est, qui nunquam postea constitit, cuius ille tamen mo:
lestiam, semper tulit moderatissime, nisi quod plerunque a studijs rerum di:
vinarum et a plerisque officijs eius interventu retrahebatur, ita ut nesciret,
sicut ille dixit olim, quando esset palea domo sua prodeundum. Sic igitur cum

esset

esset valetudine valde dubia, et incerta, magis per aliquot Menses ventris illa
fluxione exhauriebatur. Ac monebatur quidem à nobis, ut antequam caelum Ro:
manum ignibus vehementioribus quibus solebat vim pene totam satis langui:
duli corporis exhaurire, inflammaretur, ac Urbe rusticatum secederet, va:
letudinique daret operam, sed is à perpetuo suo instituto revocari non potuit,
Ut ante Festum Beatiss. Aplorum Petri et Pauli, quorum venerandi cineres in
Urbe requiescunt, quos ille in summo semper cultu venerationeque habuit, Roma pedem
efferret, maluitque subire valetudinis suae periculum, quam honori tantorum
Aplorum, in hoc ipso loco deesse, in quo profuso pro Chri fide sanguine Deo
suo spum reddiderunt, quem illis ad 3 Cal: Julij Urbs Roma simul cum Orbe
reliquo universo solet summa cum caeremonia celebritateque deferre: Sic igr
ad V. Idus Julij qua fuit feria sexta dies commemorandae passioni Dnicae
destinata, ipse quoque ad subeundam passionem suam Capranicam versus ex
Urbe discessit, ubi cum per octo integros dies commodissime valuisset, an quod
in aerem paulo frigidiusculum ex calidissimo ardentique caelo Romano venisset,
an ex alia quapiam causa incertum, magis tamen atque magis ventris pro:
fluvio caepit laborare, ita ut aliquando quindecim et sedecim vicibus uno die
egereret, Quae res illi et cibi appetentiam ademit, et cursum somni impe:
divit, et omnes in universum vires corporis vehementer exhausit, et ex:
tenuavit, sed invictum illud animi robur, et inflamatum erga res divi:
nas studium, nulla calamitas, nulla corporis incommoda frangere debili:
tareque potuerunt, Nam cum illi per omne vitae suae tempus fuisset hoc in
more positum, ut in Ecclijs ad honorem Dei et Sctorum eius consecratis,
Missae sacrificium vel offerret, vel offerentem sacerdotem videret,
a veteri suo instituto, animique inductione, ne in illa quidem tanta
corporis debilitate et languore sibi putavit esse recedendum, Quam:
obrem etsi vix pedibus posset consistere, ad Ecclam tamen sensim pede:

tentiusq, singulis diebus accedebat, in qua ad tremendum Missæ Sacrificium, Chri-
stianam Rempub: se suaq; omnia Diuinæ primum bonitati deinde Sctorum precibus
et intercessionibus deuotissime comendabat, Sed hanc illi facultatem morbi quoq;
vehementia abstulit, ita ut non posset, nec etiam tantum esset, extra priuatos
parietes pedem efferre; quæ res etsi maximum illi sensum doloris adferebat;
illud tamen longe grauissimum et acerbissimum accidit, quod per aliquot dies
ab audiendo Missæ Sacrificio coactus est abstinere; tum quod nullus certus
esset ad res diuinas in illa domo locus destinatus, tum quod Ecclesiasticorum
Canonum quorum in omni vita sua fuit obseruantissimus, authoritas, et ipsius
sius quoq; Concilij Tridentini in quo personam Legati Aplici magna cum
dignitate sustinuit, sanctiones prohiberent, ut ne paterentur Epi in priua-
tis domibus atq; omnino extra Ecclam et ad diuinum tantum cultum dedi-
cata Oratoria, Sanctum hoc Sacrificium à quibuscunq; tanq peragi, Sed
statim succurrit piissimo eius desiderio diuina misericordia. Cum enim de inua-
letudine tam laudati Cardinalis eius Nepotibus nuncium accepisset, ut vi-
rum Dei visitaret Caprarnicam accurrit, et celebrandi facultatem in priuato
Cubiculo, idipsum ab illo petenti summa cum humilitate Card.lis libentissimo
animo concessit; neq; tamen adduci vel medicorum consilijs; vel precibus
suis passus est, ut languens et exhaustum atq; deficiens corpusculum
lectulo contineret, sed in aliud nihilominus offerendo Sacrificio cubiculum
destinatum, ita ut poterat, secedebat, in quo genibus flexis, et manibus
in cælum eleuatis, vim lachrymarum profundens, Domini misericordiam
tota mentis animiq; sui contentione implorabat, Accidit aut ut à quo-
dam ex suis moneretur, ut in sella potius sedens quam in genua pro-
uolutus, et in pectus incumbens, offerentem Sacerdotem aspiceret.
Cui paulo et præter morem suum concitatius rndit; Ne me iam facias

delicatulum

delicatulum, sic par est, ut ego quem debeo cultum et reverentiam Deo meo
exhibeam. Sed neq; hoc passus est, ut Sacrificio durante, flabello quisquam
ventum excitaret refrigerandi gratia. Cum ad cibum sumendum esset illi
accedendum, non ad refectionem sed tanquam ad poenam se vocari dicebat,
at saepe coram medicis de suo patrefamilias (stomachum aut intelligebat)
questus est, quod perperam munere suo perfungeretur, et alimenta quae ad
illum reliquorum membrorum sustentandorum gratia transmittuntur, non in
membra corporis divideret, sed in secessum emitteret. Contendebant ma:
iorem in modum Medici, ut intra unius cubiculi parietes perpetuo se contine:
ret, et cibum decumbens in lectulo sumeret, sed nullo suo studio conatuq;
id ut faceret, proficere potuerunt. Conati quoq; sumus et nos illi persua:
dere, ut in eodem lectulo, divinum Missae Sacrificium audiret, sed is nobis
cum quadam ignorantiae et incogitantis consilij exprobratione, minime con:
venire, undit, ut ad cibum sumendum e lectulo surgeret, ad Deum laudandum
prostratus in lectulo iaceret. Et quoniam summa debilitas omnia corporis
membra magis atq; magis affligebat, opera precium iudicabant Medici,
ut subinde cibo reficeretur, quem ut bene mane sumeret, quoties a nobis
rogabatur, cum quadam animi commotiuncula suam infelicitatem deplo:
rabat, quod in sua inq; tam numerosa familia nemo inveniretur, qui ad
recitandas preces, vel ad Missae Sacrificium audiendum adhortaretur, aut
ad debitas Deo laudes tribuendas invitaret; sed omnes quasi conspi:
ratione facta, cibum istum corporalem obtruderent, siq; vellent facere hel:
luonem; et in eo summam recuperandae valetudinis esse constitutam existi:
marent; se vero spem suam omnem, non in Medicorum artificio, nec in
Galeni praeceptis, nec in phasianorum et perdicum cadaveribus, sed in gra:
tia Dei eiusq; infinita misericordia reponere, cui si visum esset vitam

878

869

longiorem conducere, potius id esset à spirituali cibo qui in Sacrosancto Missæ
Sacrificio proponebatur; quam à quibusuis carnalibus epulis expectandū;
sit ergo aliquando contigit dum Canonicas preces recitat, dum missæ Sa-
crificium audit, dum consuetas suas vestes in illo languore corporis induit,
dum in secessum it, atq; redit, vt ad meridiem usq; et ultra prandium extra-
heretur. Caeterum S. D. N. Grego: Pont: cum intellexisset dilectum hunc
virum quem in ipso adhuc Conc. Tridentino in sūma semper veneratiōne habuit,
et cum esset Pont.x designatus omnibus humanitatis offitijs semper prosecu-
tus est, Maiorisq; demum munere exornauit, in tantam corporis imbecillita-
tem incidisse, misit è vestigio D. Georgium Dicimum Camer. suum, qui suo
nōie paternam illi bn̄dictionem impartiretur, atq; totam animi contentionem
atq; suam illud acre et intensum studium ad tuendam valetudinem con-
verteret, quam diligentissime adhortaretur. ante omnia verò vt Romam
primo quoq; tempore rediret, in qua maior esset futura rerum abundantia
necessariarum, et omnis omnium medicorum industria, ad reprimendam
istius morbi vehementiam, converti facilius posset, nec ullius medicinæ
facultas esset illi vnquam defutura, se quoq; nullam occasionem esse præter-
missurum, qua posset quocumq; tandem offitij atq; pietatis genere afflic-
tam hanc eius valetudinem sublevare. Hoc tam benigno Pont: nuncio, atq;
ista plane paterna solicitudine, fuit non parum recreatus Card.lis Sed cum
deiectas esse et prostratas prorsus omnes corporis sui vires intelligeret,
nullam sibi facultatem relictam esse videbat, vt ex eo in quo manebat loco
pedem posset efferre, tum et ipsum anni tempus, quominus ad Urbem acce-
dere liceret, et sanos et infirmos vehementer deterreret. Quod ad vero illas
quas cōmoditates et victus et medicinarum opportunitates attinet, se in
media plane Urbe versari. Nam Ill.s D. Card: Fernesius quem in omni

Sermo

sermone suo sũma cum honoris pfatione, et patria et valetudinis sua Pro: tectorem appellare consueuerat, ex Caprarolla sua, in qua ipse quoq menses æstiuos duceret, omnia ad victum et ad valetudinem curandam necessaria et abundantissime et copiosissime et animo libentissimo sup: peditabat, immo et sui quoq Medici operam et industriam ad studium re: cuperandæ valetudinis conuertit. Interim ex vrbe quoq venit offitij cau: sa R. D. Ep̃us Montisregalis, qui sũma cum dignitate apud Henricum et Stephanum Poloniæ Reges Nuncij Aplici munus per annos aliquot su: stinuit, quem cum in cubiculum introduxissem, incredibile est, quanto cum gaudio Vir diuinus exceperit: sublatis enim in cælum manibus vim lachrymarum profundens, aduenisti, inquit, desiderabilis, cuius ego pñtiam vix optare nedum expectare in hoc anni tempore potuissem; spero quod per te malis meis diuina decreuit succurrere misericordia. Is ergo cum illum esset aliquandiu consolatus, et ad sustinendam morbi molestiam in omni patientia adhortaretur; Cardlis ex alto suspiria du: cens, oculorum acie in cælum conuersa, Paratus sum ait, et non sum turbatus; Fiat voluntas dni, fiat voluntas Dnj; capitq de suo patrefa: milias conqueri, quod mala secum fide ageret, et alimenta quæ in susten: tationem reliquorum membrorum distribuere debebat, sine vllo fructu sed non sine maximo cruciatu, subinde foras emitteret; et multa alia cum de sua valetudine deq grauioribus negotijs, tam de sua quoq firi: ma in Deum fiducia, valde confidenter, et amanter sũma cum animi sui pñtia et fortitudine coram. Epõ prudentia pietatisq nomine laudato, et veteri amicitia familiaritatiq sibi coniunctissimo sẽni facultatem commemorabat. Accidit autẽ, vt pedem eius dextrum,

879

grauissimus quidam et acerbissimus dolor inuaderet, qualem antea nunquam in omni
vita sua senserat, qui nullo momento temporis intermisso, quod unum adhuc
illi remanebat diuturnorum laborum et sollicitudinum perfugium, interturbabat, nec ullum
prorsus ocij et quietis beneficium concedebat: Cui remouendo cum esset à Medicis
remedium excogitatum, nec ullam tamen adferret doloris leuationem, in summis
illis angustijs facta Pij V.ti Pont. honorificentissima mentione, frequentius
inclamabat: Auges dñe dolorem auge et patientiam. Tum et illa Psalmistae
verba saepius iterata proferebat: Si iniquitates obseruaueris dñe, dñe quis
sustinebit. Iram tuam dñe et flagella quis sustinebit. Tum et illud. Non
secundum iniquitates nras retribuas nobis. Et cum esset affecto pedi paulo
frequentior adhibita medicina: Iamne me, inquit, ut S. Laurentium ustulatis!
Nondum eius dies festus aduenit, et ustionem sentio, et utinam dignus inueniar
qui cum illo pro Chro ignes omnes et ustiones pari constantia animiq. fortitudine
perferam. Cum autem vis doloris nequidquam remitteret, significarunt Medici
Vtrum fore expediret, vel afflictum et dolentem vel etiam vtrumq. potius pe-
dem abscindere, et reliquum uniuersum corpus seruare, sperare se in Dei mise-
ricordia, quod etiam claudus ad Regni caelestis possessionem perueniret. Inte-
rim tota mentis animiq. contentione preces suas ad Dñum effundere non cessa-
bat. Quamuis enim dolor cruris somni facultatem omnem ademisset; saepe
tamen tanquam dormiturus ad parietem se conuertit, ut liberius absentibus nobis
Dñi imploraret misericordiam. Illud aut ore suo benedicto et impollutis labijs sae-
pissime decantabat; O crux aue spes vnica, O crux aue spes vnica, et intui-
tis in caelum oculis signo Ss.mae Trinitatis pro veteri more suo tribus coniun-
ctis digitis ad significandum S. Trinitatis mysterium, subinde se muniebat.
Cum aut videret morbi vehementiam, omnes medicorum artes eludere cum qua-
dam animi hilaritate medicinarum quas semper coniecturas appellabat, im-
becillitatem et vanitatem arguebat; Medicis aut culpam oem, non medici-
narum imbecillitati, sed humorum acerbitati tribuentibus, et meliorem va-

letudi-

letudinem promittentibus dicebat; Vos me semper consolamini, omniaq. meliora
promittitis et bene facitis; hoc enim a vobis requirit officium vestrum; sed
quod operas vestras frustra consumitis; sanate si potestis morbum 76
annorum, et facile reliqua omnia incommoda et affectiones corporis amovebitis.
Non est iam quod tanta contentione studiorum de valetudine mea labo:
retis. Jam enim tempus resolutionis meae instat. Immo vero quantas ma:
ximas animus meus capere potest, Deo et Salvatori meo Jesu Christo ago
et habeo gratias, quod non ullis meis meritis, sed per summam et infinitam
misericordiam suam, ad eum annum aetatis me pervenire voluerit, ad
quem pervenit Sanctissimus et doctissimus ille Doctor Ecclesiae, quem ego
prae caeteris omnibus in vita mea colui, et imitari quantum potui conatus
sum D. Augustini; qui et ipse in 76 Anno aetatis suae sanctam suam ani:
mam Deo salutari suo reddidit. Quis scit an hanc mihi praeterea gratiam
impetrabit, ut ego quoque animam meam, non solum eodem quo ille aetatis Anno,
sed etiam eodem quo ille die, Jesu Christo Deo et salutari meo restituam:
sed nihil aliud volo, quam quod tu vis Domine; Fiat voluntas tua, fiat
voluntas tua, Paratus sum, et non sum turbatus, Paratus sum, et non
sum turbatus; Spero certe quod mihi Sanctus ille doctor in occursum
veniet, et animam discipuli sui Deo meo cui semper servire conatus
sum, in veritate repraesentabit. Haec ego divini viri plane divinas
voces, cum saepius ingeminari audirem, manum eius Sacram deosculatus
lachrymantibus oculis, Bono, inquam, animo esto Ill.^me^ Domine. Melius
per Dei gratiam habebis, Non solum diem D. Augustini Sacram, sed
multos praeterea annos ad utilitatem Ecclesiae Dei et meam consolationem,
supervivens. Ille vero manum capiti meo imponens, et lachrymis ista
scribuntur. ~~36~~ Chariss.^me^ fr., inquit, ego te semper amavi, charumque
prae caeteris habui, rogo te noli mihi adulari, Ego sentio quod me ca:
lor naturalis pedetentim deficit, Tange pedes meos, idipsum indicabis,

Ego vero, Quicquid tandem futurum est Ill.me D.ne, bono esto animo, Non minus tu
vere potes illis verbis te consolari, quibus seipsum olim consolatus est, ex hoc
mundo in caelestem patriam migraturus Arsenius, Nam et tu Septuaginta et
amplius annis Deo servivisti, Non potest mala tibi mors accidere, qui sic vixi-
sti. Ad hac verba mea subridens Car.lis: O quam, ait, labilem habes memo-
riam, Non Arsenius fuit cuius tu verba recitas, sed Hilarion cuius vitam
descripsit S. Hieronimus. Et quoniam instabat festum S. Martha, qua Sal-
vatorem nostrum hospitio gratissimo excepisse legitur. Et ego, inquit, cum Mar-
tha Deum meum sub tectum meum excipere hoc ipso die decrevi, Itaque die S.
Martha sacro, cum horas Canonicas devotissime genibus flexis absolvisset;
Missam attentissime devotissimeque audivit, iunctis semper et in caelum elevatis
manibus; cumque tempus sumenda Eucharistia advenisset, remotis omnibus pul-
villis in nudam humum ante altare se proiecit, Confessionem dixit lachrymis
et singultibus interruptam; et tandem (quod mihi perpetua laudi gloriaeque
cedet) Sacratissimum corpus et Sanguinem D.ni castissimo ore suo impollu-
tisque labiis, ex pollutissimis et peccatorum foeditati contaminatis manibus
meis suscepit, Sic igitur lassus, et vix spiritum ducens, ad reficiendum corpu-
sculum accessit, Sed cum illi vis morbi et ardor febri orta, quam tum primum
deprehenderant Medici, omnem prorsus cibi appetentiam ademisset; vix quicquam
idque invitus et renitens degustare potuit, Quamobrem iussit me ad mensam
suam accumbere, Si forte, inquit, te comedente, mihi quoque solita redeat cibi
potusque appetentia. Quoties autem a nobis, ut aliquid amplius sumeret, admo-
nebatur, et iam hoc iam illud offerebatur, respondit; Cum olim pro Continentia
virtute Deum deprecaretur S. Augustinus, dicebat illi; Domine da quod iubes, et
iube quod vis; sic et ego vobis omnibus possum respondere; Date ut possim fa-
cere quod iubetis, et iubete quod vultis. Iuvenis existens prohibet extraneum
quod si foras artificio Medicorum posset evocare, et somni beneficium, et ap-
petentiam cibi nullo negotio recuperarem, Quoties autem intempesta nocte, aut

Conti:

continuatis diebus ad se Medicum familiarem accersebat, summa cum animi sui hu:
militate factum suum excusabat; Parcite, inquiens, mihi ergo vos quod vobis
hanc molestiam affero; Necessitas id me, ut faciam, cogit, Certe non libenter
id facio, Tridie igitur eius diei, quo sanctam suam animam Deo Creatori suo red:
didit; an vellet domui sua disponere, privatim ex eo, non sine maximo metu
offensionis et solicitudine animi mei, quaesivi; sed is placidissimo et animo prae:
sentissimo mihi reddit, quod in ea cogitatione versaretur, ut domui sua dispo:
neret; et caetera quidem omnia in animo suo disposuisse dicebat, sed in deli:
gendis deputandisque Executoribus, non possum, ait, exitum consilii mei
invenire, Hoc opus hic labor est, scio quam diversum exitum habuerint
multorum extrema voluntates. Illo ergo ipso die, Testamentum conscrip:
sit, et amplissima haereditatis quam in hoc mundo relinquebat, dispositio:
nem absolvit, suoque signo obsignatam in manus Notarii publici consignavit,
Quoniam autem urgebatur a me, ut quod coeperat sine ulla intermissione
absolveret, cum nullam illi mentis partem aut iudicii facultatem vis
morborum ademisset; illico me in maximo metu versari subolfecit, ne
iam imminenti nocte spiritum exhalaret; Quamobrem ne timeas, ait,
ista ego nocte non moriar; sed cras per Dei gratiam reliqua expediemus.
Assistebat illi continuo R. P. Oliverius Societatis Jesu, quem in vita
sua semper habuit char.mum et spiritualibus admonitionibus ad mortem
constanter perferendam adhortabatur; Cum ille fixis semper oculis,
maximaque animi praesentia intentissime audiebat, et ad singula, quae
requirebantur ab eo, respondebat, Is quoque ut tum de Executoribus Testa:
menti, tum de loco sepulturae suam sententiam diceret, lenissime et
prudentissime admonebat, Sed Car.lis memor Apostoli sermonis; Si nos
iudicaremus; a Domino non iudicaremur; cum suam conscientiam in dubiis
vitae rationibus summa cura et studio moderari consuevisset, in hac quoque
extrema vitae fabula summa cum devotione animique praesentia, totius
antiactae vitae suae Generalem Confessionem praemittendam esse existimavit,

De caeteris aut rebus antea se deliberaturum quam aliquid constitueret, cum summa iudicij
maturitate prudentissima reddit, suamq postea voluntatem et sententiam, imposita
fide silentij aperuit; et ita se iam profunda nocte ad quietem composuit. Sed vanus
erat illius conatus, efferebat n. vis doloris et egestiones continua somni fa-
cultatem; Quamobrem totam illam noctem, assistentibus et orantibus, et lugen-
tibus nobis, in summa molestia egit; Et subinde ex alto suspiria ducens: Si iniquita-
tes observaueris, ait, Dne, Dne quis sustinebit, Dne quis sustinebit. Nec vllo
momento temporis, animum a futura vitae contemplatione, atq a fundendis omnibus
auertit; sed horam septimam, quae fuerat ad celebrandum missae Sacrificium assi-
gnata, solliciti cupidissimeq expectabat; Quae cum immineret, ut primum me
ad lectulum assistentem aspexit; Vos, inquit, heri sic mecum egistis, tanquam
hac nocte mori debuissem; Caeterum negare non possum, quod me valde sentio de-
bilem; ita ut vix mihi sola respirandi facultas supersit; Quamobrem cuperem
os meum modico vino vel etiam aqua abluere, ut me paululum reficerem, et sicci-
tatem oris quam sentio detergam; Sed quia sanctissimum Christi Salvatoris
mei corpus et Sanguinem hora 7 suscipere decreui; religio mihi est aliquid in
os immittere, ne videar ieiunij observationem, quam Sacri Canones praecipiunt,
intemperantia quadam et cupiditate vitiens fregisse; Cuperem itaq, ait (erat
n. tenerrimae conscientiae, et abstinentiae admirabilis, nec vnquam se quidquam
scire praeter Christum et hunc Crucifixum gloriabatur; et si quid sciebat id ipsum
sum scire se non putabat; sed illud in corde perpetuo conservabat; Beatus
homo qui semper est pauidus; qui vero mentis est durae corruet in malum)
ex Patre Olivero cognoscere, utrum ante sumptionem Sacratissimi cibi, liceat
mihi saltem oris siccitatem, quam sentio, abluere. Ego vero P. Oliverium
hora noctis fere quinta conueni, qui sententiam in eam re mi suam aperuit.
Cum aut ablutionem illam Card. porrexissem, tanta cautione in os immisit;
Vt ne vel guttam quidem vnicam passus sit paulo profundius descendere.
Quod vbi factum est, cepit cum Thoma nostro Matutinas horas de B. Maria
Virgine ad Nones, cum maxima vocis lateriumq contentione, cumq lachrymis
et suspi-

et suspirijs devotissime recitare; Ubi vero ad praeclarum illum et divinum S. Ambrosij
et Augustini hymnum ventum est, nequidquam renitentibus nobis, languentia et
effoeta membra, in terram voluit prosternere, et genibus flexis totam illam gra:
tiarum actionem devotissime recitare: Vocavimus postea Medicum, et excusa:
tione maxime necessitatis identidem praemissa, de noctis incomoditatibus,
deque vitio ventris, et gutturis questus est; quod somnum in oculis suis non
viderit, atque acerbissimos cruris dolores gestionumque molestias pertulerit;
quibus, inquit, malis postquam nullum possit remedium inveniri, ego ad alium
Medicum longe Galeno viro praestantiorem properabo, qui medicinas habet, istis
vestris suaviores, dulciores, amantiores, quas qui semel degustaverit, nulla
unquam incomoda, nullam deinceps mortem, in sempiternum tempus sentiet.
Sed mirum est; quantum sint in hoc parvo tempore omnia in me immutata,
quam factus sum ad omnia inutilis; Nihil aliud facio quam ingero et egero;
Sit pro omnibus nomen Dni benedictum in saecula; Nunc meum bene valere, est
non pessime valere. Hora tandem septima P. Olivecius ad celebrandum
Missae Sacrificium accessit, quem ubi Card.lis aspexit, ex lectulo suo surgere,
et pro sua perpetua consuetudine, ante ipsum altare in medio Cubiculo ge:
nua flectere voluit; Nos vero, ne faceret, neve se in hoc suo summo languore
in apertum discrimen obijceret, magnopere rogabamus, et omni diligentia
cavebamus, ne quod tentare videbatur, etiam invitis et reluctantibus no:
bis, in terram se ex lectulo proijceret. Quae res illi valde gravem et acer:
bum sensum doloris afferebat. Quamobrem semel et iterum manibus me
suis a lectulo cui assistebam removebat, dicens lingua nra materna,
odstyp pokusso, Discede a me tentator, neque quem debeo cultum et re:
verentiam Deo et Salvatori meo exhibere permittere. Ego vero me a lec:
tulo paululum seiunxi; caeterum ille remoto praesidio, nulla ratione potuit
languens et effoetum corpusculum a culcitra sublevare. Coepit tamen pe:
des suos in terram pedetentim demittere, quos cum alius quidam familia:
liaris eius Pisarzowski in lectulum reponeret, zelo maximo divini ho:

882

~~873~~

noris inflammatus, manibus eum e lectulo conatus est remouere, Dimitte me, inquiens
dimitte me; ut supplicijs in morem debitum Deo meo honorem in terra prostratus ex-
hibeam, At cum aduenisset tempus Eucharistiæ sumendæ, multis precibus, multoque
nro conatu aut contentione retineri potuit, in illo suo summo languore, quominus
e lectulo in terram se dimitteret ut quantum poterat demisse humiliterque Do-
minum venientem in domum suam reciperet; Absoluta tandem peccatorum suorum
confessione, pectus suum sine intermissione uerberans, et cum Centurione la-
chrymis fletibusque perfusam ac interruptam orationem fundens; Domine non sum di-
gnus etc. Signoque se Crucis muniens panem illum Angelorum Sacratissimum
accepit, et in lectulum se tandem reponi passus est, quod reliquum erat Missæ
summa cum attentione audiens, Absoluto missæ sacrificio, parum aliquid cibi re-
fectionis gratia accepit. Deinde Sacramentum Sacræ et extremæ Unctionis
impartiri sibi petiuit; quod extremum officium, permittente loci Curato, ut ego illi
manibus meis licet indignus impartirer, ad perpetuum meum erga ipsum cultum
et obseruantiam proprie pertinere putaui, Ipse uero inuicto quodam animi ro-
bore, Sacrum illud Oleum aspiciens, et ad eas quæ recitabantur ex Sacerdotali
Rom.o Orationes accuratissime respondens; apertumque pectus ostendens, quale semper
in omni vita sua gesserat; seque quantum poterat in omnes partes reuoluens; et
membra ad suscipiendam Sacram illam armaturam offerens, summa cum atten-
tione maximaque ceremonia, Sacramentum illud extremæ Unctionis deuotissi-
me suscepisse, Deinde cum paululum a labore respirasset, oculos ad Uni-
uersam familiam conuertit; quam cum in terra prostratam orationesque fundentem
et plangore maximo lamentationeque cubiculum complentem aspexisset; ab
omnibus in uniuersum condonari sibi petiuit, si quem unquam in aliqua
re offendisset; seque uicissim omnium erroribus veniam ex animo impertiri pro-
fessus est; ad extremum etiam Sacra sua et impolluta manu, altius ut po-
terat eleuata, ternis vicibus benedixit dicens; Dominus vos benedicat, Dominus
vos benedicat, Dominus vos ab omni malo conseruet. Qui tum fuerit eiulatus omnium

qua

qua profusio lachrymarum, qui singultus et gemitus; si adhuc in oculis meis acer:
bitatibus effundo, audiissent: coram oculis tuis quantum calamo et attramen:
to possem, repraesentare contenderem, Sed vidit has Dñus, et Angeli eius ca:
dentes in tanti viri morte guttas numerarunt, Plane fecerunt omnes plan:
ctum magnum super ipsum, sicut olim super Stephanum viri timorati fecisse
leguntur. Accepta benedictione Sacram eius manum oẽs ex ordine summis
deosculati. His rebus ad eum modum peractis, totam mentis animique sui
contentionem vir divinus ad oõnem convertit, et Primam, Tertiam, Sex:
tam, ut vocant, devotissime, attentissimeque recitavit; subinde Virginis
Gloriosa, et intemeratae Dei Genitricis Mariae intercessionem implorans,
ut sibi viam ad perpetuas luces, et sempiternum temporis refrigerium ora:
tionibus suis satisfaceret. Cum aũt ad Nonam ventum esset: sufficit,
inquit, iam non dicemus Nonam. Postea me accersito, de quibusdam ad:
huc rebus animo plane praesentissimo mandata dedit; et inter alia, ut
opera Divi Augustini, cuius in omni vita sua semper fuit studiosissimus,
Thomae Pretrio familiari dilecto cederent, ordinavit, ea vero quae Tho:
mas habebat Dolcimo assignavit. Quoniam aũt Epũs Nepesinus, tri:
duanas per oem Dioecesim suam supplicões, pro salute Salutaris Eccl͡ae Dei
viri instituerat; accidit ut hoc ipso temporis momento, penes Palatium
transirent ad Ecclam S. Virginis puellae quaedam virgines non paucae,
cantantes Litanias, et valetudinem Card.lis Castissimis labijs Dño com:
mendantes. Quarum vocem cum audiisset, quaesivit quaenam essent
ista Cantica? Ego vero quod res erat dixi, quomodo Epũs publicas
supplicões instituisset, et quod voces quas audiret, erant voces castis:
simarum et Deo amabilium Virginum, pro salute et incolumitate sua
Deo et Gloriosiss.ma Virgini Mariae supplicantium; Ille vero vehemen:
ter exhilaratus; elevatis in caelum manibus. Magnas, ait, ago grãs,
Episcopo, et istis Virginibus, et oibq qui pro me misero peccatore sollicitudine

istam capiunt; scio quod magnum pondus habere apud dnum Castissimae Virginum
et innocentium puerorum, orões consueverunt. Sed nihil aliud ego volo, quam
quod tu vis dne. Fiat voluntas tua, ne momento quidem temporis vivere cu-
pio, ultra quod constituit mihi dnus. Paratum cor meum, Paratum cor meu.
Jussit deinde passionis historiam legi, in qua cum ventum esset ad eum locu,
ubi Petrus Aplus Chrm negasse perhibetur, et P. Oliverius Dni erga ipsum
mĩam et ignoscendi facilitatem; tum et hoc quoq plurimis verbis comme-
morasset, quod Car.lis nunq per Dei grãm Christi fidem negasset, nec un-
quam de noie eius erubuisset; sed aperte potius coram hoibus et coram omni Eccla
malignantium, et ubicunq id officii ratio, et incredibile diãs Chro lucrifa-
ciendi desiderium requirebat, confessus, haereticos propterea quod Chrm ne-
gassent, in oibq dictis, et scriptis suis, constanter et cuspide persequutus
esset; elevatis in caelum vix duobus manibus, alta voce dixit; Chre
fili Dei vivi, tu scis quod ego te nomenq tuum non negavi, Tuum. n. hoc esse
beneficium lubens agnosco, agoq tibi hoc noie summas grãs, Absit a me, ab-
sit ab aio meo, ut te negare unquam voluerim. Quoties aut fiebat nomis
Jesu commemoratio, toties languentem atq deficientem dextram ad caput
attolens, pileolum de nitentibus comis, in honorem huius Sacratissimi no-
minis deponebat. Cum alapa mentio facta est, os ipse quoq suum elevata
manu verberavit. Ubi vero flagella et spinea corona commemoratur, et P.
Oliverius acerbitatem illius doloris, quam salvator nr pertulit, ob oculos po-
neret, atq ad fortiter ferendam mortem, et quicquid tandem dnus permi-
sisset, adhortaretur; Car.lis inquit, Fortiter et constanter, fortiter et
constanter. Cum autem ad illa verba ventum esset, ubi dnus spiritum emi-
sisse legitur, ad parietem capite paululum converso, alta voce ita ut ab
omnibus exaudiretur, Dnicam orõnem et Angelicam Salutationem articulatim
distincteq recitavit, Illud identidem commemorans, O Crux, ave spes unica

O Cru

O crux ave spes unica; Tum et illud, Per passionem tuam Chre salua nos. Tum et illud, Jesu Chre fili dei vivi miserere mei, Tum et illud quod in omni vita sua in ore atq; in animo suo perpetuo habuit; Mane nobiscum dne, Mane nobiscum dne; Crucifixi ptrea imaginem sic amplexabatur, sic in manibus habebat, sic clavorum vestigia osculabatur; ut plane ostenderet, quam arden: tibus erga Deum fuerit, in omni vita sua charitatis ignibus inflamatus. Jussit postea ad se Nepotes suos quos charissimos habebat accersiri; quibus ad lectulum prostratis, et lachrijmas profundentibus, sacra sua manu in caput dni Stanislai Flosij de Berdan imposita, sanctam suam benedictio: nem omnibus impertiuit, Tandem aut omnibus qua legebantur à Pre Oliverio intentus, et signo Sanctae Crucis se muniens suum frequenter munierus, atq; ad plerasq; etiam vidensq; cum aliquoties illa Salvatoris verba devotis: sime iterasset; In manus tuas comendo spum meum; Jesu quoq; salvatore nomen invocasset, percontantiq; Pri Oliverio, num qua legebantur omnia in: telligeret; bis ac ter videlicet, intelligo, intelligo. Postquam prorsus omnia qua pro aia comendone praecipit Eccla, lecta peractaq; fuissent, illo ipso B. Virginis Maria festo, quod in Non. Aug: incideral, hora 9 qua spum suum Dnus in cruci emisisse legitur, plenus dierum et gratia dei, plenus omni sapientia et intellectu, in senectute bona, quietissime et placidis: sime obdormiuit in Dno. Qua sequuta sunt, non calamo et attramento, sed lachrijmis tibi scriberem, si legere posses, Hoc unum addo, quod in huius tam Sti et in omne tempus laudati Carlis transitu, reipsa cognoui; preciosam esse mortem Sanctorum in conspectu dni, Tum et illud verissi: mum esse deprehendi, quod à quodam Sto Patre dictum est; Non potest male mori qui bene vixit, Plane n. fuit consentiens initijs vita exitus, Plura non possum, in hoc meo incredibili et vix unq; consolabili dolore, Nam et oculos meos ista comemoratio fletu debilitauit, et manum dolore impediuit, Amisi ego patronum beneficentissimum. Amisit Eccla defen:

sorem accepimus, Amisit patria Civem prudentissimum, Amisit Roma Car-lem
Sanctissimum, Amisit Orbis Christianus ornamentum maximum, Amisisti tu amicum
benevolentissimum. Et putas iacturam hanc siccis oculis commemorari posse?
Quamvis ego potius dicam, Non amisimus, sed praemisimus in aeterna taberna-
cula; ubi nunc et in sempiternum tempus pro nobis et pro universa Eccla
Deum Patrem misericordiarum deprecabitur, sicut in carne vivens incre-
dibili animi contentione deprecari consueverat; ut ne sit amplius inter
nos Juda et Israël, Roboam et Ieroboam, Hierusalem et Samaria; sed ut
sit multitudinis credentium cor unum et anima una, ut sit unum ovile,
et unus pastor. Tu etiam, ut nos qui vivimus, qui residui sumus, studia
nra omnia ad Dei laudem et gloriam convertamus, et ut antequam mo-
riamur, moriantur in nobis vitia. Hoc. n. intelligentissimi quique viri,
atque adeo Urbs universa, uno ore loquitur: quod statim ut ex corporis
sui domicilio, illa Deo amabilis anima excessit, in Beatorum sedes
translata, vitae coronam accepit; cum ob immensam et infinitam Dei miam,
in qua semper omne salutis suae firmamentum collocare consueverat:, tum
ob vitam in timore Dni et in custodia mandatorum eius, ab ipsis incunabu-
lis, usque ad ultimum vitae diem fide ac religiose actam, laboresque pro Eccla
Chri magno cum fructu utilitateque susceptos; tum vero etiam, quod si
quam illius splendori labeculam humanae conditionis infirmitas aspersit,
sicut ante dies aliquot apud Illmum D. Cardlem Senonensem, in Signatura
ut vocant, Officij S. Paenitentiariae viri quidam virtutis et sapientiae laudi-
bus celeberrimi, praesente me retulerunt, ac idem ante multa saecula
plerisque alijs Sanctissimis et laudatissimis viris, ex Ecclasticis Annalibus
accidisse memorarunt; quem in universo vitae cursu, totis 76. annis
numquam in corpore suo senserat, acerbissimus ille ac prope intollerabilis cru-
ris dolor abstersit atque expiavit; ut ne qua, sicut ait Paulus, ligna,

fam

fænum, stipula, remaneret; quæ posset ingressum illius in æterna taber-
-nacula, in transitu flammei versatilisque gladii remorari, Quo nobis
quoque pervenire concedat, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Bene
Vale, nosque quod facis ama, nec amare desine, atque hanc orbitatem meam,
et istam miseriam vitæ rationem (nihil n. habeo: enim flosculum non habeo)
in tuis orationibus Divinæ bonitati commenda. Datum Romæ 17
Cal. Septembris 1579.

885
876

Ille misit tibi

\#

DIFFERENTIÆ

De ſcholis Ieſuitarum nuper Varſauiæ erectis; inter Conuentum Generalem Korczynen. erectioni contrarium & Anonimum Nobilem eandem promouentem porrectæ ad cenſurã Ill-mõ ac Rdmõ D. D. Loci Ordinario.

Præfatiuncula.

Concilium Carthaginense IV præcepit Epis Vti diſcordantes Vel ratione Vel pietate ad concordiam trahat; inobedientes Synodi per audientiam damnet Cap. 59 hæc ſalutans ordinatio, cum nunc ad effectum deduci non poſſit propter exemptiones Regularium: quidquid hac in parte pietati derogatum est; rão ſalua et integra permansit, cui Illmus Loci Ordinarij vtriusq diſcordantes conciliare potent, dummodo de statu Primitiuæ, Intermediæ et Modernæ Societatis bene fuerit informatus.. Ac hunc finem hoc opuſculum

886
877

lum compositum, fortassis et ipsis Patribus Societatis statum suum ignorantibus prodesse poterit, nisi velint esse contra Veritatem obstinati. Ill.ma V.a Nobilitas pro Conuentu Korczynen. congregata Vt in speculo animaduertet, quomodo suum articulum promouere possit, sine praeiudicio honoris S. Ignatij, Salua debita reuerentia eiusdem Societatis, haec omnia Ill.mi Praesulis Loci Ordinarij censurae subijcio, approbationem expecto, et oculis ad caelum intentus, oratiunculam praemitto:

Ne scribam Vanum, duc pia Virgo manum

Hoc humiliter orat

Simon à Naue Kayrecius

Compo-

Compoſitio Differeñtiarum De ſcholis Varſau: P.P Soc: Ieſu.

Qui bene diſtinguit, bene docet; proinde Beneuolg Lector de ſcholis Ieſuitarum informaõem habiturus, triplicem Societatis ſtatũ debet hrẽ in conſideraõe. 1mus est ſtatus Fundationis. 2dus Reformationis. 3tius a Fundaõe et Reformaõe totalis receſsus. 1

1mus Status Soc: Ieſ:

Fundaõ Societatis ẽ illa, quam inſtituit S. Ignatius Loiola cum nouem alijs ſocijs. Societatem Ieſu Vocari placuit, Vt eſſet imitatrix Vitæ et operum Noſtri Saluatoris, quod S. Ignatiq his Verbis expreſſit. 2.

Pertinet ad Vitæ Spũalis profectum omnino et non ex parte ab-horrere, ab omnibus quæ mundus amat, et amplectitur. Et admittere et concupiſcere totis Viribus quidquid Christus Dominus noster amauit, et complexus est. Quemadmodũ enim mundani hões qui ea quæ mundi ſunt ſequuntur diligunt et quærunt magna cum diligentiã, honores, famam, magni nominis existimationem in terra ſicut mundus eos edocet. Sic qui procedunt in Spũ et ſerio Christum Dominũm Noſtrum ſequuntur, amant et ardenter explorant, quæ ijs omnino contraria ſunt, indui nimirum eadem Veste, ac inſignibus Dñi ſui pro ipſius amore ac reuerentiã: adeo Vt ſi ſine offen- 3 4

ſione

887

878

ſione Vlla Diuinæ Maieſtatis et abſq proximi peccato foret, Val-
lent contumelias, falſa teſtimonia, et iniurias pati, et ſtulti haberi
et exiſtimari, eo quod exoptant aſsimilari ac imitari aliquomodo
Creatorem Dnum Nrum JESVM Chrum, eiusq Veſtibus et inſignibus
indui, quandoquidem ipſe illa, propter maiorem profectum noſtrum
Spualem induit nobisq exemplum dedit, Vt in omnibus quo ad eius fieri
poterit, Diuina gratia aſpirante eum imitari et ſequi (cùm Vera ſit
5 Via quæ ducit hoies ad Vitam,) Velimus. Vt melius ad hunc perfectionis
gradum in ſpuali Vita tam pretioſum perueniatur, eius maius ac
impenſius ſtudium ſit, quærere in Dno maiorem abnegaoem et
continuam in omnibus mortificationem. Exami: gen: cap. 4 §44
et 46.

Exercitium Soc: Jesu.

6 Et nominatim ſocij commendatam ſibi habeant inſtitutionem
puerorum ac rudium in Chriſtiana doctrina decem præceptorum
atq aliorum ſimilium rudimentorum, quæcunq ſecundum circumſtan-
tias perſonarum, locorum atq temporum illis congrua Videbuntur,
7 Eſt enim maxime neceſſarium circa prouidentiam huius rei dili-
genter Præpoſitum et conſilium inuigilare; cùm et in proximis
ædificium fidei, ſine fundamento non poſsit conſurgere, et in nris
periculum ſit, ne Vt quisq erit doctior, ita Prouinciam hanc tan-
quam primo aſpectu minus ſpecioſam forſitan detrectare cone-
tur, cum tamen re Vera nulla ſit fructuoſior, Vel proximis ad æ-
dificationem, Vel nris ad charitatis et humilitatis ſimul offi-
8 cia exercenda. Circa hos actus pietatis exercendos Vtiliter

Societ.

Societatem Viuere in summa paupertate, quam ita recommendauit. Cum autem experti fuerimus, iucundiorem, puriorem, et ad proximi ædificationem aptiorem esse, Vitam ab omni auaritiæ contagione quam remotissimam et Euangelicæ paupertati quam simillimam; cumq sciamus Dnum Nrum Iesum Christum seruis suis Regnum DEI solum inquirentibus necessaria ad Victum et Vestitum esse subministraturum; Voueant singuli et Vniversi Paupertatem 10
perpetuam declarantes, quod non solum priuatim, sed neq etiam communiter possint pro Societatis sustentatione aut Vsu ad bona aliqua Stabilia, aut ad prouentus seu introitus aliquos ius aliquod ciuile acquirere; sed sint contenti, Vsum tantum rerum ad necessaria sibi comparanda recipere. Ita loquitur Institutum primum Societatis de Anno 1540 § 10. Ne futuris tem- 11
poribus aliquid circa paupertatem immutaretur, aut circa institutum innouaretur, talem illis præscripsit constitutionem. Pau- 12
pertas Vt murus Religionis firmiter diligenda, et in sua puritate conseruanda est, quantum Diuina gratia aspirante fieri poterit. et quia humanæ naturæ hostis ad hoc propugnaculum ac refugium debilitandum (quod DEUS Dnus Nr Religionibus inspirauit, contra illum aliosq Religiosæ perfectionis aduersarios) eniti solent ea, quæ à primis fundatoribus bene ordinata fuerunt immutare per declarationes, Vel innouationes primo illorum Spiritui minime consentaneas: Vt quod in nobis situm fuerit hac parte Societati prospiciamus; quicunq in ea professionem emi-

serint

serint, se ad innouatio͂em constitutio͂um in ijs quæ ad paupertatem per-
tinent nihil facturos promittant, nisi aliquomodo pro rerum occur-
rentium ratio͂e, eam in Dño magis restringendam iudicarent. Constit:
13 par: 6 Cap. 2. §1. Hoc tam laudabile et gloriosum institutum
cum suis constitutionibus exstinctum est, de quo congregatio tertia
14 Gnlis ita loquitur: Cum quidam ex Patribus proposuissent, utrum
constitutio͂es, quæ ratio͂e temporum vel alias ob causas in praxi non sunt,
expungendæ essent? Responsum est, nulla ratio͂e id faciendum, sed
potius oportere, ut o͂es inviolatæ permaneant, ut quales a S. Memo-
riæ Rdo Pre Nro Ignatio acceptæ sunt, tales identidem ad posteros
transmittantur. Congreg. 3 Decr: 13. Et hic fuit primus
status Societ: Jesu, quem ab Ecclea DEI sublatum, o͂es boni summo
dolore affici debent, optando ut aliquando in integrum restituatur
quod sequentia melius indicabunt.

2dus Status Reformatæ Societ.

15 Dispositio Societatis ad scholas et ad tractanda studia lite-
rarum, applicatio, recte pt dici dispositio seu Reformatio. Quia
cum fuerit ad imitationem vitæ et operum Christi fundata, et ideo So-
cietas Jesu vocata; Christus autem Dñus, eiusq Apli nunquam do-
cuissent in scholis; eo ipso Societas diversum quid ab operibus
Christi et Apostolorum amplexa, iure merito dicitur reformata.

De

De cuius initijs ita loquitur Sacchinus in Anno 1565. Hucusq[ue] 16
Soc: Iesu procedebat læto successu, et ita ab Ignatio Loiola suo Fun-
datore et Iacobo Laynezio successore e vita decedentibus relicta,
Vt et magnorum virorum probitate floreret, et celebritate nominis
Vbiq[ue] per totam Christianitatem commendaretur. In eo statu rerum 17
tanquam ad lubricum et anceps adolescentiæ ventum erat, peri-
culum vt esset Societati, ne tanta agendarum occupatione rerum et
tractatione literarum, quo longius ab ortu et impetu primo recede-
bat, interioris cuiusq[ue] sui hominis cura paulatim laxior fieret, suauisq[ue]
erga res Diuinas affectio, earumq[ue] gustus, qui solidarum virtutum
custos idem ac fructus est exaresceret. Sacchin: Hist: Societ:
lib. 1. N. 1. Sic paulatim solidarum virtutum gustu et fru- 18
ctu exarescente, exortas fuisse domi et foris grauissimas tempesta-
tes, quibus et Diaboli et hominum opera, siue per impietatem siue
per falsam speciem pietatis sibi inuicem obstantium concussam fu-
isse hanc Christi Nauiculam. testatur Sacchin: Soc: Iesu. Histor:
lib. 1 fol. 11. N. 3. In ista pietatis et impietatis lucta, præ- 19
ualuit vis humanæ hostis, qui vt societatem facilius reformaret, cu-
stodes instituti S. Ignatij sustulit, de quibus Sacchin: ita loquitur:
Superintendentes a S. Ignatio sapientissimè constituti sublati sunt; 20
Versabatur horum munus in eo, vt velut in specula et in medio constitu-
ti, charitatis et obsequij Authores, si quid in Rectorum desidera-
rent officio, seu minus probarent gestis, id per ipsorum admonitionem
corrigeretur. Inde fiebat vt pollentes consilio viri, vel ad agen
dum

889

~~881~~

dum cum populo Ecclesiæq publicas curandas Utilitates, vel de idonei
vel certe viribq ac valetudine destituti, quo minus possent difficulta-
tes administrationis sustinere, Superintendentes quasi custodes ac Du-
21. ces Rectori appositi, haud magno labore multum prodessent. Verù
cum quod inter Provinciales et Commissarios, et Rectores inter ac
Superintendentes angustiæ essent, tantumq sibi quidam inania relinqui
vocabula conquererentur, et interdum inter se (ut sua cuiq consilia
blandiuntur) dissentirent; deniq adultis iam regendis familiis a-
bunde Provinciales Rectoresq sufficerent, visum est Patribq Super-
22 intendentium posthac appellatione ac munere abstinendum. Qui
tamen ad eam diem sapienter ac necessario adiecti fuerunt,
uti primordiorum infirmitatem multiplicata adminicula fulci-
rent; quodq deerat uni-cuiq, vel à peritia vel à legibq nondum
satis explicatis vel authoritate, vel aliunde adiumenti id coniuncta
multorum cura suppleret. Sacchin: Soc: Hist: lib. 1 fol. 18 n. 44.
23 Non solum Superintendentes sublati; sed Primi S. Ignatij Socij tres adhuc
post mortem Laynezij superstites Salmeron Bobadilla Rodericq
in Regimine Societatis postpositi et ad nullum officium admissi.
Vicariatq Titularis devenit ad Franciscum Borgiam, rem ipsam
24. Araozioq substitutus perficiebat. de quo Sacchin: Postridie quam
Laynezq decesserat Borgia ritè substituitur Generalis Vicariq, qui ut
imposito sibi uti sperabat liberaretur onere, ac tanta se curarū
levaret parte, statuerat Araozio Commissarij prorogare magi-
25 stratum Sacchin: Hist: lib. fol. 2 num: 4. De ipsa verò eiusdem
in Propositum Generalem electione, ita scribit et sane non paucis
visa est electio, Divini potiq quam humani consilij; cum vulgatum
inter omnes esset quantopere et Sancto contemplationis otio teneretur
et ab

et ab administratione publica curis Franciscus abhorreret; atque adeo incre-
buisset suspicio moribus illum quibusdam a societatis disciplina ali-
enis imbutum. Sacchin: lib 1. fol. 13 N. 31. Mirabilis noui Electi 26
commendatio cuius sensum ego capere non possum, et putarem iocum esse
nisi Diuino consilio factum esse crederetur, Ut illa sub regimine eius fie-
rent, quae sequuntur. Defuncto Laynerio Provinciales inter caetera 27
curare iussi Ut prudentes ac periti, inter annotarent Vias et rationes quas
hoc cuique in Ministerio maxime aptas et efficaces cum Diuino lumine mon-
strasset Usus, siue ad iuuandos morientes, siue ad confitentes regendos,
siue ad agendum cum populo e loco superiore, item ad privatos con-
gressus et familiarem consuetudinem, cum pietatis profectu institu-
endam; ad literas quoque in gymnasijs doctrinamque Christianam in tem-
plis, atque in locis quibusuis tradendam. Simul Ut qui Rectores collegio- 28
rum, quique Ministri fuissent, conferrent in medium, si quid obseruassent
ad optimam administrationem opportunum, haec ab expertis praestantibusque
Viris e cuncta societate collata in Unum et redacta in normam prae-
scripta forent caeteris socijs pro magistro et duce Ut apposite interque
se congruenter extractarent munia Ubique terrarum Sacchin: Soc: Hist:
lib. 2 fol. 2 N. 5. Haec in Unum collata consilia et ad normam suam 29
ex Usu redacta praecepta Electionem praecessisse et Titulum Constitu-
tionum acquisiuisse ipse Franciscus post suam Electionem inter caetera
cuncta sermonis ad suos Electores ita haec loquitur. Sed quid ego
haec apud Vos? nonne Vobis Patres Charissimi haec omnia sunt notiora
magisque curae quam mihi? an inter Vos non ego quosdam intueor,
per quos constitutiones ipsae sunt conditae? Sacchin: Hist: Soc: lib. 1.
fol. 12 N. 30. Inde ad oculum patet post mortem Laynerij 30
Fran-

890

~~881~~

Francisco Borgia Vicario Gnrli existente sine ulla mentione, et sine ullo respectu legum S. Ignatij Societatem novos Duces et Magistros secutam ab ijsq novis pceptis et constitutioibz instructam in Anno

31 1565. Non ita hæc allego ut Sacchino Mysterioso Scriptori in oibz fidem habeam, quia scio quem sub finem Gnrlatus Claudij Aqua-uiuæ acta sunt, hæc ille in electione Francisci Borgiæ contigisse com-memorat, eo fine ut modernum statum Societatis ab antiquiori-bus Principijs deducat, sed hæc tanquam veritati non innixa fa-

32 cile ruent. Sufficiat ostendisse sub Gnrlatu Francisci Borgiæ Sanctæ contemplationi dediti, et ad administrade publicarum cu-rarum abhorrentis Societatem de novo Duce et Magistro, novisq pceptis et constitutionibus cogitasse, et sui Reformaôi sub princi-pium dedisse, et hunc titulum Reformatæ Societatis promeru-isse.

Constitutiones Societati præscriptæ in Anno 1565 hæ sunt quæ sequuntur.

33 1 Decretum fuit ut edicta Regis Hispaniarum sine tergiuer-satione de non exportandis ex suo Regno pecunijs obseruarentur

34 2 Ut forensibus litibus abstineretur.

35 3 In colendis agris fructibusq in foro vendendis mercaturæ abes-set species

36 4 Si quid in Societ. conscripti eidem donarent id cuiqz Provinciæ addicant

Statue

Statuerunt Pres ut nulla ad ædes Societatis pro colligendis Eleemosynis ad quoscunq usus exponeretur arca. 37

Professor Perusing pro lectura in publico Gymnasio etiam per modum Eleemosynæ, nihil accipiat, imò lecturæ et stipendio renunciet. 38

Vetuerunt quoq socios extraneorum cuipiam suadere, ut Societati potiq quam alijs pauperibus quidpiam legaret donaretue. 39
Nec stipem, nisi planè ac simplr per DEI amorem rogari voluerunt.

Quoniam nuper Concilium Tridentinum Religiosis omnibus præter Capuccinos et Minores observantes habere perpetua so laq contenta bona permiserat; quidquid iuris ex illo Concilij beneficio pertinere ad Societatem posset, magno consensu id oē abdicari ac penitus eo cedi placuit, ut continuo rite factum est. 40

Has leges Societatis enumerat Sacchin: Hist: Societ: lib. 1. fol. 17 n. 42 in Gnrli congregaōe Societatis post mortem Laynezij et post Electionem Francisci Borgiæ constitutas in Anno 1565. 41

Consideratæ et bene trutinatæ hæ constitutiones non correspondent illi ordinationi, quam Sacchin: recensuit supra n. 27, quod defuncto Laynezio Rectores Collegiorum et ex usu tractationis literarū debebant ad certam normam redigere præcepta, quæ alijs Socijs essent pro Magistro ac Duce, ut apposite interq se congruenter tractarent ea munia ubiq terrarum. Et sic manifeste apparet nulla pro tunc fuisse Collegia, qā illorum nulla fit mentio. Constitutio sexta posita supra Num: 38 unum tantum Professorem 42 43

Societ

891
~~882~~

Societatis recenset cui interdictum fuit, ne pro lectura in publico Gymnasio Perusino etiam per modum Eleemosynæ aliquid acciperet, imo lecturæ et stipendio renunciaret: quod interdictam scholasticam occupationem non videtur admittere. Et sic Sacchinus Collegiorum usum et ex illo noua ad normam redacta præcepta non probauit.

Melior Informatio
Quomodo Societ: ad scholas fuerit applicata!

44 Sicut Ignatius et Laynez ita et Franciscus Borgia in sua electione ad Præposituram Gnrlem nihilominus cogitauit, aut somniauit, quam ut Magisterium studij literarum, per Societatem exercendum institueretur. Concilium Tridentinum Sess. 23 Cap. 18 occasionem dedit, ut docti et exemplares viri de Societate ad tractanda studia literarum inuitarentur. Cum enim consilium Seminaria Clericorum et Sacerdotum instituenda decreuisset, et scholas ubi non essent maxime penes Cathedrales Ecclesias erigere præcepisset, in ijsque magistros et Præceptores Salariatos instituere mandasset, qui Iuventutem ad statum Ecclesiasticum habilem idoneam et proclivem in pietate et studio literarum possent erudire. De quo loquitur Constitutio Prouincialis lib. 4 fol. 263, ubi ad marginem Concilium Tri-

45 dentinum allegatur. In defectu talium Magistrorum et Præceptorum in diversis locis Jesuitæ sunt, ad aperiendas scho-

las

Scholas inuitati. Primus fuit in Prussia p. m. Hosius Cardinalis Epus Varmien. Concilij Tridentini Præses, qui Anno 1565 Jesuitas non ex aliquo Collegio, quod pro eo tempore nullum erat sed vigore sui primi instituti, hinc inde dispersos ex diversis et longinquis partibus in suam Diœcesim advocari curauit, illisq Brunsbergæ Monasterium desertum Franciscanorum applicauit. Ex quo 46
Collegium pro viginti personis Societatis, et viginti quatuor Seminarij alumnis erexit, restaurauit, et annuum censum, ex quo alerentur de prouentibus mensæ suæ et Venerabilis Capituli assignauit, et assecurauit annuatim percipiendum, cum ea cautela et conditione; Vt quandocunq aliquid aliud dicto collegio 47
applicatum fuerit accessentue, tam ex parte Illmi Epi, quam ex parte Vener: Capituli, secundum proportionem census diminui et detrahi deberet. Quod authoritate Cardinalis Comendoni tanqm Legati de Latere ad Serenissi: Regem Poloniæ et Dominia eius destinati approbatum et confirmatum est. Heilsbergæ in Sinodo Diœcesiana 12 Kal: 7bris Anno 1565 cuiq authentico fusiq expressu subscripserunt et sua sigilla apponi fecerunt.

Joannes Franc: Cardinal: Comendong

Stanisl: Cardinalis Epus Varmien.

Sampson à Vorain Canonicus et Cancellarius Eccl. Cathed: Varmien.

48 Magna inde videbatur emerſiſſe commoditas et Vtilitas Eccleſijs

49 de qua Congregaõ 4 Gnrlis ita loquitur: Propter ingentem fructum et penuriam fidelium Pedagogorum, et alias Vtilitates quæ ex ea occupatione videntur ſequi flagitatũ eſt Vt in partibus Septemtrionalibus noſtri habeant conuictores, et eorum curam gerant, eâ tamen lege, Vt res nummaria, Oeconomo tradatur, et non ſolicitentur adoleſcentes ad inſtitutum noſtrum, nec admittantur inuitis Parentibus. Congreg. 4 decret: 10.

50 Hæc eſt legitima deductio initij ſcholarum Societatis, quarum fundatio Vbiq locorum ſuis Fundatoribus non debuit nec potuit eſſe onerosa, Viuens Societas in ſumma paupertate modico Victu et Simplici Veſtitu contenta ad ædificationem populi Vel maxime reſpiciens. Ad quem effectum ſucceſſiue ſub Gnrlatu Franciſci Borgiæ et Gerardi Mercuriani, Vltra illas conſtitutiones, quas ſupra Num: 33 Vsq ad num: 41 a Sacchin: commemoratas Supremum conſilium Societatis et alias præſcripſit, quas quia Sacchin: loco citato vel per obliuionem, vel de induſtria prætermiſit, ego breuiter ſubiungo illas, quæ ædificaõem populi ſpectare videntur, et ſunt tenoris ſubſequentis.

Conſtitutiones factæ poſt erectas ſcholas

51. Omnes qui ſub obedientia ſunt Societatis, meminerint ſe gratis dare debere, quæ gratis acceperunt, nec poſſidendo

nec

admittendo stipendium vel Eleemosynas ullas, quibus Missæ vel confessiones, vel Prædicationes, vel Lectiones, vel Visitationes, vel quodvis aliud officium, ex ijs quæ Societas iuxta Nostrum Institutum exercere potest compensari videatur, ut sic maiori cum libertate possit et proximorum ædificatione in Divino servitio procedere. Constit: par: 6 Cap. 2. § 7. Cum Societas 52
gratis doceat, videat Rector ne Magistris vel ullis alijs de Societate sibi aut Collegio pecuniam aut dona quævis ab ullo pro re, quamvis in ipsorum utilitatem facta accipere permittat. Quandoquidem Stipendium nostrum solus Christus Dominus iuxta nostrum institutum futurus est, qui est merces nostra magna nimis. Const: par: 4 Cap. 15 § 4.
Nec etiam (quamvis alijs sit licitum) pro Missarum Sacrificijs, vel 53
Prædicationibus, vel Lectionibus vel ullius Sacramenti administratione, vel quovis alio simili pio officio, ex ijs quæ iuxta suum institutum Societas potest exercere, stipendium ullum vel eleemosynam quæ ad compensationem huiusmodi ministeriorum dari solent, ab alio quam a DEO (cuius obsequium omnia pure facere debent) possunt admittere. Quamvis 54
ad bona et sancta opera et maxime perpetua incitare laudabile sit; ob maiorem tamen ædificationem, nullus de Societate debet nec potest quemquam ad Eleemosynas perpetuas, domibus vel Ecclesijs eiusdem Societatis relinquendas incitare, et si aliquis sponte sua eas relinqueret, nullum ius civile ad illas petendas in iudicio acquirat, sed cum ad id Charitas propter DEUM eos moverit, tunc eas elargiantur. Constit: par: 6 Cap: 2 § 6. Eadem de causa munu- 55
scula, quæ Magnatibus ad res maiores ab ipsis obtinendas offerri solent

solent, ne offerant: nec huiusmodi primarios viros invisere nostri consuescant, nisi sancto studio piorum operum ducerentur, vel quo intima benevolentia in Dno tam essent coniuncti, ut huiusmodi officium aliquoties eis deberi videatur. Const: par: 6 Cap. 2 § 9.
56 Ut plenius possit societas rebus spiritualibus iuxta suum institutum vacare, quoad eius fieri potest, a negotiis saecularibus abstineat, nec ea ullis precibus adducti obeunda suscipiant, vel in illis se
57 occupari sinant. Const: par: 6 Cap. 3 § 7. Sui victus, potus, vestitus et lecti, rationem si societatem sequi velit sibi persuadeat fore, ut pauperibus accommodatam, in quibus habenda semper erit ratio humilitatis, paupertatis, spiritualis aedificationis, quod semper nobis in Dno ob oculos versari debet. Ideo quae vilissima erunt, ex iis quae domi sunt retribuentur, propter ipsius maiorem abnegationem et spiritualem profectum, et ut ad quandam aequalitatem, et veluti men-
58 suram ab omnibus perveniatur. Cum enim qui primi in societatem convenerunt, per huiusmodi indigentiam ac penuriam, maiorem rerum corpori necessariarum probati fuerint, qui post eos accedent curare debent, ut quoad poterunt eo pertingant, quo illi pervenerunt, et ulterius etiam in Dno progrediantur. Exam: Gen:
59 Cap. 4 § 26 et Constit: par: 6 Cap. 2 § 16. Ut in hac etiam parte modo consentaneo debitae paupertati procedatur, nullus in domibus Societatis iumentum ad usum alicuius de ipsa Societate (sive Praepositus sive subditus ille sit) ordinarie habebit.
60 Const: par: 6. Cap. 2 § 14. Qui maioribus pollent ad viam peragendam viribus eos qui sunt infirmiores subsequi et non praecedere debent

debent, et iter cuiusq diei horum debilium infirmitate commensu-
retur. Quodsi quis viribg destitueretur iumento aut alia ratione iu-
uari dt. Qua in re non qualitatis personarum sed necessitatis et cha-
ritatis fraternæ ratio est habenda e. In Sum: Regul: Pereg: §6.
In ijs Collegijs quæ duodecem scholasticos (præter præceptores) ex 61.
proprijs reditibus alere possint, ob maiorem populi ædificationem
nec petantur eleemosynæ, nec illæ, aut dona ulla oblata admit-
tantur. Const: par: 6 Cap. 2 §6. Quo melius paupertatis 62
puritas, et quies illa quam secum adfert conseruetur, non solum par-
ticulares Professi, vel coadiutores formati hæreditariæ successio-
nis, non erunt capaces, verum nec domg, nec Ecclesiæ, nec Collegia
earum ratione. Sic enim omnibus litibg et controuersijs sepositis, cha-
ritas, cum omnibus ad DEI gloriam melig conseruabitur. Const: par:
6 Cap. 2. § 12. Finem facio husce sacrosanctis enumerandis 63
Constitutionibus omissis alijs infinitis, quas sub binis Generalatu Fran-
cisci Borgiæ, et Guerardi Mercuriani supremum Societatis con
silium condidit et stabiliuit. De Guerardo Mercuriano, IV 64
Societatis Præposito Generali tale habemg testimonium, quod tantg
amator et cultor paupertatis fuerit, ut aliquando lacrymatus
propterea visg sit, quod nouum iuberet amictum induere. Et ad
Prouinciales fuerit semper pedes obibat Prouinciam, quam ad-
ministrabat, et ad tenuissima diuersoria declinabat. Ita de illo
scribit, Allegamb in Bibliot: Script: Soc: fol. 106. In eo rerum 65
statu quo Societas adhuc memor fuit suæ paupertatis ad studia li-
terarum in scholis tractanda se applicabat; Quis inuideret, Sme
Societ:

Societati? si sub illis sacro sanctis Legibus ad nostra usque tempora mo-
derna permansisset. Qualis subsecuta sit Methamorphosis,
tertius Status enucleabit

3tius Status
Modernæ Societatis

66 De hoc statu modernæ societatis aliquid scripturus protestor coram
Deo et hominibus, idque affirmo, sub fide, honore, et conscientia, quod hoc
faciam non malevolentia aliqua, aut odio, erga societatem inductus,
sed scrupulis conscientiæ stimulatus. Terruit me S. August: tali suo
sermone: Quisquis metu cujuslibet potestatis veritatem occultat, iram
Dei super se provocat, quia magis timet homines quam DEUM. Et post pauca
Uterque reus est, et qui veritatem occultat, et qui mendacium dicit.
Quia et ille prodesse non vult, et iste nocere desiderat. In hoc casu non
sunt timendæ persecutiones. Quia melius est pro veritate pati sup-
plicium, quam pro adulatione recipere beneficium. 11 q. 3. Cap.
67 80 et 81. Post hunc sermonem S. Doctoris Ecclesiæ compulit
me mandatum Anacleti Papæ. Tam sacerdotes quam reliqui
fideles omnes curam habere debent de his, qui pereunt, quatenus
eorum redargutione, aut corrigantur a vitiis, aut si incorrigibi-
68 les apparuerint ab Ecclesia separentur. 24 q. 3 Cap. 14. Ridi-
culum movebit alicui me innuere Soc: Jesu nunc perire aut iam pe-
riisse, quando ad octodecem millia personarum excrevit. Huic
Magistrali sive Doctorali risui ita respondit p. m. Eminentissimus
69 Palauicinus in Vindicationibus Societatis prout sequitur. Ut enim nemo

tam

tam amens, qui dubitet utrum sibi expediret ex humana formâ in aliam
converti, quinimo ipsi cultatorem, hoc enim ipso funditus interiret, nec iam is qui
antea, sed alius existeret. Ita si Religiosus ordo leges alias, substantiam
mutantes adsciseret, non tam curaret perfici, quam perire. Quid enim 70
an tibi expeditiùs videretur, novam hominis naturam effingere, quod retentis
quibusdam humanis membris, alia tamen diversa gerat, ac ille homo
qui nunc habetur, scilicet periculum erit, ne si humano capiti equi-
nam cervicem iunxeris variasque plumas induxeris, de ridiculo sis
ut Venusinus ominatur. Aliqua enim membra retinenti, aliqua 71.
pervertenti in proclivi erit, ut pro emendatiori opere monstrum
exeat. Quod de opificijs naturae hoc est supremi Architecti dixi; hoc
idem valet in repertis humanorum artificum, ij si excellentes fue-
rint, eaque non affecerint tantum, sed accurate seduloque perfece-
rint. Porro inconsultius reor Bonarotae tabulam imitari muta- 72
tis multis, alijs servatis, quam dissimillimam aut delineare. Vide-
licet cum pulchritudo ac probitas opificiorum tota versetur in
apta proportione partium, quis non videat, quam pronum sit
ut alijs inductis partibus, quas egregius faber uti credibile est re-
pudiavit, pristina pulchritudo in abnormem deformitatem
degeneret. Ut enim aliquando unius literulae commutatio sententiam 73
non evertit modo, sed priori opponit, ita si ex optimis aliqua de-
mas, pessima efficies. Palavic: in Vindic: societ:

An societas suas leges immutaverit?

Probandâ huius quaestionis affirmativam, non opus est multum laborare, 74
quod ipsi Jesuitae haec ita affirmant prout sequitur: Certa res
est

895
886

est qd nr Pr Ignatius nunqm sperabat, Vt in nostram societatem de-
beret intrare tanta multitudo personarum, quanta hodie reperiuntur; in
ergo mutatis temporibus, et rerum statu, pariter opus etiam fuit
accommodari et mutari ipsas leges. Mariana Soc: Theol: Cap.
75 14 fol 77. Et in alio loco ita dicit: Diversa res est dare leges ali-
cui communitati, qdo illa parari incipit, plane ita accidit, ac si
infanti hodie nato darentur Vestimenta, quibus tota sua aetate
uteretur, quod sine miraculo fieri non posset, postquam corpus
illius grandius aut mediocris ad certam mensuram revocari non
potuerit, et propterea esset stultitia et magnus error, si quis vellet
esse ita pertinax et obstinatus Vt haec persona Vtatur istis Ve-
76 stimentis, propterea qd sua Pr talia sibi reliquerit. Et sic corpus
Soc: cum sit totum contrarium illi quod fundator destinaverat
et formaverat, nonne esset maximus error, Vt illis legibus Vtatur
quae sunt datae a principio corpori Societatis totaliter differenti
et dissimili quam sit de praesenti. Mariana de Legib. Societ:
77 Cap. 19 fol 91 et 92. Haec incongrua et minus apta simi-
litudo clare ostendit modernam societatem esse differentem
dissimilem et contrariam illi, quam S. Ignatius a principio fun-
davit, ac proinde cum nunc diversis institutis et legibus iuxta
Confessionem Marianae Vtatur, omnia supradicta doctissime a Pala-
vicino de interitu alicuius Religionis allegata modernae socie-
tati applicari posse, nemo sanae mentis contradicet.

An S. Ignatius tam strictam Vestem Soc: reliquerit, Vt eam modernum

eius

eiusdem induere non possit.

Ex quibus materiis compositam sui instituti vestem societati reliquerit constat ex supradictis. 78

1ma maa e abhorrescentia ab omnibus quae mundus amat et amplectitur: desiderium vero eorum quae Christus amavit et amplexus est de quo supra Num: 3. 79

2da Maa e imitatio vitae et operum Christi Dni salvat: Nri de quo supra num: 4 80

3tia Maa e contumeliarum, falsorum testimoniorum, et omnium iniuriarum voluntaria patientia, et in omnibus actionibus stultae sui reputatio. De quo sup num: 4. 81

4ta Maa e Professio perpetuae paupertatis cum fiducia providentiae Divinae. De quo supra num: 9. 82

His consideratis obstupesco et admiror omnes supra dictas maas ab exemplo et imitatione Christi Dne desumptas, tam angustas Societati videri, ut si quis modernum corpus Soc: quod ad octodecem millia personarum excrevisse gloriantur ad Regulam primi instituti et sic ad imitationem Christi revocare et applicare vellet, hunc conatum primum stultitiam vocant et errorem manifestum ut supra Num: 75. 83 Tam late se extendit et tam abundanter communicabilem se prbet vita Dni Nri Jesu Christi, ut non solum Jesuitis, sed omnibus alijs Religiosis, Familijs, imo toti mundo ad participationem imitationis sufficere possit. 84 Haec sufficiant ad demonstrandum modernam Societatem, non esse eandem, sed differentem ab illa, quam S. Ignatius ab initio fundaverat. 85

.An

896

~~887~~

An moderna Societas sit eadem cum illa quæ fuit intermedia tempore Francisci Borgiæ et Guerardi Generalis?

86 Ex fructibus eorum cognoscetis eos; Supradictæ leges interme-
diæ Soc: a num: 61 vsq num: 68 commemoratæ magnam osten-
dunt differẽam. Quæ ob maiorem populi ædificaõem fuerant
constitutæ, oẽs a moderna Soc: sunt abrogatæ et per declaraões
annihilatæ, et qa contraria iuxta se posita magis elucescunt, po-
no ob oculos, vnam constituoẽm eiusq contrariam declaraoẽm

Constitutio

87 In illis collegijs, quæ duodecim scholasticos (præter præceptores) et ex pro-
prijs redditibq alere possunt, ob maiorem populi ædificaoẽm, nec pe-
tantur Eleemosynæ, nec illæ, aut dona admittantur oblata.

Declaratio

88 Quamuis hoc ita se habeat, si tñ benefactores essent, qui possessionem
aliquam, vel reditum dare vellent admitti illa possent, vt tanto
maior numerq Scholasticorum ac Præceptorum ad maiq Diuinũ
obsequium possent sustentari. Const: par: 4 Cap. 2 § 6 ad literam
et sic oẽs aliæ optimæ constitaões per suas declaraões non decla-
89 ratæ, sed annihilatæ sunt. Prohibitum erat intermediæ Societa-
ti, ne lites alicui moueret, moderna Societas oĩa Tribunalia
90 Ecclesiastica et Secularia continuis litibus fatigat. Prohibitum
intermediæ Societati erat, bona stabilia acquirere, iam nunc
vsq

vsq ad inuidiam possessionibus abundat, prohibitas hæreditates sibi
vendicat, et de eis continuas lites mouet. Prohibitum erat Soci- 91.
etati, ne magnates inuisere consuesceret, iam nunc cum illis ha-
bitat, manducat, et bibit; oblita illius dicterij; quod religiosus extra
claustrum degens remaneat velut piscis sine aqua. Prohibitum 92.
erat Societati, ne se negotijs secularium immisceret, Iam nunc
non solum in priuatis informationibus; sed publice ex Ambona
Comitia tractant. Prohibitum erat in Societate, aliquod iumen- 93
tum ad equitandum habere, siue superior siue subditus ille fuerit.
Iam nunc Prouinciales, Rectores, Principum Confessarij et Præ-
dicatores opus est vt habeant quadrigas de melioribus cum
rheda eleganti. Testis est Sunus Sochacrouien: qui nuper obe-
sos quadrigas et rhedam omni commoditate ad cibum, potum
et lectum repletam, tanquam pondus extraordinarium ferre
impatiens, in medio prorruptus et quadrigas et rhedam et
sessorem, in profundum flumen præcipitauit.

Icarus Icarias nomine fecit aquas

Prohibitum fuit Societati, ne in cibo et potu excederet metas
paupertatis. Nuper Varsauiæ moderna Societas vnum boccale vini
alias ollam duodecim aureis Vngaricalibus, emere et plenum dolium
euacuando, eodem vino priuatas suas lagenas pro futuro sibi im-
plere non erubuit. Conquerentibus Magnatibus; quod illo delicato
vino propter præuentionem Iesuitarum recreari non potuerint.
Dum enim deliberarent, an illis liceret tam pretioso vino vti, interim
bonæ vitæ Ministri et Procuratores plenum dolium euacuarunt.

Omitto

95 Omitto cetera, ne informatio quae brevis esse debuit, in volumen exeat, Uno verbo dicam. Quidquid antea prohibitum fuit, iam nunc videtur esse dispensatum.

Quis Soc: modernam ad transgressionem legum dispensaverit.

96 Nihil de meo capite, aut de aliquo Authore obscuro scribo, textum Societ: allego. Claudij Aquaviva Natione Italus Patriâ Neapolitanus, quintus in ordine Praepositus Provincialis Societatem per 34 annos gubernavit, eamque ipse fovit, protexit, stabilivit, optimis institutis exornavit. Bibliotheca Script: Soc: fol. 78 et 79.

Epta Rña ad Prtes

97 Cum aliquoties antehac Societatis Provinciae postulassent ipsis ut communicarentur, Acta et Decreta Congregationum Generalium, censuerat tandem congregatio Sexta Generalis, ut non acta sed decreta duntaxat scripto traderentur. Sed enim quia ne id quidem effici commode potuit, ob ingentem nimirum exscribendi laborem, quem multa pariter ut vere

Nunc denique statuit congregatio Septima Generalis, ut ea typis excusa
98 transmittantur ad Provinciam. Praemonitis tamen Provincialibus, ne passim ea vulgari permittant, cum satis esse videatur, si Superiorum aut etiam aliorum Patrum manibus exteneantur, ad eandem, rerum quae ad institutum pertinent constitutiones et responsa Generalium, Nominatim vero Patris Claudij Aquavivae cuius iam

... multis extant declaraões. Nam super his omnibus hęc ipsamet Congregatio Septima Gnrlis multa perópportune declarauit, explanauitq difficultates in deputatione ad hunc finem instituta diē multumq examinatas. Nec iam aliud videtur superesse, nisi vt pari studio commendetur praxis et Vsus Instituti ad peculiarem diuinam gradem pro ioni Dni Nri Jesu Christi obsequio adminiſtrendam. Dati Romę die 18 Decembr: 1615. 99

Bernardus de Angelis Soc: Jes:

Secretarius.

Ex his authenticis testimonijs emergunt plures consideraões.

1ma ē quod Claudius Aquauiua ex eo quod ipse Societatem fouerit, prouexerit, stabiliuerit, optimis institutis exornauerit, maiori encomio a Societ. celebretur, quam ipse S. Ignatius de quo communiter dr quod Soc: imperfectam reliquerit. 100

2da ē quod idem Aquauiua constitutionum declarationes scripserit, quas Congregatio Septima ampliauit, et ad praxim et Vsum applicauit. 101

3tia ē, qd illa ordinaõ rediġendi in normam pręcepta supra numero 27 a Sacchin: Soc: Hist: in Eleōe Francisci Borgię sub Anno 1565 commemorata, nunc vero in anno 1615 effectum sit sortita, prout supradictę literę Secretarij Societat: attestantur. Ex quo patet Societatem suas nouitates sub antiquiori tpre inuoluere ad conciliandam illis maiorem fidem et authoritatem. 102

4ta ē qd hęc oiā quę sub tribq Gnrlibq, Francisco Borgia, 103

Guerar-

898

~~889~~

Guerardo Mercuriano, et deinde Claudio Aquauiua gesta sunt, et per eum constitutiones cum declarationibus in 10 partes redactae sunt, hoc opus ipsi S. Ignatio adscribatur et imputetur contra omnem

.104 veritatem. Non praesumitur de S. Patre quod ipse declarationes scripserit, quibus tam erat infensus; Ut de illis haec verba pronunciauerit. Et quia naturae humanae hostis ad paupertatis propugnaculum ac refugium debilitandum, quod DEUS dignis Religionibus inspirauit, contra illum aliosque religiosos perfectionis aduersarios eniti solet, ea quae à primis Fundatoribus bene ordinata fuerant, innouare per declarationes, vel innouationes primo illorum spiritui minime consentaneas, ut quid in nobis situm fuerit, hac parte societati prospiciamus, voveant singuli et uniuersi se nihil innouaturos. Const: par: 6 Cap. 2 §. 1

.105 Ex quo constat S. Ignatium de declarationibus et innouationibus non cogitasse, quia sciebat authorem illarum esse hostem naturae humanae, de quo praemonuit suam societatem ut

106 caueret illius peruersas suggestiones. Quo non obstante cito Claudius Aquauiua non solum innouauit, sed totaliter societatem a primo suo instituto deuiauit. Longum esset omnia commemorare. Unum principale cui Jesuitae tanquam Evangelio credunt, accipiamus ad trutinam. Ex hoc est solenne illud Quintum Votum Episcopatus, ut ex illius errore, reliqua facilius possent uideri.

De Voto ad Episcopatus

De hoc

De hoc Voto ad Episcopatus et dignitates Ecclesiasticas qd à S. Igna- 107
o Societati præscriptum et ipso Summo Pontifici notum sit, animosæ
indicationes Societatis loquuntur, prout sequitur. Postquam instituti
librum, in quo Votum hoc disertè ponitur, toties typis cusum et recusum
per omnes mundi partes integro sæculo pervulgatur. Postquam 108
de quo disputamus Votum a tot millibus profitentium quotidie ac
lam ubi gentium nuncupatur. Postquam Scriptores Nostri clarissimi
insignimis Vasqu: Sanch: Suar: Castrapolao editis libris Vberrimam
posuerunt, adhuc ignorantiam huius Voti Summis Pontificibus imputabit?
Indicat Soc: Cap: 36. Tantæ præsumptioni circa Votum ad Episcopatus 109
n auderem me opponere, nisi procerto scirem, hoc Votum non contineri
in eo instituto, cuius festum moderna Societas celebrat 27 die
nsi Septembris, in memoriam fundatæ Societatis iuxta Decretum
8 Congregationis Septimæ. Non sufficeret hæc allegare, et vti eisdem 110
Veritate demonstrare, nisi Historia Vitæ S. Ignatij, eius sensum circa
iscopatum non accipiendum, sed subterfugiendum ita nobis describ-
sissent. Claudius Jaijus, Unus ex primis S. Ignatij Socijs ad Vacan- 111
m Episcopatum Tergestensem a Rege vocatus fuit, et Summus Ponti-
illius Vocationi et promotioni consenserat, quorum Voluntati
modo S. Ignatius exposuit indicant sequentia. Quantum ingenio 112
cogitatione assequi potuit, tum ut cæteris Vitijs, tum vero et ambi-
oni et avaritiæ, quæ duæ periculosissimæ sunt mortalium pestes
nimo obstrueretur aditus, veræque humilitati et paupertati qm
ximis, eò maxime diuturnus honos ab omnibus haberetur, Regiæ ac
tificiæ Voluntati opposuit se Ignatius multis rationibus quas ita continuat.

Præterea

113 Præterea ad faciendam populis fidem et animos permouendos nihil esse
efficacius vitæ ac morum exemplo, si nostris dictis facta minime dissen-
serint. Nunc autem si ad Episcopatus extollantur Patres, quomodo fieri
posset, ut apud multitudinem inscíam arcanorum ambitionis et leuita-
tis crimen effugiant? Qua porro fronte, quo vultu repente aucti
ac decorati ipsi harum insignibus, de imitaoē Christi; de fugienda glia;
de voluntario sui contemptu ac submissione verba facturi sint? Maf-
feius lib. 2. cap. 18. fol. mihi 109. Item Ribadeneira in vita S. Igna-
114 tij lib. 3. cap. 14. Hæc verba tam ponderosa clare ostendunt S. Igna-
tium Societati ad Episcopatus et dignitates Ecclesiasticas viam præcluse-
ruisse. Et sic infinita alia S. Ignatio adscribuntur, de quibus ipse nec
115 cogitauit, nec somniauit. Hæc ad informaoēm committere opus
fuit, ut commodius et efficacius cognito statu modernæ Societatis dif-
ferēā de scholis Varsauiensibus, inter conuentum Gnrlem Korczy-
nen: et Anonimum Nobilem Masouitam exorta possit accommoda-
ri, salua satisfaoē utriusque partis.

Compositio Differentiarū ab initio promissa de scholis Varsauiensibus.

116 De scholis nouiter Varsauia per modernam Societatem erectis,
Prima Nobilitas plurium Palatinatuum pro Conuentu Gnrli Korczy-
nensi congregata, huiusmodi scholas non aperiendas iudicauit, et Ge-
neralissimis totius Regni Comitijs Clausuram procurari mandauit, qui-
bus rationibus permota id fecerit, sequentia indicabunt.

Prima

1ma Ratio. Quia Iesuitæ non stant promissis. Promiserunt bono publico 117
propter maiorem populi ædificationem, gratuitam fore illorum doctrinam in
scholis, sine ullo stipendio, sine ulla fundatione, contenti prouidentia Diuina,
quæ societati debuit esse merces magna nimis. Ut sup. num: 11. Pro 118
miserunt non solicitare Adolescentes ad suum Institutum, nec eos admittere
inuitis Parentibus, quod etiam statuto firmarunt ut supra Num: 49. Et alia
infinita, ex quibus nihil penitus obseruant. Cum tamen omnia iura Diuina et
humana iubeant, studiose agendum esse, ut ea quæ ore promittantur opere
compleantur. Cap. 3 de Pactis.

2da Ratio potuit esse, quia frequentia scholarum, non est utilis Reip. 119
imo damnosa, causans deuastationem regni, cum enim numerosa nimis
Collegia Societatis, sine ullo delectu, tot centena oppidanæ et rusticanæ
Plebis usque ad prouectiorem ætatem, vana spe altioris fortunæ detinent,
illa iuuentus non amplius ad aratrum, ad artificia, ad mercaturas ad-
discendas apta, et sic modo viuendi destituta, ex desperatione partim
ad claustra Religiosorum irrepedit, (et illud operatur, quod Articulo do-
ctissimus Lipsius scripsit: Præsens sæculum ferax Religionum, sterile
pietatis) partim ad licentiosam militiam se confert, lixarum et calonum
numerum adauget. Et sic Patrijs sedibus desertis alio dilabuntur et
causant oppidorum et Pagorum vastitatem, in quorum defectu anno-
na vilescit, vili pretio ab externis emitur, cum non sint domi consu-
mentes. Quod et ipsi Iesuitæ omnino fateri debent, cum ingressu suo in Po-
loniam, valde populosas Ciuitates, oppida et pagos inuenerint, quos
nunc hominibus maiori ex parte carere conspiciunt.

3tia Ratio. Quia ex scholis Societatis Nobilior Iuuentus pro- 120
dit minus disciplinata; milites arrogantes, licentiosi; ad Confœderationes
et sedi-

et seditiones in damnum Reipub. et Ecclesiæ proni. Cum tot ex scholis
trivialibus prodeuntes, vix legere et scribere literas edocti, in illa sua
simplicitate fuerint modestiores, obedientiores, ad pugnam et ad tolleranda in-
commoda belli aptiores. Scholasticæ disciplinæ tribuitur, in bonam vel in
121 malam item iuventutis inclinatio. Promeruerunt laudem apud seram
posteritatem Patres Benedictini, de quorum scholis ita historiæ loquuntur:
122 Antiqua Benedictinorum Monasteria scholæ publicæ erant ad iuventu-
tem erudiendam, unde haud levis utilitas publica extitit. Ex his Mona-
steriis velut ex arce sapientiæ innumeri viri prodierunt, veriusque Phil.
Divinæ atque humanæ cognitione præstantes, ubi eo tempore ab ea natione homi-
num editi libri multi et excellentes, in suo quoque genere mirandi argu-
123 mento sunt. Marianna de Puerorum Institut. lib. 2. Cap. 1. Ex his
Benedictinorum scholis prodibant iuvenes modesti, et timore Domini
humanitateque politi. Neque erat ullus Nobilium, qui suos filios non traderet
instituendos in has scholas. Ubi Præceptores Lectioni, Orationi, et stu-
diis vacantes erant. Quam aliam putas esse causam tam bonorum
Principum et modestissimæ Nobilitatis, qui per aliquot sæcula flo-
ruerunt? Nemo fere a Carolo Magno Principum fuit, qui non sit
a puero, in Monasteriis educatus. Henric. Mutius Chron. fol. 160.
124 Ex his Benedictinorum scholis prodierunt illi Principes, qui ter-
ræ sanctæ recuperandæ gratia ingentem duxerant exercitum, Pediti-
um Sexcentis millibus, Equitum Centenis millibus constantem. Hi omnes ad
Sacrum bellum religionis amore profecti, suas maximas et pulcherri-
125 mas Possessiones, suas Uxores, charamque sobolem reliquerunt. Hæc
vero animorum sublimitas debetur rectæ puerorum institutioni. Fue-
runt enim omnes non in stabulis equorum, nec in voluptatibus carnis,
sed in Monasteriis scholis Christianæ Reipub. saluberrimis a sanctis
Patribus

Patribus, in Orationibus, ieiunijs, et salutaribus Evangelicæ doctrinæ, præce-
ptis institutis et educati. Mutius Chron: lib: 19 fol. 284. Cæterum 126
ex hisce Monasteriorum scholis eorumque Doctoribus, Monachis Academiæ
omnes fere antiquæ per occidentem erectæ originem suam habuerunt; Aca-
demiarum enim institutio, opus Benedictinorum fuit. Nam Oxonien-
sem illi, Cantabriensem, Parisiensem, Patavinam, Ticinensem, aliasque
quam plurimas Universitates erexerunt, authore inprimis Carolo Ma-
gno Imperatore, qui non minus Martem quam Apollinem noverat.
Michael Mauct: Doctor Sorbon Monarch: Tom: 2 par: 3. lib: 8 Cap 8.
Hi sunt fructus in Universam Christianitatem promanati ex Gymnasijs 127
Benedictinorum, qui Doctoribus Ecclesiam, Pastoribus Civitates, Rectori-
bus Vaticanum; Divis Cœlum ornaverunt. Si quid simile Societas pro
suis scholis allegare possit, aliorum iudicio relinquo.

4ta Ratio non aperiendarum scholarum Societatis Varsaviæ, 128
Conventui Korczynen: fuit, quia ad Aulam residentes Jesuitæ immiscent se
in negotia status. Pridem de hoc aulicismo diffamati, adhuc sub Sigi-
smundo III Rege ex eadem causa ab alio conventu Particulari Sendomirien:
promulgatus fuit in eos articulus proscriptionis de Regno cum effectu
in Comitijs Regni procurandus, nisi pientissimus Rex sua authoritate
et illius Prædicator P. Petrus Skarga sua facundia, partim negando,
partim excusando Nobilitatem proscriptionem urgentem mitigasset, quod
negari non potest, quia eius concio typis est impressa. Non excedit me- 129
moriam nostram actus ille solennis ante sex vel septem annos occurrens,
quando Varsaviæ in ædibus Primatis Regni p. m. Venceslai Comitis
de Lesno præsentibus aliquot Episcopis et omnibus Officialibus Regni consultanti-
bus de pace cum Rozacis ineunda, Moderna Societas paci et quieti
Patriæ contraria de medio sui Theologum Schenoff dicti deputavit,
qui

901
897

qui in Consessum ingressus publice pacem dissuadebat, illa vel maxime
130 mõe nixus. Non sunt facienda mala, vt eveniant bona. Quem stupen-
dum illud sui temporis ingenium p. m. Comes Boguslaus de Lesno Procan-
cellarius Regni publice cum satisfactione omnium praesentium refutavit.
Hoc negari non potest, quia adhuc multi vivunt, qui illi consensui inter-
fuerunt, etiam Religiosi pro eo tempore ad Refellendum Professores
Vocati.
131 5ta Ratio. Et haec potissima Conventui Partis Korczynen: fuit
quod ad oppressionem bene meriti de Republ. Civis Illmi et Excellentissi-
mi Dni Georgij Lubomirski, Comitis in Wisnicz et Jaroslaw, Suprem-
Regni Marschalci, Exercituum Ducis Campestris, Cracoviensis Guber-
natoris, Sacri Romani Imperij Principis Aulici Jesuitae concurre-
132 runt. Nota e toti Europae huic Heroi iniquissime intentata actio
Criminalis Laesae Maiestatis, vana fuit et irrita contra innocentem
conatus. Non potuit aliter condemnari, nisi legitimo testimonio iu-
133 rato impostura confirmaretur. Nemo erat, qui id auderet, mirare et
obstupesce Benevole Lector excessum Theologicae facultatis! Subordi-
nant Aulici Jesuitae, propter repudiationem Confessarij inculpato
Contrarij. Unum ex Secretarijs Regijs (cuius nomini eiusque familiae
parco) hunc ad dandum falsum testimonium contra innocentem
inducerent, sine ullo peccato fieri posse persuadent; pecuniam sex
millium florenorum pro resolutione oblatam, et favores Aulae pro-
mittunt. quibus dispensationibus et promissis miser homo, illectus
delatorem se fecit, et falso iuramento praestito, iniquo decreto robur
adiecit, quo Princeps Lubomirscius oppressus exulare coactus est.
Non adeo pridem ante iudicium illud infame Societas Sendomirien-
sis huic Heroi post expulsos de Regno Suecos, post reintroductionem
Regis

Regis ad Regnum, et post devictum Seremetom Mosch: Exercitus Ducem
inter alia mille elogia has laudes publice decantavit:

Regem Regno qui donavit
Diadema qui salvavit
Vincit crudeles Tyrannos.

Et contra Societas Varsaviensis hunc Heroem tanquam laesae maiestatis 134
reum falso iurato testimonio opprimere curavit: Divinis et Humanis
legibus interdictis praetergressa cum scandalo publico totius Regni, imo
totius orbis Christiani.

Quis huius perfidiae & impietatis eventus?

Respub. uno et altero anno bello intestino cruciata et devastata, per- 135
iurus tota vita sua scrupulis conscientiae agitatus, e Polonia prae pudore periu-
rii in Prussiam recedens in Culmensi Episcopatu Lubaviae anno sequenti vi-
vere desiit. Ante mortem de innocentia inculpati Herois protestatus, et
in ipso suo formidabili agone, multa de sua temeritate anquestus culpam
in auctores Jesuitas ut faceret periurium dispensantes retorquebat.
Et hoc infame et abominandum periurium Nobilissimo Genti Conven- 136
tui Korczynensi occasio fuit, ut interdiceret ne scholae illae Varsa-
vienses, similium periuriorum in posterum artifices aperirentur.
Quod doctrinae S. Augustini videtur esse conforme. Qui facit ut aliquis
iuret esse verum, quod scit esse falsum, videte quam ista detestabilis bellua
sit et de rebus humanis exterminanda 22 q. 2 Cap. 3. Fue- 137
runt et aliae causae offensionis Magnatum in Conventu Korczynensi
[illegible]ntium, inter quas non postrema abdicationis Regni persuasio, abitis

Scholis

scholis promouenda, quae salus Reipub. periculum Eccl(esi)ae, Supplicatio
Senatus, ipsiq(ue) Summi Pontificis authoritas, et paterna pro bono pu-
blico intercessio dissuadere non potuit, Jesuitis contrarium facien-
138 tibus. Eo fine factum, ut rerum periti coniecturantur, ut apertas scho-
las Varsavienses nova fundatione abdicantis discederent, et Novi
Regnantis, quem suis votis propitium sibi fore destinauerant, pro-
tectione fulcirentur, et in ipsum Palatium Suburbium Cracoviense in-
troducti, non solum favore et benevolentia ipsius tollerarentur, sed etiam
139 ulterius promoverentur. Pro hac sperata promotione, quid Anonymus
Nobilis Masovita contra Conventum Generalem Korczynensem Typis
expresserit videamus.

Anonimus Nobilis Masovita ieiunè defendit Societatem.

140 Nihil respondet Nobilis Masovita ad obiecta Generalis Conventus Korczynen(sis).
tota illius rationum basis in eo consistit, quod Societas in docendo nemini praeiudicium
faciat, et aperire novas scholas prohiberi non possit, quia privilegium ob-
141 tinuit a Sigismundo Augusto Rege, cui nunc derogari non potest. De
hoc Privilegio nulla est controversia, consideramq(ue) datam privilegii
et incidit in illud tempus, quo intermedia Societas ad scholas applicata
optimis suis constitutionibus supra Num: 51 usque ad num: 63 specifica-
tis commendabatur, quarum respectu privilegia concessa et favores
ampliati, quasi ex quodam contractu, utilissimam pro eo tempore
Societatem, in illo suo bono statu semper eandem permansuram.
142 Verum data olim Privilegia Societati modernae totaliter differen-
ti

ti, conveniant? non prius quaestioni Respondebo, donec Doctissimi Facultatis Theologicae aliam mihi dederint. Utrum Angelus tenebrarum possit sibi illa privilegia et praerogativas usurpare, quas habuit quando fuit Angelus lucis? Nemo scandalizetur me de scholis modernae socie- 143.
tatis disputantem, de Angelo tenebrarum quaestionem movisse, quia multa in societate operatus fuisse ultra Bullam, ascendente Dno commemorant scriptores ipsius Societatis. Orlandinus lib: 1 Num: 17 Sacchin: Hist: lib. 1. fol. 1.

Si scholae apertae claudantur, quid faciet Soc: Varsau:

Idem Conventus Gnrlis Korczyn: et alij plures periurium illud infa- 144
me, in res politicas et negotia Status Superintendentiae et consiliis Publicis Regni detestati censuerunt procurandum; ut Jesuitae a concionibus et Confessionibus Regijs amoverentur, tanquam haec societatis officia ullius a Clero seculari possint regiae Maiestati praestari.
Spiritu Prophetico locutus est partis ille Conventus Korczynensis 145
quae moderna societas haec sibi usurpat, quae illi vigore primi Instituti non conveniunt. de quo talis Historia. Jacobus Miro 146
Soc: Jesu natione Hispanus, Vir aetate florens literis Latinis et Graecis perenuditus, a Joanne Rege Lusitaniae ad Confessionum suarum officium postulatus, humilitatis illud studio diffugit, quod videret speciosa illa munera disciplinae Societatis parum quadrare. Nostrae Vocationis esse Nosocomia terendo, docendo infimam plebem, ministeria humilia obeundo, iuvandis simul animis, nostrae simul humilitati conservandae insistere, tantumque effecit ut bona Regis gratia

903
894

gratia vel muneris declinant. Biblioth: Scriptor Soc: fol 207.

.147 Eodem Bibliotheca de nostro Polono ita recenset. Petrus Skarga Vir tota Polonia celeberrimus aulicam vitam semper pertaesus, speciosum exilium vocabat ad vitam privatam, et suenum sociorum consuetudinem . aspirabat. Biblioth Scriptor Soc. fol. 399.

.148 Ibid vero Vindiciae Societ: ita de occupationibus Aulicis loquuntur. Quod si res ex mera utilitate pensetur, an adeo lippi credimur, quin videamus nullam aliam nubem esse, ex qua insilet nobis procella Soc. eversuram, quam vapores nostros, in aulis coelum male sublatos: Hinc potentium offensiones, hinc populorum odia, in prosperos eventus, et iussiones asperas detestantium, in nos tanquam in Authores

.149 et suffragatores turbo. Hinc fracta Praepositi Generalis potestas in subditos, quippe magnis patrociniis obarmatos, et pro aulicis laboribus impetrantes, fautem remunerantur pestiferam nobis mercedem, Principales iussiones religiosis praeceptis interdicentes. Lustra si placet annales nostros, et intueberis, quam nobis expertum quam intellectum, quam detestatum, non aliunde in hanc classem, suscitari immaniores fluctus, et summa naufragiorum discrimina, quam ceu Ithacis ex aulis insolentiore aura domesticos inflante. Vin-

.150 dicat Soc: Cap: 11 fol: mihi 396. Evitando talia imminentia ab aula Societati pericula, tale contra se decretum fecerunt. Serio sub poenis Praepositis omnibus et commendatur superioribus, ne permittant nostros publicis et secularibus negotiis Principum ullo modo implicari, et si quos in ea propensos animadverterint Provincialem suum quamprimum commune faciant, ut eos loco moveat, si illis sit occasio vel periculum, se eiusmodi implicationibus irretiendi Congreg 1 Generl: Decret: 19.

Quid

Quid ad hæc Jesuitæ? Nitimur in vetitum semper cupimusq[ue] negata. 151
Quasi vero Provincialis hæc impediet, qui et ipse Comitijs Regni quoties-
cunq[ue] celebrentur interesse vult, et nuper circa Abdicationem Regni Varsa-
viæ præsens fuisse dicitur. Illo suo Aphorismo innitatur de quo Sebasti-
anus Heissius in Declarat: Aphorismorum doctrinæ Jesuitarum ita loquitur,
Cum de rebus Politicis et mutandis Regibus agitur, de quo consultare 152
Jesuitarum non minus præcipuum munus est, quam grassante lue curare. ne
dispensare amuleta necessaria Theriaca aliaq[ue] alexipharmaca, et infra. Ha- 153
bes communem Jesuitarum sententiam, ac proinde nihil principibus
periculi imminet, quamvis populi totiq[ue] sensu pro tyrannis habeatur.
Si populus sequatur Doctorum et graviorum virorum consilium, ijs prout
Marianna vult Jesuita Ant: Sebast: Heissius in Declarat: Aphorismo:
fol 162 et sequenti, quem allegat Mercurius Jesuit: fol: 696.

Quid Jesuitas modernos alliciat ad aulam?

Bene Poëta hoc expressit dicendo: Trahit sua quemq[ue] voluptas. Multa 154
sunt, quæ Jesuitas ad Aulam invitant, sed præcipue vitæ quædam dele-
ctamenta, quæ alibi in tanta copia et cum tanta commoditate haberi non
possunt, et necessario habenda sunt, de quibus ita ipsi loquuntur. Expedit
namq[ue] ut quædam profanæ vitæ delectamenta, quæ negata cupidinem,
usurpata fastidium creant. Identidem apud Religiosos viros possessione
magis, quam repudiatione vilescant. Vindicat: Soc: Cap. 50. His 155
delectamentis videtur inservire votum illud fœmininum, quod ita descri-
bitur: Frequenter piæ fœminæ vovent facturas se quodcunq[ue] Sacer-
dos earum ductor iniunxerit, et quidem non sub ea exceptione si
meliora videbuntur, sed absolute. Vindicat: Soc: Cap 51 fol 296

Quid

904
~~875~~

156 Quid sibi velit illorum delectamentorum et huius fœminei voti mysterii
ego prorsus non intelligo, nec in illis aliquid mali inesse suspicor. Scio tamen
bonâ memoriâ, in loco quodam celebri populoso et famoso tam abo-
minabile scandalum contigisse, ut Martino Luthero non fuerit
absimile, quod in gratiam Societatis, apertiùs non exprimo nec exag-
gero; locum taceo, tempus tantum innuo. Antequam Patres Bri-
gitani in Prussiam ultimariè revocarentur, ad obviandam gra-
157 vioribus malis et scandalis. Nemo miretur ex fragilitate
humana, aliquid extraordinarium accidisse, quam S. August: ita
158 excusat: Quantumlibet vigil et disciplina domus meæ, homo sum
et inter homines vivo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior
sit, quam Arca Noë, ubi tamen inter octo homines, unus reprobus inventus
est; aut melior sit quam domus Abrahæ, ubi dictum est: Ejice an-
cillam et filium eius; aut melior sit quam domus Isaac, cui de du-
obus geminis dictum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui.
159 Et infra. Simpliciter autem fateor charitati vestræ, coram Domino Deo nostro
qui testis est super animam meam, ex quo Deo servire cœpi,
quomodo difficile sum expertus meliores, quam qui in Monaste-
riis profecerunt, ita non sum expertus peiores, quam qui in Mo-
nasteriis ceciderunt; ita ut hinc arbitror in Apocalypsi scriptum:
Justus iustior fiat, et sordidus sordescat adhuc. S. August. Epistola
137 habetur distinct: 47 Cap: 9.

An Jesuitæ possint reduci ad primitivum suum statum?

160 Si illos aliquis ad primam perfectionem revocare velit aperte fatentur,
quod eam clarâ voce damnarent, et dant talem rationem; nam quædam
quibus nostræ fecerit præcipiens, eadem cunctis nostræ suggererentur. cui-
nam

nam hominum conditioni perfectionis Christianae fastigium magis
consentaneum ac debitum, quam vel Vaticano senatui, vel sacris Pastori-
bus Urbium ac Provinciarum. Vindicat Soc: Cap: 50. In Supplicatione 161
quadam quasi Clementi Papae VIII porrecta sub data Augustae Vin-
delicorum die 12 Julij 1593 à Provinciale ex Congreg. Superioris Ger-
maniae subscripta et Typis impressa Schisma minantur, et sui Ordi-
nis in sectas divisionem scandalosissimam, luctuosissimam et mul-
tis lacrymis deplorandam pollicentur. Notate verba signate mysteria.
Et hoc est quod P. Valerianus Magnus Capucinus spiritu Prophetico com- 162
monuit. Ab hac Societate Ecclesiae Dei imminere turbidos eventusque desu-
mpta ex quadam Epistola ad Illmam Personam in Gallia, quae est impressa
in libro Petri Aurelij antiquioris editionis, quia iam in posteriore
editione, haec Epistola non invenitur, quae fuit posita ab initio libri
inter censuras et approbationes Episcop: Gallis. Pro dicta 163
et scripta veritate P. Valerianus Magnus Capucinus, vir immortali me-
moria dignus, vinculis passus est, et in sua veneranda senectute, cum
publico scandalo orbis Christiani Viennae oppressus, paulo post
durante corporis et animi aegritudine Salsburgum translatus in-
ter suos expiravit. Quale testamentum coram Celsissimo Principe
Archiepiscopo illius loci fecerit curiosus Lector aliunde notitiam
eius habere poterit. Hic iam cessat meus discursus, quandoquidem 164
non rationibus, sed alabardis, bombardis, carceribus et persecutioni-
bus, à coadiutoribus Jesuitarum disputatur, ita illis ubique fere loco-
rum suffragante iurisdictione, ut uterque gladius et temporalis
et spiritualis quemcunque illi voluerint ferire sit paratus, clandesti-
nis impositurus, et sinistris informationibus plerumque deceptus.
Experto crede Roberto.

Inve:

905
~~696~~

Inuectiua vindicat: Societ: contra Authorem

165 Nulla est deterior Reipub: pestis, quam effrenata quorundã in-
geniorum audacia, quæ sanctiones a legitimis potestatibus editas sub-
ditorum consensione receptas usu comprobatas palam exagitare ge-
stiunt, quasi noxias, adeoq irritas, ut de huius criminis incitamento
dicam, quid iucundius, quam populorum Dños sibi sistere tanquam
reos, et illis quorum sapia mortalium cœtus reguntur errorem imputare
usq adeo vis excellere ingenio, ut helluinatos deprehendas? Uno verbo
assumere sibi ius et potestatem Areopagi hñes pariter ac Diuos iudi-
166 catum. Si nostram correctionem meditaris, nihil erat in orbe adeo
excelsum ac venerabile, in quod ius dicere, cuiq modum imponere
verearis. Et licet nobis persuasum non sit per institutionem nostram
adeo numerosos oẽs prudẽs ac pfeoũ absolui, ut si quis Angelus
e summis Cœlis allaberetur, ad nos nihil corrigendum adinueni-
ret, negamus tñ, tui vel nři iudicij esse lebeculas, tot viris ocula-
tissimis adhuc inaspectas dignoscere ideoq emendare. hæc oũ
vindicationes Soci: ita loquuntur.

Eminentissimus Palauicinus defensor Authoris.

167 Intoleranda ẽ arrogaa velle ut nra perinde ac Diuina scelestos
reddant vel dubitantes. Quid enim? An non Aristoteli, an non
Platoni, prolatæ leges censorem patiuntur posteriorũ dui in
diuid

diciunt? an non multa Augustini, Ambrosij placita in examen vo-
cantur? Quae isthaec clades est? quasi ea quae summum consilium
Jesuitanum constituit attentare crimen sit Gigantum, in astra bel-
lantium et anathemate quasi Aethna imposita comprimendis.
Scio equidem ita sentire per multas eiusmodi in Societatem in- 168
simulationes silentio validius frangi, quam calamo eiusmodi si-
billa turbinum, si nihil adversum occurrerit momento conteru-
lare, vix nota, vix audita. Contra si quid diutius obstiterit vires
conduplicare fragorem ac ruinam edere ingentem, haec tamen vel
invertium dictata sunt, quibus omnia pro prudentia, vel infida quondam con-
silia, qui dum quasi in utili armorum pondere Societatem per bene-
volae speciem exonerare student, eandem improtectam hostium
telis exponere moliuntur. Statutum mihi est nos tutari ne- 169
minem carpere, ne dissimulanter quidem ad summum clypeo
licet depugnare, non gladio; hanc enim lenitatem, et Christia-
nae charitatis doctrina mihi suadet, et scilicet magnanimum
quoddam vindicationis consilium a timore ac sordibus remotissimum.
Fateor enim puderet me ordinis in quo versor, et quem grandae-
vus iam et diu meditatus elegi, si ille sit, qui illaudatum se metuat,
nisi alij sint illaudabiles; sique innocentiam suam comprobare se non
speret, nisi nocentes fecerint accusatores. Sontium est utcunque 170
silentij iudicium perforare potius, quam defensiones illas, quibus
iure diffidunt expendi. Innocentia diem sibi dici ~~adeo~~ adeo
non reformidat, ut petat, sicut bonus utique gladius dum pugnat, tum de-
mum micat. Non id voti nobis est, ut adversantium criminationes
spretae exolescant. Audiantur potius, legantur, expendantur, et con-
ferantur

171 ferantur cum nris Vindicationibq: Nullam hinc Societati vere-
mur famæ iacturam, nisi apud homunciones nescio quos, quibq
pro eodem sit n esse immunem ab accusatione, atq a culpa.
Cum tn quicunq sapiunt, et quorum duntaxat æstimatio et
172 in pretio esse debet. Et rationibus venalis est probe norunt
tines, seu marinas aquas non aliter, nullo flatu percelli, qm
si non emineant. Unum atq idem ee in tranquillo atq in profun-
do manere. Quæ oīa totiq Societatis gnlr congregatæ consensu
approbata. Typis Romanis impressa; et per totum orbem Chri-
stianum diuulgata sunt. Vindicat Soc: fol: 288. Alia folia
Vbi cætera reperiuntur indicari non possunt, cum liber non sit
ad manum.

Authoris finalis Discursus.

173 Heroice eminentissimi Palauicini sermone recreatq et bona
fide Romanæ Soc: assecuratq adhuc duo puncta ad disquiren-
dum mihi proposui. Primum quomodo fieri possit, quod mo-
derna Societ: credat se legibq S. Ignatij gubernari. 2dum
Vnde laudes et vituperia Societatis prouenerint.

174 De credulitate qd moderna Societ: legibq S. Ignatij gubernetq
ita loquunq Vindic: Soc: Non tam demisse credimq de Ignatij
Sanctissimi et Sapientissimi legislatoris authoritate, nec non de
tot millibq ex Ignatij posteris, quiq oī virtutum laude suspici-
endi Ignatianum institutum mirifice complexi, demirati, et oscu-
lati sunt, pro quo tanquam pro aris et focis pugnare oportet.
Vindicat: Soc: Cap 16 fol 95.

De in-

De incredulitate ita loquitur Congreg: 6ta: Cum appareat non solū per plures particulares personas; sed nonnullas etiam Ptres Congregat: non ea qua par est Rtia erga constitutiones affici, facileq de illarum mutatione Grli congregationi proponere, quia res novitatis ac periculi plena est, et viam munit non solum ad contemptum constitutionū nostrarum, quas vt sanctas a B.P.N. tot lacrymis et oraībq conditas venerari debemus; sed etiam ad aliam sensim religionem condendam. 175

Congreg. 6. Decret: 7. Huius puncti resolutio cum ab alterius elucidatione dependeat, de hoc Vindicat. Soc: ita loquuntur: Nullus mortalium cœtus recentibus hisce seculis ab hnum gnre tantum favoris expertus, ac Socie: Jesu. Nullus æque tantum insectationis. Eadem immortaliter collaudata, eadem acerbissime reprehensa. Alij hunc ordinem quasi collapsæ virtutis, adeoq pietatis restitutorem liberalius extollunt: Eundem alij seu Christianæ Reipub. corruptelam ac morum pestem execrantur. Vindicat: Soc: 176

Cap. 1. fol. 1. Ad hæc eadem Vindicat. ita rndent. Quinam erunt nobis tutiores, quinam impensius amore ac Veneraōe culti, si ea tantum munia complectamur, quæ superis accepta, hnibq salutaria; nemini offensa, citra aleam infortunati Ventus collocata. Vindicat: Soc. Cap. 1. fol. 396 ad finem. 177

Causam vituperiorum ita eadem Vindicat. declarant: Cum Societas 18 millia hnum complectatur, quantumuis moderate vivat ac parce, quis non intelligit, quantum exigat rei pecuniariæ, ad mensam ad cultum, suppellectilem ad habitationem, ad studia. 178

Id autem liberaliter sufficere est nobis proximo seculo, et continenter sufficitur partim ex munificentia Principum, partim ex privatorum stipe et largitate. Hinc multa odiorum seges, nulla enim inter hnes ex propinquo 179

affulget

affulget, aut hæreditas, aut largitio, quæ multos non trahat procos, eam
ibi opinione certissima Vindicantes. Adeo quicunque illam sortitur, quasi alie-
180 norum raptor invisus est multis. Vindicat. Soc. Cap. 1. fol. 4. Non
licuisse autem Societ. hæreditates procurare supraducta Constitutio
sub num: 62 abunde testatur. Et sic transgressio optimarum legum
hoc odium et consequenter vituperia Societati conciliavit. De quibus
supra num: 41. usq ad num: 63 et num: 78 usq ad num: 94 et
181. num: 116 usq ad num: 139. Grave erat Eminentissimo Palavi-
cino, ab illis delictis Societatem Vindicare, proinde ex intimo cordis
affectu, coactus est hæc verba proferre. Ego vero meliore me in lo-
co versari confido, quam ut cogar miseram hanc defensionem arripere.
Ut enim verissimum sit, probos odijs et calumnijs vexari. Quis tamen
neget, odium publicum, esse magnam notam improbitatis. Vindicat.
182 Soc. Cap. Ultimo fol: 397. Hanc notam improbitatis ego modesti-
ori vocabulo errorem voco; Magnus error, et quidem aliorum fons et
origo, S. Ignatio imputare, quod rudis fuerit, et linguæ Latinæ
imperitus. Stratagema inventum ad detrahendam fidem Sanctissi-
mis illius legibus latine conscriptis. Supposititium quoddam Autho-
graphum Hispanicum, quasi manu illius conscriptum. De hoc Autho-
grapho Hispanico magnifice loquuntur, et illi summam vene-
183 rationem tribuunt acta Societatis. Inprimis Congregatio 3tia
de eo ita loquitur: Cum duæ iam extent Latinæ Constitutionum edi-
tiones, et in multis adinvicem discrepant, postulatum est a qui-
busdam Patribus, ut statuerent in Congregatione, vel primam vel
certe secundam editionem, esse verum Originale Constitutionum
S. Ignatij. Et decretum fuit, ut hæc eadem editio, quæ cum exemplari
Hispanico, magis convenire inventa est, deinceps pro cõi et
Vulgata

Vulgata in Societate habeatur. Congreg: 3. Decret: 16 et 22.
Congregatio 4ta de his ita edixit: Loca constitutionum, quæ ad 184
veritatem Authographi Hispanici corrigenda videbantur, et P. Generali
commissa, quoniam ea omnia in Constitutionum versione corrigenda erant,
lecta sunt in congregatione et approbata, et commissum est Generali,
ut, cum eiusmodi correctionem constituerit, quibus declarationes adie-
ctæ sunt denuo imprimantur, ex eiusmodi editis, deinceps in Uni-
versa Societate promulgatæ habeantur. Congreg: 4 Decret: 25 et 36.
Congregatio 5ta asserit propositum fuisse congregationi, quoddam 185
exemplum Hispanicum, Constitutionum ex Authographo S. Igna-
tij de verbo ad verbum bene ac fideliter descriptum; ob eam causam
quod illud Authographum, iam obsoletum, ac fere lacerum esset.
Congreg: 5 Decret: 49.

Congregatio 6ta videtur iam finem huic mutationi imponere vo- 186
luisse, scrupulo conscientiis adacta, ne aperiretur via ad aliam sen-
sim Religionem condendam. Congreg: 6 Decret: 7. Ipsa se suo
ore iudicavit per mutationes legum, aliam et diversam institui
religionem. Quod Vindicationes Societ: disertè loquuntur su-
pra num: 69 usque ad num: 71. Et sic congregatio sexta desijt
immutare, postquam omnia iam mutata fuerint. Et hic est 187
non postremus error piè credere Congregationes 3tiam et 4tam
his mutationibus operam dedisse, quarum Authorem posteriori
tempore Claudium Aquavivam fuisse supra deductum est num: 95
usque ad num: 99.

Conclusio

Demon-

908

699

188 Demonstratis tam crassis erroribus, moderna Societas turbari
et contra Authorem exacerbari non debet. Humanum est labi. Illi-
ratus est orbis Universus sub Damaso Papa se Arianum fuisse, non
perseverauit in errore, neque allegauit possessionem ita viuendi, sed resi-
puit, et ad sanam doctrinam Catholici dogmatis reuersus est. Habet
189 Societas bonum exemplum quod imitetur. Non erubescat Societas
errores maiorum suorum confiteri et corrigere. Quia ut S. Papa Gregorius
loquitur: Apud misericordem iudicem nec ille fallax habetur
qui ad veritatem reuertitur, etiam postquam mentitur, quia Omni-
potens Deus dum libenter nostram poenitentiam suscipit, ipse suo
iudicio, hoc quod erravimus abscondit. 32 q. 1. Cap. 10.
190. Author vero meretur veniam, quia inter opera charitatis non mi-
nimum est errantem, ab erroris sui semita reuocare. De Spons.
191. Cap. 20. Hanc scripturam conficiendo largam Eleemosynam
Societati offert, quae potissima est errantes in viam verita-
192 tis deducere. Distin: 45 Cap. 12. His dictis finem ap-
ponat Papa Innocentius III qui ita loquitur: Mandamus qua-
tenus ad Conscientiae vestrae iudicium recurrentes, si contra S.
Scripta Ordinis vestri tanquam homines excessistis; non pudeat
vos errorem vestrum corrigere, qui Magistri estis, maiorum cor-
193 rigatis errores. Cap. Qualiter et quando de Accusat. Alia
Evangelicae doctrinae timenda est executio: Vos estis sal terrae
quod si sal evanuerit, in quo salietur: ad nihilum amplius
valet, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.

Si persecutio Authori immineat ad eam patienter ferendam Anacletus Papa ita inuitat: Sciens autem multos ob id infestare Doctores, Vt eos perdant, et plauita propriæ Voluntatis adimpleant, non propterea tamen Doctores (in quantum Vires suppetunt) à recta æmulatione et bona intentione recedere debent: scientes, quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam et Veritatem. District. 43 Cap. 4.

FINIS

Epigramma Conclusionis

Scire Velent Socij quis sit Kayrecius ille
Qui contra Patres tot documenta dedit.

Declaratio

Simon a Naue Petri, tenui hæc modulatus auena;
Non deerunt quorum fistula plura canet.
Ausi'e magni fremitus, tara tantara, murmur ad arma
Vox erit; hoc Socij triste loquentur opus.

909

Promit-

Promittet coadiutor opem et sua tela parabit
Per fas, perq nefas victima ut Author eat
Usurpabit eam sibi docta calumnia fraudem
Ut damnet sceleris subdola fama reum
Si primam Ignatij scelus est pervertere legem
Codicis Hispani, lex nova quid sibi vult?
Sic! ideo Ignatius doctrinâ dicitur expers,
Ne leges eius lingua latina probet.
Ridicalosa magis quam docta inventio vestra
Pasquinus ridens Marforio ista refert.
Hoc narrare vetus, quod lex benedicta requirit
Altera quod vanat, non mihi crimen erit.
Perdonate Patres si vobis talia scripsi
Quae pridem Ecclesiam scire necesse fuit.
Turpe ideo Ecclesiis metuendum schisma minari
Pulchrīq ad primam sponte redire viam.
Odia iam cessent, ratio et prudentia certet
Dissidij alterīq non bonus esset odor.
Hoc vovet et optat Societati
in Christo
Simon a Nave Kayreuius

911

~~902~~

Auß Vngarn
Gründtliche Relation / wie der Polniſche Kron Marſchall Georgius Lubomirſki ins Königreich Vngaren eingefallen / vndt was der ſelbe einfall für einen aüßblag gewonnen.

912

~~905~~

3. ſ. **C**Iuitatibus Pruſſiæ Regalis, quæ in poſſeſſione ſuæ Regiæ Maieſt: Regniq; Sueciæ hoc bello fuerũt, manebuut itidem omnia Iura, libertates & Priuilegia, quibus ſiuè in Eccleſiaſticis, ſiue in profanis potitæ ſunt ante hoc bellum (ſaluo libero, vti antè bellum viguit, in prædictis Ciuitatibus Catholicæ & Euangelicæ Religionis exercitio) earumq; Territoria, Magiſtratus, Communitates, Ciues, Incolas & ſubditos, S R M. Poloniæ, eadem quâ olim clementiâ & gratiâ Regiâ in poſterum proſequetur, fouebit & tuebitur. Dabitur ijſdem quoq; facultas ædificia publica & priuata per iniuriam belli deſtructa, reficere & re ædificare Pro his vero, quæ neceſſitate defenſionis de-

ſtructa

ſtructa ſunt, minimè tenebuntur. Quoad ea verò, quæ militiæ Sueticæ tributi loco vtriuſq; Inſulæ ſubditis exoluere neceſſe fuit, à nemine moleſtia inferetur, ſicut & propter Decimas, alioſuè Cenſus, quibus ſubditi Inſulani ſatisfacere tempore belli minimè potuerunt, non turbabuntur.

4. §. CVnctæ actiones & Inquiſitiones aduerſus illos, qui Partibus hoſtilibus hoc bello adhæſerunt, vel eaſdem ſecuti eſſe inſimulantur, quibuſcunq; in locis Poloniæ Magni Ducatus Lith: Pruſſiæ Regalis, Curlandiæq; habitent, cuiuſcunq; ſtatus & conditionis aut Religionis ſint, ſiue priuati vixerint, ſiue officio publico functi, aut ſeruitiis Suæ Regiæ Maieſt: Sueciæ in ſago vel toga adſtricti fuerint, inſtitutæ nec dum finitæ, & ad executionem deductæ, abrogentur, omniq; executione careant in perpetuum; & in poſterum contra eos nulla vnquam quæſtio vel actio ex hac cauſa inſtituetur.

5. §. QVæ durante bello Iure fiſci, ex occaſione ac prætextu adhæſionis aut Protectionis alterius Partis, cuiquam ſiue Nobili, ſiuè Plebeio, cuiuſcunq; ſtatus, conditionis ac Religionis, adempta, vel Fiſco illata, vel alijs collata ſunt bona, ſiue Regia ac Reipublicæ, ſiue etiam Priuatorum ſunt, mobilia quidem, ſi tradita ſunt, modernis poſſeſſoribus relinquantur. Si verò eiuſmodi Iura Caduca hactenus in executionem deducta non ſunt, antiquis poſſeſſoribus relinquantur, neq; vlla actio dehinc aduerſus communitates aut priuatos, ratione eiuſmodi bonorum, intentetur. Bona verò immobilia, hæreditaria, aduitalitia, & Iure hypothecæ poſſeſſa, Fiſco applicata, tum quorum donationes & largitiones factæ ſunt, ſiuè iam antè tradita, ſiuè nondum tradita ſunt, maneant penes antiquos dominos, ceſſantibus de cætero omnibus actionibus, ratione redituũ, ſiuè ex publicis, ſiuè ex priuatis, bonis perceptorum.

948
937

III.

SEreniſſimus ac Potentiſſimus Princeps ac Dominus Dominus IOANNES CASIMIRVS REX Poloniæ, pro ſe ac hæredibus poſteriſq; ſuis, amore Pacis, vigore huius Inſtrumenti Pacis, ſolenniter exnunc & in perpetuum renunciat omnibus prætenſionibus in Regnum Sueciæ & Magnum Principatum Finlandiæ, & alias ipſis ſubiectas Prouincias, Regiones, Ditiones, Ciuitates, Caſtra & munimenta, ſiue hæc omnia nuper, ſiue ab antiquo acquiſita ſint, nec non in bona Auita in Regno Sueciæ, dictiſq; Prouincijs ſita: in Regnum Sueciæ dictaſq; Prouincias & bona, præſentibus, vel futuris temporibus, nihil quicquam prætenſurus. Quo ad Titulos & inſignia; ita conuentum eſt, quòd Serñmus Rex Poloniæ, prout hactenùs, ita in poſterum, ad dies vitæ ſuæ vtetur integris Titulis, & Sigillis, Inſignibuſq; Regni Sueciæ in Polonia, & ad omnes Principes, Status, & Priuatos extra Sueciam, ſine vllo tamen plenariæ ſupradictæ renuntiationis præiudicio Dictis verò Titulis & Inſignibus non vtetur ad Sereniſſimos Reges Regnumq; Sueciæ in literis alijſue diplomatibus aut ſcriptis, ſed obſeruabitur ab vtrinq; receptus hactenus modus abbreuiandorum Titulorum, cum etcæterationibus, ita vt poſt verba Magnus Dux Lith: tres etcæterationes, in titulo Sereniſſimi moderni Regis Poloniæ, & viciſſim poſt verba, Magnus Princeps Finlandiæ, tres etceterationes in titulo Sereñmi Regis Sueciæ adijciantur. Inſignibus tamen Regni Sueciæ in Sigillis Regis & Reipublicæ Polonæ, dum in Sueciam ſcribetur, penitùs omiſſis. Poſt obitum verò moderni Sereniſſimi Regis Poloniæ, Succeſſores eius & Reſpublica Polona in Titulos & Inſignia Sueciæ nihil vnquam prætendent, ſed vtrinq; Reges & Regna, ſuis quiſq; Titulis & Inſignibus tantùm, plenariè gaudebũt, & vtentur.

IV.

IV.

1 §. SEreniſſimus Rex & Status Ordineſq; Regni Poloniæ Magniq; Ducatus Lith: à modò & in perpetuum cedunt, vi huius Pacificationis, Sereniſſimo Regi Sueciæ eiuſq; Succeſſoribus Regibus Regnoq; Sueciæ, omnem illam Liuoniam trans Dunanam, quam Suecia hactenus per tempus Induciarum tenuit & poſſedit, vt & Partes cis Dunanas omnes, & Inſulam Ränen in mari ſitam, quas per idem tempus Induciarum Suecia tenuit & poſſedit; necnon quicquid Iuris Regibus, & Reipublicæ Polonæ in Eſthoniam, & Oſiliam hactenus vllo modo competere poterat. Atq; hæc quidem omnia & ſingula cum omnibus ſuis pertinentijs, terreſtribus & maritimis, Vrbibus, Arcibus, propugnaculis, bonis, & prouentibus, necnon Iuribus, Iuriſdictionibus, Regalibus & Superioritatibus tam in Eccleſiaſticis, quàm in Politicis, nullis penitùs exceptis, in plenum dominium & proprietatem Regum Regniq; Sueciæ transferunt, Ordineſq; & Subditos in illa Liuonia eiuſq; recenſitis Partibus, omni erga Regem & Rempublicam Polonam obedientiæ vinculo & fidelitatis ſacramento exſoluunt, nihil vnquam in eos, ac dictam Liuoniam eiuſq; pertinentias poſthac prætenſuri. Cis Dunam autem Sereniſſimi Reges Regnumq; Sueciæ non vlteriùs quàm hactenus, fines ſuæ Poſſeſſionis in Curlandia aut Semigallia promoueant, aut Seruitutes à ſubditis Illuſtriſſimi Curlandiæ Ducis exigant, aut vllum Ius lignandi, aliuduè quoduis in Curlandia aut Semigallia prætendant. Commiſſarij verò ad declarandos & determinandos, ab vtraq; Parte fines, ab vtrinq; deputabuntur, & Commiſſio hæc intra quatuor Septimanas à ſubſcripto Tractatu inchoëtur, & intra duas expediatur.

2. §. QVod Religionem Catholicam eiuſq; Exercitium in Liuonia Suedicæ poſſeſſionis attinet, omnes incolæ Liuoniæ ſubditiq;, illi Religioni addicti, omni ſecuri-

949

curitate gaudeant, ac conſcientiâ liberâ, religione, deuotioneq; ſuâ, domi, ſine inquiſitione, vel animaduerſione, priuatim vtantur.

3. §. TItuli Prouinciales, tã Spirituales, quàm ſæculares, Senatorij, & Equeſtris Ordinis in Liuonia penes poſſeſſores modernos maneant, durante ipſorum vitâ, ſine vllis prouentibus alijſue prætenſionibus. Nec vllum exinde præiudiciũ Iuris S.R. Maieſt: Regniq; Sueciæ in Liuoniam Sueticam, neq; prætenſio quæpiam Regno Poloniæ Magnoq; Ducatui Lith. interea temporis & infuturum inde enaſcetur.

4. §. IVdicia omnia Decretaq; ad cuiuſuis inſtantiam, modò non in inuitos, aut abſentes lata, necnõ Contractus & tranſactiones in locis, dum illa Suecia hoc bello tenuit, inſtitutæ iudicialiter, ſi modò ſtatui publico, qui ante hoc bellum fuit, & Pacificationi præſenti, non contrariantur, firma maneant, æquè acſi nulla regiminis & Magiſtratuum mutatio interueniſſet, ſaluis appellationibus, & reuiſionibus in ijs, in quibus hæc Iuris remedia hactenus haud fuerunt adhibita & quæ in rem iudicatam non tranſierunt. Sententiæ quoq; & Decreta, ſi quæ Rigæ in Incolas & ſubiectos Magni Ducatus Litt: tam & Curlandiæ Semigalliæq; in inuitos vel inauditos, & ex aduerſo, ſi ſimilia per Magiſtratus Magni Ducatus Lith: & Curlandiæ in Liuoniæ Sueciæ ſubditos circa tempus belli lata fuerint, nullum valorem & robur obtinebunt in perpetuum.

V.

1. §. PArs Liuoniæ Auſtralis, quæ ante hæc, & per hæc bella & tẽporibus Induciarum ſub ditione fuit Regni Poloniæ, Magniq; Ducatus Lituaniæ, nempe Dunceburgum, Roſiten, Lucen, Marienhuſen, itemq; reliqua omnia loca, quæ per Cõmiſſarios ad id vtrinq; deputandos

Polo-

Polonicæ poſſeſſionis per tempus Induciarum fuiſſe inuenientur, cum omnibus ſuis pertinentijs, territorijs, Vrbibus, pagis, fructibus & prouentibus, theloneiſq;, Iuribus, directoq; & vtili dominio remanent in poſſeſſione Sereniſſimorũ Regũ & Regni Poloniæ, Magniq; Duc: Lith: nec Serñmi Reges Regnũq; Sueciæ, in iſtam Partem Liuoniæ, vt ab altera diuerſam, neq; in Ducatus Curlandiæ Semigalliæq; & diſtrictum Piltenſem, vel reſpectu Liuoniæ Septentrionalis, vel quouis alio prætextu, vllum vnquam ius prætendent, aut prætendere poterunt. Cùm verò Magnus Dux Moſchouiæ, non modò dictam Liuoniam Polonicam, ſed etiam Partem Sueciæ occupatas armis nunc teneat, ideò conuentum eſt, vt ſi Reſpublica Polona aliquid ex Liuonia Suecica, quocunq; tempore à Moſchis, armis, tractatibus, aut aliter receperit, teneatur totum id Sueciæ vltrò, & gratuitò, non imputatis belli expenſis reſtituere; eodem modo, & viciſſim, ſi Regnum Sueciæ aliquid ex Liuonia Polonica, quocunq; tempore à Moſchis, armis, tractatibus, aut aliter receperit, teneatur totum illud Poloniæ & Magno Duc: Lithuaniæ vltrò, & gratuitò, non imputatis belli expenſis reſtituere.

2. §. Titulis & Inſignijs Liuoniæ, tum Sacra Regia Maieſt: Poloniæ Eiuſq; Succeſſores Reges Poloniæ Magniq; Duces Lithuaniæ ratione Auſtralis Liuoniæ, tum Sacra Regia Maieſt: Sueciæ Eiuſq; Succeſſores Reges Sueciæ, ratione Liuoniæ Septemtrionalis ſub Titulo Ducatus promiſcuè vtentur.

3. §. Siquas poſthac Controuerſias de limitibus, aut de rebus alijs, inter Regnum Poloniæ, Magnum Ducatum Lith: Liuoniam Polonicam, Curlandiamq; & Semigalliam ab vna, & Regnum Sueciæ eiq; ſubiectas Prouincias, inprimiſq; Liuoniam Suecicam ab altera Parte incidere & ſuboriri contigerit, eæ per Deputatos vtrinq; Cõmiſſarios, ad fines Liuoniæ amicabili ratione complanentur.

950

~~939~~

tur. Si quæ verò lites minores exortæ fuerint inter ſubditos & accolas vtriusq; Partis, nec tranſigi de ijs amicabiliter inter litigantes poſſit, quælibet Pars ad ſuum competens Forum remittatur, & Iuſtitia indilatè adminiſtretur.

4. §. SVbditi hoc vltimo bello & in futurū fugitiui Magni Ducatus Lithuaniæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Poloniæ, Curlandiæ Semigalliæq; quicunq; in Liuonia Suecia reperti fuerint, ſuis Dominis ſine vllo Proceſſu Iuris reddentur, vnâ cum ſuis mobilibus, quæ inueniri poterunt, quæ profugus ſecum tulit, nec ſub nouo Domino acquiſiuit. Quod etiam viceuerſa obſeruabitur, ſi qui ſubditi fugitiui Liuoniæ Sueticæ in Magno Ducatu Lituaniæ, Liuonia Polonica, & Curlandia, ac Semigallia reperti fuerint. Si qui etiam abducti ſunt, & adhuc ſuperſunt, reddantur & illi, ſine Proceſſu Iudiciario, ſuis quiq; dominis.

5. §. QVò fauorem Commercijs & nauigationi Sacra Regia Maieſtas Poloniæ conteſtetur, ſigna Nautica in Domeſnes & Luſerort extructa conſiſtere permittit. De ratione verò conſeruationis & manutentionis eorundem conuenietur à Suecis cum Fundi dominis, nullo inde Iure aut prætenſione Regni Sueciæ in fundos dictos aut Territorum Piltenſe enaſcente aut enaſcituro.

VI.

ILluſtriſſimus in Liuonia Curlandiæ & Semigalliæ Dux, cum Sermã Coniuge Proleq; ſua Ducali, ac tota familia & Aula, abſq; vlla protractione intra ſex ſeptimanarum ſpatium à die quinta Aprilis ſtyli noui Rigam ſiſtetur. Inde verò intra dies quatuordecem decenti & ſuæ Dignitati accommodato conuenientiq; modo, vbi modernus Tractatus ſubſcriptus fuerit, ad fines Semigalliæ deducetur, omniaque ſua ſuorumq; mobilia non diſtracta, vbicunq; intercepta, vel Rigæ depoſita, literatoria ſimiliter, ſiuè publica ſi-

ue priuatorum documenta, bonâ fide extradentur, & Mitauiam reportabuntut. ante Eliberationem autem ſuam ac reſtitutionem plenariam, peculiari Reuerſalium diplomate caueat, de non offendendo aut vindicando aliquid contra Sacram Regiam Maieſtatem Regnumq́; Sueciæ in futurum: ſalua fidelitate & obligatione Regibus Regnoq́; Poloniæ & Magno Ducatui Lithuaniæ debita.

VII.

1. §. SEreniſſimus Rex Regnumq́; Sueciæ reſtituit Sereñmo Regi Reiq́; publicæ Poloniæ Mariæburgum Elbingamq́; cum ſuis Fortalicijs, reliquaq́; in Pruſſia loca, quæ Sueticis præſidijs tenētur. Ac Mariæburgum quidem vnà cum Arce ac fortalicijs ſuis, vt & Stuma intra octiduum à ſubſcriptione moderni Tractatus, & depoſita in manus Excellentiſſimi Dñi Mediatoris Serñmi Regis Poloniæ prouiſionali horum Pactorum Pacificatione, euacuabitur, & Præſidium Sueticum inde Elbingam deducetur. Elbinga autem cum ſuis fortalicijs vbi Tractatus modernus plenaria Serñmi Regis Poloniæ ratificatione confirmatus & per Reipublicæ Comitiali authoritate Delegatos pro futuro Conuentu ratificatus fuerit, quadriduo poſt ipſam ratificationum Commutationem, ſine contradictione euacuabitur; & in manus Sereñmi Regis Poloniæ Eiuſq́; Commiſſariorum tradetur. Bauſlium etiam, vti & reliqua, ſi quæ ſint in Suecorum poteſtate loca in Curlandia, præſidijs Sueticis euacuabuntur intra octiduum, poſtquam notitia ad Generalem Exercituũ in Liuonia, vel in abſentia eius, ad eius locum tenentem peruenerit de ſubſcripto Tractatu, quæ notitia per Tubicines vtriuſq́; Partis coniunctim Rigam deferetur.

2. §. DEductio militiæ Suedicæ vnà cum bellicis tormentis maioribus & minoribus, iuxta factam hîc conuentionem, necnon cum impedimentis, fiet Elbinga, di-

nerſis

951
940

uerſis vicibus, intra tamen definitum tempus permutationis Ratificationũ, & Euacuationis Elbingæ, dato eidem libero & innoxio tranſitu per Habum ad Portum Pilauienſẽ, & inde ad naues proprias, quas milites cõſcenſuri, & ad ditiones Sueticas ituri ſunt. Imponetur autem dicta militia circa deductionem Nauibꝰ Elbinganis, & ſi illæ non ſufficiant, tum nauibus adiacentium territoriorũ aliorum ſine aliquo pretio. Communicabit etiam Præfectus militiæ Sueticæ & conueniet cum Præfecto militiæ Electoralis, aut eius locũtenente, de modo tranſitus per dictum Portum Pilauienſem, Et fiat de cætero eiuſmodi deductio ſine damno & noxa ſubditorum in Pruſſia, tam Polonicorum, quàm Electoralium. Quòd ſi per periculum belli maritimò itineri militia ſeſe committere tutò nequeat, liber illi & innoxius tranſitus, per terram, quàm breuiſſimo itinere, in ditiones Iuris Suetici proximas, ſine damno Incolarum Reipublicæ Polonæ, & Sereñmo Electori Brandeburgico ſubiectorum, deducentibus Commiſſarijs Sereniſſimorum, Regis Poloniæ & Electoris Brandeburgici, concedi debet. Iuſtitia verò per Præfectos indilata bonâ fide adminiſtretur, damna & iniuriam paſſis.

3. §. SI cui, aut quibus in Ciuitatibus Pruſſiæ euacuandis, earumq; Territorijs non placuerit manere, ſed mutato domicilio aliò ſe conferre, ijs liberũ ſit in ſpacio trium abhinc annorum ſua diuendere, alijs elocare, aut pro ſuo libitu diſtrahere, ſine vllo impedimento aut onere, ſub quocunq; prætextu imponendo, ſaluis antiquis Ciuitatum Iuribus & Priuilegijs.

VIII.

QVidquid in Polonia & Magno Ducatu Lithuaniæ Prouincijſq; annexis in ijſq; Curlandia per hoc bellum Sereniſſimo Regi Regnoq; Sueciæ Eorumq; Ducibus, ac Legatis, vel à priuatis, vel à Communitatibus, Exercitibus, Pro-

Prouincijs per neceſſitatem belli vel aliter datum eſt, quocunq; titulo, Diplomatum, obligationum & Literarum, Inſtrumentorum & Actorum publicorum; Ea omnia authographa, quæ ſuperſunt, Sereniſſimo Regi & Regipublicæ Polonæ, Duciq; Curlandiæ circa Patificationum commutationem bonâ fide extradentur. Quodſi naufragio abſorpta ſint, vel alio modo perierint, omnia eiuſmodi ſcripta, actaq; priuata & publica ex nunc caſſantur, annihilantur, & eliminantur; Nihilq; exinde Reges Regnumq; Sueciæ in Prouincias, Exercitus, Diſtrictus, vel Priuatos in Polonia, Magno Ducatu Lithaniæ, & Prouincijs, illis annexis vel ſubiectis, in ſpecie etiam Curlandia & Diſtrictu Piltenſi Iuris prætendere velle aut poſſe, omni meliori modo declaratur.

IX.

RESTITUENTUR quoq; à Parte Suecorum omnia Archiua, Acta publica, Caſtrenſia, Iuridica Eccleſiaſtica, necnon Bibliotheca Regia, quæ ex Regno Poloniæ & Magno Ducatu Lithuaniæ auecta, & quorum copia haberi poteſt. Idq; intra tempus commutationis Ratificationum, vel ad ſummum intra tres menſes à facta commutatione.

X.

OBligationes atq; recognitiones, ſi quæ ſunt ab Illuſtriſſimo Curlandiæ & Semigalliæ Duce, aut Incolis Curlandiæ & Semigalliæ Diſtrictuſq; Piltenſis extortæ per Suecos, aut viceuerſa à Suecis per Polonos, in totum caſſantur, nullumq; habere pondus declarantur.

XI.

DEbita inter vtriuſq; Partis ſubditos & Incolas, tum etiam à Ducibus & Officiarijs belli vbicunq; contracta, vtrinq; bonâ fide ſoluentur; ſi quæ verò hoc bello vltimo, Obligationes, & recognitiones extortæ ab vtrinq; ſint, in totum caſſantur, nullumq; pondus habere daclarantur.

952
944

XII.

DEpoſita, aliaq; bona mobilia, vbicunq; reperiuntur, & Fiſco nondum adiudicata, bonâ fide proprijs Dominis reſtituantur. Nemo autem tenebitur ad eorum refuſionem, quæ Fiſco adiudicata & extradita ſunt, præſtandam.

XIII.

TOrmenta bellica maiora minoraq;, in Polonia, Magno Ducatu Lithuaniæ, Pruſſia, Curlandia, cæteriſq; annexis Prouincijs, à Suecis capta, ſiue ſint Reipublicæ, ſiue priuatorum, ſiuè Ciuitatum, quæcunq; in locis euacuandis reperientur, exactè relinquentur. Quæ verò ex Suecia inuecta ſunt in Poloniam, Lith: Pruſſiam, Curlandiam, liberum erit Sueciæ, ſine vlla prætenſione, ſecum auferre. Tranſactioni quoq; deditionis Thoruniæ, quod adhuc reſtat hac in re ſatisfiet.

XIV.

§. 1. QVicunq; hoc bello ab vtrinq; inter Suecos, Polonos, & Lithuanos in quocunq; loco capti ſunt, cuiuſcunq; conditionis ac ſtatus, liberè & ſine vllo ſoluto pretio, niſi aliter ante hunc Tractatum ab ipſis conuentum fuerit, dimittentur, priſtinæq; libertati reſtituentur, ſolutis tamen impenſis Officiariorum in vitam eorum factis, & debitis in captiuitate ab eis contractis. Cæterum captiuis quoq; annumerandi, & ab vtraq; Parte reſtituendi ſunt, qui inuiti militiæ alterius Partis nomina dederunt. Omnes verò ſupradicti qui quidẽ in Polonia, Magno Ducatu Lith: Pruſſia Regali, vtraq; Liuonia aut Curlandia detinentur, intra tres ſeptimanas à ſubſcripto moderno Tractatu, illi autem qui extra Poloniam, Lithu: Liuonias & Curlandiam detinentur, intra tres Menſes libertati reſtituantur. Quod autem de Lytri conuenti ſolutione hîc ſupradictum eſt, tantùm locum habebit, in maioribus Officiarijs, vt pote de Generalibus, Tribunis, Tribunorum locum teſnentibus, & Capitaneis.

§. 2.

§. 2. SAcræ Regia Maieſtas & Regni Poloniæ Magnuſq; Ducatus Lithuaniæ, id Paci huic perpetuæ dúdum cenſuerunt, vt authoritatem & Officia ſua interponant, apud Chamum Ordaſq; Tartarorum, quò ſine lytro captiui in Tartaria Suetici, intra ſex abhinc Menſes inde dimittantur, dimiſſi verò per Regnum Poloniæ Magnumq; Ducatum Lith: annexaſq; ijs Prouincias, liberè ac tutò tranſeant, & benignè habiti, ad Prouincias ac ditiones Iuris Suetici promoueantur.

XV.

§. 1. COmmercia priſtina ſint libera & non impedita inter vtrumq; Regnum Poloniæ, Magnumq; Ducatum Lith: & Sueciæ, ſubiectaſq; illis Prouincias, ſubditos & Incolas tam terrâ, quàm mari, & in veteri vſu atq; exercitio, quo fuerunt tempore Induciarum, conſeruentur. Inprimis ſit liberum Commerciorum exercitium, liberaq; defluitatio Mercium per Fluuium Dunam & Bulderauiam, ſubditis & Incolis Regni Poloniæ Magniq; Ducatus Lith: & Poloniæ, Liuoniæ Curlandiæq; ac Semigalliæ, cum ſubditis Incolis ſuè Liuoniæ Sueticæ; & viceuerſa ſubditis Incoliſq; Regni Sueciæ & Liuoniæ Sueticæ ſit liber commerciorum vſus per eadem flumina, cum ſubditis Incoliſq; Poloniæ, Lith: Liuoniæ Polonicæ & Curlandiæ, Semigalliæq;. Theloneorum verò & Vectigalium in flumine Duna & Bulderauia, vt & Maritimorum ac Terreſtrium in Liuonia, eadem ratio & in ijſdem tantùm locis ab vtraq; Parte in poſterum ſit, vti & vbi tempore induciarum, & ante hoc bellum vltimum fuit.

§. 2. MAioris quoq; Poloniæ Incolæ cuiuſcunq; conditionis ſint, ſiue terrâ, ſiue aquâ commercia ſua exercentes, nullis nouis theloneis & gabellis Stetini onerabuntur.

953
942

§. 3. Ciuitas quoq; Gedanenſis, & aliæ Pruſſiæ Ciuitates, in Regno Sueciæ & Subiectis Prouincijs alijs, gaudeant ea libertate Commerciorum & vectigalium, quâ gauiſæ ſunt ante hoc nouiſſimum bellum.

XVI.

DOminus Comes Königſmarckius Campi Mareſchalcus Sueciæ abſq; vlla protractione intra ſex ſeptimanarum ſpatium à die quinta Aprilis ſtyli noui Dantiſcum modo decenti ſiſtetur. Inde verò intra dies quatuordecim, vbi modernus Tractatus ſubſcriptus fuerit, eliberabitur. ante reſtitutionẽ autem plenariã peculiari Reuerſalium Diplomate caueat de non offendendo & vindicando aliquid contra Sacram Regiam Maieſt: Regnumq; Poloniæ & ſpecialiter Ciuitatem Gedanenſem, ſalua tamen debitâ Regibus Regnoq; Sueciæ obedientia & fide.

XVII.

SEreniſſimus Rex & Reſpublica Poloniæ Illuſtriſſimæ Principis Annæ Mariæ defuncti Illuſtr: Ducis Ianuſſij Radziuilij Palatini Vilnenſis Supremi Exercituum Magni Ducatus Lith: Ducis vnicæ Filiæ in adeundis, ſecundum Legitimas conſuetudines Regni & Magni Ducatus Lith: hereditatibus & bonis paternis ac maternis, vigore Generalis Amniſtiæ præſenti conuentione omnibus cautæ, vt ei ſatisfiat, condignam rationem habituri ſunt.

XVIII.

DEmortuorum belli Ducum atq; Officialium aliorum corpora ſiuè in Polonia ſiue in Pruſſia adhuc inhumata & nonnullis in locis aſſeruata ſunt, tradentur & non denegabuntur ijs, quibus cura mandabitur ea inde deducendi. Quorum autem cadauera tum in priori tum hoc vltimo bello humata ſunt in Elbingenſi, Mariæburgenſi, & alijs in Pruſſia, & Polonia templis, intacta iaceant, ac Sepulchra eorum ab omni violatione & inquietudine ſint immunia.

XIX.

DE Domini Ducis Croiani deſiderio ratione debitorum apud Rempublicam Polonam, ita conuentum eſt, vt prædictus Dominus Dux Ius ſuum Originalium Obligationum productione doceat in proximè futuris Comitijs Regni Generalibus, ibidemq́, debita ratio eius habeatur, Saluo quoq; Iure Illuſtriſſimi Ducis Curlandiæ, ſiqud eidem adpræfatas Summas pecuniarias competierit.

XX.

QVo ad Dominorum Comitum à Dona poſtulatum & debitum apud Rempublicam Poloniæ, in quantum illud liquidare poterit, uſta eorũ ratio in futuris Comitijs Regni habebitur.

XXI

Habebitur quoq́; æ qua ratio à Suecia Dñi Baronis Sigiſmundi a Güldenſtern, quo ad bona in Regno Sueciæ, vel illi ſubiectis Prouincijs prætenſa.

XXII.

1. §. EAdem ſimiliter Pax, Amicitia, Amniſtia & præteritorum omnium perpetua obliuio, ſub iiſdem clauſulis & vinculis in hocce Inſtrumento contentis, vigeat, & in perpetuum ſtabilita ſit, inter Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum Dñum LEOPOLDVM Electum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Regem, Archiducem Auſtriæ &c. &c. &c. Præcipuum Poloniæ Fæderatum, belliq; Socium, nec non eius heredes ac Succeſſores, Regna & ſubiectas Prouincias, tam in, quàm extra Imperium Romanum, Eorumq́; ſubditos & Incolas, ac Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem ac Dominum Dñm CAROLVM Suecorum, Gottorum, Vandalorumq́; Regem, Magnum Principem Finlandiæ &c. &c. &c. eiuſq; he-

redes

954
143

redes ac Succeſſores Reges Regnumq; Sueciæ, & Subie-ctas Prouincias, tum in Imperio Germanico, tum extra il-lud ſitas, eorumq; ſubditos & Incolas, ita vt quidquid vel ante hoc bellum, vel illo durante, ſiue in Polonia, ſiue ex-tra illam, ſeu ratione auxilij Sereniſſimo Regi ac Reipub: Poloniæ præſtiti, ſiue quauis alia de cauſa, mutuæ offenſio-nis atq; inimicitiarum aut Prætenſionum oriri potuit, per-petuæ obliuioni tradatur. Neutriq; Parti quocunq; præ-textu licitum ſit, alterius Regna, Status, aut Prouincias, clam aut palam directè vel indirectè armis impetere, vel vllum in ipſas hoſtilitatis genus exercere, ſed alter alteri-us commoda ſectetur, & omnia inter vtramq; Partem ea-rumq; ſtatus ac ſubditos ad priſtinum prorſus ſtatum vnio-nem & fidam correſpondentiam reſtituta & redintegrata ſint, & nemini ex vtriuſq; partis ſubditis aut Imperij ſtati-bus, ac Vaſallis noxæ ſit aut præiudicio, quòd alterius par-tes hoc bello ſago vel toga fuerit ſectatus, ſed quicunq; ex ſola Cauſa huius belli, aut ſtatu ſuo decidiſſet, is in priſti-num ſtatum, in quo ante hoc bellum immediatè fuit, quo ad honores ac bona immobilia, nec non etiam quo ad bo-na mobilia, ſi Fiſcono ndum adiudicata & extradita ſint, in dilatè & ſine contradictione reſtituatur, ijsq; plenariè gau-deat ac fruatur.

2. §. VT autem firmioribus fundamentis hæc Pax & A-micitia ſtabiliri queat, Sacra Cæſarea Maieſt: loca omnia quæ in Pomerania & Megapoli occupata præſidijs ſuis inſidentur, Sereniſſimo Regi ac Regno Sueciæ, Ea verò quæ in Holſatia & Ducatu Sleuicienſi Duci Holſatiæ Gottorpienſi, qui præuia tamen Cautione de non vidican-do iuxta formulam de qua hic conuenit, hac Pace conſenſu Partium incluſus cenſebitur, reſtituet plenariè cum tormen-tis bellicis ipſorum proprijs, re armamentaria, cæteroq; ap-paratu bellico, nec non mobilibus cuiuſcũq; generis, item Actis Cancellariæ, Archiuis, ac literarijs documentis pro-

ut ea

ut ea omnia tempore occupationis vel deditionis inibi reperta ſunt, & adhuc non diſtracta extant. Quæ euacuatio fiet locorum ſcilicet Pomeraniæ & Megapoleos, exceptis Vollino, Damm & Grifenhagen, intra duas ſeptimanas à die permutationis ratihabitationum computandas, quo tempore Elbinga quoq; Poloniæ reſtituetur. Vollinium verò Damm Grifenhagen, nec non loca Holſatiæ & Ducatus Sleſuicenſis, intra alias duas ſequentes hebdomadas à die ſupramemoratæ permutationis, euacuabũtur, deductis eodem tempore è dictis locis Præſidiarijs militibus, & è Prouincijs ad Sacram Regiam Maieſt. Regnumq; Sueciæ Duces Megapolitanos & Ducem Holſatiæ Sleſuicienſem ſpectantibus, Copijs omnibus ea ratione & modo, de quo inter Generales vtriuſq; Partis vel eorum locumtenentes, intra tempus ratihabitionib⁹ commutãdis præfinitum, conuẽtum fuerit.

3. §. CÆterorum quidquid circa res Imperij controuerſiæ interceſſerit iuxta Imperij & Pacis Germanicæ leges, abſq; ſtrepitu armorum componetur aut decidetur, & ſtabitur ab vtraq; parte per omnia diſpoſitioni Pactorum Oſnabrugenſium & Conſtitutionibus Imperij.

XXIII.

1. §. SImiliter tam à Parte Sereniſſimi Imperatoris quàm Sereniſſimi Regis Sueciæ captiui huius belli cuiuſcunq; ſint Conditionis ac Status, liberè & ſine ſoluto vllo preto ſeu lytro, niſi aliter ante ſubſcriptum Tractatum ab ipſis conuentum fuerit, intra ſpatium trium hebdomadarum à die ratihabitionis, dimittentur, & libertati priſtinæ ſolutis ab Officiarijs impẽſis in victũ eorum factis, & debitis in Captiuitate ab eis contractis, reſtituentur. Et Captiuis quoq; annumerandi & ab vtraq; Parte reſtituendi ſunt, qui inuiti ad danda alterius Partis militiæ nomina ſua adacti fuerunt. Quod autem de lytri conuenti ſolutione hîc ſupradictum eſt, tantùm locum habebit in maioribus Officiarijs,

vt poſt

955
944

vt pote Generalibus, Tribunis, Tribunorum locumtenentibus & Capitaneis.

XXIV.

1. §. SIt itidem Pax perpetua veraq; ac ſyncera amicitia inter Sereniſſimum ac Potentiſſimum Principem ac Dominum Doñm CAROLVM (titulus abbreuia &c). eius hæredes ſucceſſores ac poſteros Reges Regnumq; Sueciæ eiuſdemq; tam Imperio quàm extra illud ſitas Prouincias ſtatus ac ditiones, & Sereniſſimum Principem ac Dominũ Dñm FRIDERICVM VILHELMVM (titulus abbreuiatus) Poloniæ Fœderatum belliq; ſocium eiuſdemq; hæredes ac Succeſſores Prouincias ſtatus ac ditiones, in & extra Imperiũ Romanum ſitus, ita vt alter alterius honorem, commodum, & vtilitatem, ſincere ſerioq; in perpetuum promoueat.

2. §. Pacta verò & Fœdera omnia, quæ partes Paciſcentes inter ſe vel cum alijs Principibus ac ſtatibus vtrinq; ſancita habent, quo ad omnia ſua Puncta, clauſulas, & Articulos, integra & in pleno robore ſuo permaneant, ita tamen vt per ea præſens Tranſactio Pacis nullum præiudicium patiatur.

5. §. Sit etiam vtrinq; Amniſtia, & præteritorum omnium perpetua obliuio, ita vt quidquid hactenus quocunq; loco & quauis de cauſa, ſiue in Imperio Romano, ſiue extra illud, ab alterutra Partium, vel ſub earum Imperio, poteſtateq; exiſtentibus, abſq; vllo perſonarum rerumq; reſpectu geſtum vel admiſſum fuerit, nullo prætextu via Iuris vel facti, directè vel per indirectum à neutra parte vnquam vindicari poſſit. Et nec horum nec vllius alterius rei cauſa vel prætextu alter alteri poſthac quicquam hoſtilitis aut inimicitiæ, vel etiam quo ad Miniſtros, Officiarios, aliosq; Incolas ac ſubditos, Statum, bona, vel ſecuritatẽ per ſe vel per alios, clàm vel palàm inferat vel inferri faciat.

4. ſ. Nemini quoq; ex vtriuſq; Partis ſubditis aut Vaſſalis, cuiuſcunq; conditionis & Dignitatis fuerit, noxæ ſit aut præiudicio, quòd alterius Partes hoc bello ſago vel toga fuerit ſectatus, ſed quicunque ex ſola cauſa huius belli de ſuis Poſſeſſionibus decidiſſet, in priſtinum Statum, in quo ante hoc bellum immediate fuit, quo ad honores ac bona immobilia, nec non etiam quoad Mobilia bona, ſi hæc bona mobilia Fiſco nondū adiudicata, & extradita, aut aliàs diſtracta ſint, indilate & ſine vlla contradictione reſtituatur, ijsq; plenariè gaudeat ac fruatur. Atq; proinde & Campi Marshalco Comiti à Konigſmarg, vt & Campi Marſchalci Comitis Witembergij heredibus, bona immobilia quæ in Ditionibus ſuæ Serenitatis Electoralis vbicunq; locorum ante hoc bellum poſſederunt, in eo ſtatu, quo nunc ſunt, reſtituantur, vigore huius Amniſtiæ atq; eo Iure tenenda, quo ante bellum hoc exortum ea tenuerunt ac poſſederunt.

XXV.

ET ne occaſione anteactorum lis & diſſidium aliquod oriri poſſit, Sacra Regia Maieſt: Sueciæ, pro ſe heredibus ac Succeſſoribus ſuis Regibus Regnoq; Sueciæ, virtute huius Inſtrumenti Pacis, quàm fieri poteſt validiſſimè in perpetuum & irreuocabiliter renunciat, Pactis, quæ die 7/17 Iunuarij Anno 1656. Regiomonti, item 15. 25 ſupradicti Anni Mariæburgi, tam quæ 10 20 Nouembris eodem Anno 1656. Labrauiæ, inter Sereniſſimum Sueciæ Regem glorioſæ memoriæ nuper defunctū, & ſuā Serenitē Electoralem confecta ſunt, vt & alijs omnibus Conuentionibus quæ illis adiectæ aut ſeparatim quocunq; modo durante hoc bellò Polonico eiuſq; reſpectu initæ ſunt, atq; ea omnia & ſingula in omnibus & ſingulis Clauſulis, Conditionibus, & Articulis ſuis irrita & nulla pronunciat, omnemq; ipſis vim vigorem & effectum hoc ipſo & virtute huius Pacti penitùs & in æternum detrahit, Ita vt contra ſuam Sereni-

956

renitatem Electoralem Brandeburgicam, eiuſq; heredes Agnatos, Succeſſores, Prouincias vbicunq; locorum ſitas, & in ſpecie in Ducatum Pruſſiæ atq; eiuſdem Ordines & Incolas, aut contra Sacram Regiam Maieſt: eiuſdemq; Succeſſores Reges Regnumq; Poloniæ, ex nominatis & indigitatis ſupra Pactis & Conuentionibus abolitis, nunc & in poſterũ, ſiue ſucceſſionis in Pruſſiam, ſiue vnionis aut quocunq; alio prætextu vel cauſa, nomine Regis, Regum, heredum, ac ſucceſſorum, & Regni Sueciæ, nihil vnquam allegari, prætendi, aut poſtulari poſſit, aut debeat. Quare præmemoratorũ Pactorum & conuentionũ originalia cùm retradi non potuerint, hoc ipſo pro retraditis, ſciſſis, & in cineres redactis habentur, atq; in æternum habebuntur. Quemadmodum & Sereniſſimus Elector Brandeburgicus in Pruſſia Dux quàm fieri poteſt validiſſimè in perpetuum & irreuocabiliter vigore huius Inſtrumenti Pacis, pro ſe heredibuſq; ac ſucceſſoribus ſuis profitetur, nihil vel ſe, vel heredes ac poſteros ſuos ex prædictis Pactis aut Conuentionibus contra Sacram Regiam Maieſt: Regnumq; Sueciæ prætenſuros, ſed ſua Serenitas Electoralis pro ſe heredibuſq; ac ſucceſſoribus ſuis hoc ipſo & virtute huius Pacti, ſupramemoratis Pactis omnibus iam abolitis renunciat, & eadem omnia pro retraditis, ſciſſis & in cineres redactis nunc & in æternum declarat, & irrita ac nulla pronunciat, omnemq; ipſis vim, vigorem & effectum penitùs & in æternum detrahit.

XXVI.

SEreniſſimus Elector Brandeburgicus loca omnia quæ in Pomerania hoc bello occupata præſidijs ſuis inſidentur, Sacræ Regiæ Maieſt: & Regno Sueciæ, Ea verò quæ in Holſatia & Ducatu Sleſuicienſi Celſiſſimo Principi & Duci Holſatiæ Gottorpienſi, quipræuià tamen cautione de non vindicando iuxta formulam, de qua hîc con-

uenit, hac Pace conſenſu Partium incluſus cenſebitur. reſtituet, plenariè cum tormentis bellicis Ipſorum proprijs, re armamentaria, cæteroq; apparatu bellico, nec non mobilibus cuiuſcunq; generis, item Actis Cancellariæ, Archiuis, & Literarijs Documentis, prout ea omnia tempore occupationis vel deditionis inibi reperta, & adhuc non diſtracta extant. Quæ euacuatio fiet locorum ſcilicet Pomeraniæ exceptis Wollino Damm & Griffenhagen, intra duas ſeptimanas à die permutationis ratihabitionum computandas, quo tempore quoq; Elbinga reſtituetur. Vollinum verò Damm & Griffenhagen, nec non loca Holſatiæ & Ducatus Sleſuicienſis, intra alias demum ſequentes ſeptimanas duas à die ſupramemoratæ reſtitutionis, euacuabūtur, deductis eodem tempore, è dictis locis, Præſidiarijs militibus & Prouincijs ad Sacram Reg: Maieſt: Regnumq; Sueciæ ac Ducem Holſatiæ & Sleſuici Regentem ſpectantibus, Copijs omnibus, ea ratione & modo, de quo inter Generales vtriuſq; Partis vel eorum locumtenentes intra tempus ratihabitionibus commutandis præfinitum, conuentum fuerit. Ita tamen ne in præmemoratis reſtituendis & euacuandis locis vel communitatibus, qui Præſidia Electoralia habuerunt, aut quouis modo hoc bello in ſuæ Serenitis fide & poteſtate fuerunt, vel cuiquam priuato quod Suā Serenī: ſecutus fuerit, vlla ratione noxæ fraudiq; ſit, vel alia in re quo ad priſtina Iura Priuilegia, Bona, Feuda, & libertates illi competentes abſq; exceptione vel reſeruatione præiudicet.

XXVII.

CAptiui huiuſce belli cuiuſcunq; Conditionis & ſtatus, liberi, & ſine vllo ſolutò pretiò ſeu lytro, niſi aliter ante ſubſcriptū Tractatū ab ipſis conuentū fuerit, intra ſpatium trium hebdomadarum à die ratificationis dimittentur, priſtinæq; libertati reſtituentur, ſolutis tamen ab Officiarijs impenſis in victum eorum factis, & debitis ab eis in Capti-

957
946

nitate contractis Cæterum Captiuis quoq; annumerandi & ab vtraq; parte reſtituendi ſunt, qui inuiti militiæ alterius Partis nomina dederunt.

XXVIII.

DEbita inter vtriuſq; Partis ſubditos & Incolas tum etiam a Ducibus & Officiarijs belli vbicũq; cõtracta ab vtrinq; bona fide ſoluentur; ſi quæ verò hoc bello vltimò obligationes & recognitiones extortæ abutrinq; ſint, in totum caſſantur, nullumq; habere pondus declarantur.

XXIX.

INter Sacræ Regiæ Maieſtatis Sueciæ & ſuæ Serenitatis Electoralis Brandeburgicæ Regni, Prouinciarum, Statuum, Ditionum tam in Imperio Romano, quàm extra illud ſitarum ſubditos & Incolas priſtina reſtituantur commercia, atq; in poſterum in pleno vigore conſeruentur,

XXX.

SI quæ bona a ſuæ Serenitatis Electoralis Subditis, vel eiuſdẽ Ditionum Incolis in Regiæ Suæ Maieſtatis Sueciæ Regno, Prouincijs, Ditionibus, aut locis Occupatis & hactenus Poſſeſſis, antè vel ſub tempus huiuſce belli depoſita, vel alio quocunq; modo eò delata ſunt, ea ſine vlla mora, vel effugijs, dominis ſuis reſtituantur, niſi iam Fiſco adiudicata atq; extradita fuerint.

XXXI.

CVm verò ad ſtabilitatem huius Pacis plurimùm interſit, vt vniuerſaliter componatur, & inter omnes belli huius Socios ſecuritati Commerciorum plenè proſpiciatur: Ideò licèt Controuerſiæ, quæ Sereñmo Regi Reguoq; Sueciæ cum Serñmo Rege Daniæ intercedunt, hîc commodè decidi non potuerint, & in ipſa Dania cum ſpe ſucceſſus tractetur; Nihilominus conuentum eſt, vt Sereniſſimus Daniæ &

Nouer-

Nouergiæ Rex, eiuſq; Regna ac Dictiones, in hoc Tractatu, concluſa in Dania Pace, comprehendantur, ita vt ea omnia, quæ inter altememoratos Sueciæ & Daniæ Reges concluſa & conſtituta fuerint, ad hanc Pacem pariter, ac ſi in hoc Inſtrumento ſpecificè inſerta forent, pertinere cenſeantur, ſaluo per omnia ipſo Tractatu in Dania inter vtroſq; Reges & Regna concluſo vel concludendo.

XXXII.

CEſſent omnes hoſtilitatis Actus inter Partes Paciſcentes omnes tum Principales, tum Fæderatas, earumq; exercitus à die concluſæ & ſubſcriptæ huius Pacis cõputando in Pruſſia tam Regali quàm Ducali, exactis quatuor, in Pomerania & Megapoli duodecim, in Curlandia & Liuonia quatuordecim, & in Holſatia & Sleſuicienſi Ducatu exactis viginti diebus. Eodem quoq; die in ſingulis præmemoratis locis negotiationes quæuis priſtino vſui reſtituantur, & Literarum commercia libera ſint.

2. §. Generales Præſidij Elbingenſis in Pruſſia, ac tam Cæſarei quàm Electorales in Pomerania, poſt acceptam huius armorum Ceſſationis intimationem, exactam curam adhibebunt, vt vſq; ad finalem Pacis executionem militis ſuſtentatio non ampliùs exigatur more hoſtili, nec vltra iuſtam & neceſſariam alimentationem Prouinciæ ipſorum armis inſeſſæ aggrauentur; In quem finẽ Commiſſarij à Partibus deputabuntur qui curam ſedulam habeant, ne exorbitantiæ contra hanc Conuentionem fiant.

XXXIII.

DEniq; omnium belligerantium in Imperio Partium, Copiæ & Exercitus poſt reſtitutionem locorum ab omnibus Partibus Paciſcentibus dimittantur, & exauctorentur, eo tantùm numero in ſuos cuiuſcũq; proprios ſtatus traducto, quem quæq; Pars pro ſua ſecuritate iudicauerit neceſſarium

XXXIV.

958

947

XXXIV.

1. §. QVò firmior ſtabilior & ſecurior Pax hæc coaleſcat & ab omni parte intemerata duret, promittunt ſupra memoratæ Partes Paciſcentes omnes tam Principales quàm Fœderatæ, ſe hanc Tranſactionem & Pacem, omneſq; eius Articulos, capita & Clauſulas, ſanctè & inuiolabiliter ſeruare velle & debere, & ne in poſterum violari queat ſe inuicem ad Generalem Garantiam & euictionem mutuam, ac defenſionem reciprocam omni exparte obſtringunt hiſce quàm fieri poteſt firmiſſimè ſpondentes, vt ſi contingat vnam Partem ab altera, vel plures à pluribus, terra vel mari bello contra hanc Pacificationem impeti, aggreſſor ipſo facto pro infractore huius Pacis ab omnibus habeatur, eiuſdemq; beneficio excidat. Et tum altera reliquæq; Paciſcentium Partes, Parti læſæ ad ſummum intra duos menſes à requiſitione Partis læſæ, eidem communibus armis aſſiſtere, & bellum tam diu contra aggreſſorem proſequi, donec Pax Communi omnium Partium conſenſu reſtituta fuerit, inuicem teneantur.

2. §. SI verò contingat vnam Partem ab altera, vel plures à pluribus graui aliquâ iniuriâ citra tamen vim armorum vexari, non licebit ideò læſo ad arma ſubitò recurrere, ſed antè amicabilis componēdarū huiuſmodi controuerſiarum ratio ineunda erit, videlicet vt Læſus acceptâ iniuriâ ſi immediatè cum lædente conuenire nequeat, alios Paciſcentes moneat, & Commiſſio Generalis omnium Paciſcentium nomine inſtituatur ad læſi confinia intra ſpatium quatuor menſium inquo inter Deputatos vtrinq; Cōmiſſarios negotium diſcutiatur, & ſi poſſibile erit, intra quatuor ad ſummum alios menſes terminetur

3. §. SI verò lædentem refractarium ad æqua quæ proponentur media deprehenderint, tunc læſis licebit, facta tamen priùs legitima belli denunciatione, Ius ſuum armis proſequi, & bellum vt ſupra Statutū eſt, lædenti inferre.

4. §. QVod ſi verò turbationes vi contrarijſue actibus recundãtur ſolummodo tuendorum limitum cauſa, actus eiuſmodi prouiolatione Pacis non reputabuntur, ipſa autem ſuper Limitibus controuerſia citra vim armorum terminetur.

XXXV.

PActa hæc ratihabeantur à Sereniſſimo Rege Poloniæ nec non Republica Polona eiuſq; Fæderatis ab vna, & Sereniſſimo Rege Succiæ ab altera Parte, qua de re ad modum ſequentem conuenit.

Primò. Inſtrumentum huius Pacis manibus ac Sigillis Dominorum Commiſſariorũ vt vtriuſq; Pactis, tum & Excellentiſſimi Doñi Legati Mediatoris ſubſcribatur & inuicem tradatur & commutetur.

Secundò Sereniſſimus Rex Poloniæ eadem Pacta illico à ſubſcriptione & ſignatione Dominorum Commiſſariorum Polonicorum diplomate ratificationis in forma conuenta, confirmet, atq; exnunc aſſecurationem ſuam interponat ſubſequuturam intra ſpatium ad ſummum trium menſium computandorum à ſubſcriptione huius Inſtrumento Pacis plenariam eiuſdem Regiæ Maieſt: ratificationem cum integra inſertione Inſtrumenti Pacis, concluſa ad formulam inter vtriuſq; Partis Commiſſarios conuentam.

Tertiò. Sereniſſimus Rex Succiæ ſolenni Inſtrumento hæc Pacta nomine ſuo & Regni Succiæ per ſubſcriptionem Sereniſſimæ Regiæ Matris ſuæ & Dominornm Regni Succiæ Adminiſtratorum in forma conuenta rata habeat.

Quartò. Domini Delegati ex Republica Polona lege Comitiali Añno 1659. Deputati nomine Reipublicæ hæc Pacta ſubſcriptione ſigillatione ſua approbent in futura Conuocatione intra tres menſes celebranda.

Quintò. Diplomata ratificationis tam Sacræ Regiæ Maieſtatis Poloniæ, quàm Deputatorũ Comitiali Lege delegatorum

959
945

corum in Proximis Comitijs, Conſtitutionibus & Volumini Legum Polonicarum inſerantur,

Sextò. Inſtrumenta hæc ſolẽnia ratificationis tum vtriuſq; Sereñmi Regis, tum dictorum Reipublicæ Delegatorum abambarum Partium Commiſſarijs intra ſpatium ad ſummum trium menſium à ſubſcriptione huius inſtrumenti Pacis computandorum, ad limites Territoriales inter Elbingam & Mariæburgum vtrinq; per Excellentiſſimum Doñũ Mediatorem à Partibus Paciſcentibus accipiantur, & ab eodem ipſo tempore inter partes commutentur.

Septimò. Vt Sacra Cæſarea Maieſt: & Sereniſſimus Elector Brandeburgicus ratihabitiones ſuas itidem tempore & loco eodem tradi faciant.

Octauò. Deniq; vt dicta Sereniſſimorum Regum & Reipublicæ Polonæ & eius Fæderatorum Inſtrumenta Ratificationum adconuentam & præſcriptam formulam, quo ad Titulaturam & Sigillationem aliaq; requiſita nulla voce aut ſyllaba immutata conficiantur, & reciprocè commutentur.

XXXVI.

CVm autem pro maiori ſecuritate huius Pacificationis tam Sereniſſimus & Potentiſſimus REX & Reſpublica Poloniæ, quàm Sereniſſimus & Potentiſſimus Rex Sueciæ, vt & Sereniſſimus Elector Brañeburgicus poſtularint vt Sereniſſimus ac Potentiſſimus Princeps ac Dominus Dominus LVDOVICVS XIV. Galliarum & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus, cuius ope ac ſtudio inter præmemoratos Sereniſſimos Reges & Sereniſſimum Electorem Brandeburgicum Pax promota, & Mediatione ad optatum finem perducta eſt, Executionis & obſeruationis illius inter eoſdem Fideiuſſor exiſteret, Sacra Regia Maieſtas Chriſtianiſſima poſtulationibus ac votis illorum annuens eodemq; animo Pacis huius perpetuitatẽ exoptans, quo eam procurauit, pro ſe ac Succeſſoribus ſuis Regibus Galliæ ſpondet ac promittit,

tit, idq; per Illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Dominum ANTONIVM de LVMBRES, Legatum ſuum plenarijs Mandatis ad hanc Guarantiam Cauendam inſtructum, ſe exutionem horum Pactorum eorumq; obſeruationem ac perpetuitatem inter eoſdem ſupranominatos Principes, omni meliori quo fieri poteſt modo, etiam armis, vbi amicabilia media non proceſſerint, aſſerturam. Et ſi quis eorum ſub hac Fideiuſſione comprehenſorũ illa violarit, arma vireſq; ſuas Parti læſæ ad eius requiſitionem iuncturam. Quod vt firmiùs omnibus conſtet, promittit Dominus Legatus Gallicus ſe Ratificationem Regis ſui, ſuper hãc Guarantiam eodem tempore quo ratihabitiones Pacis commutabuntur, extraditurum. Integrum quoq; erit Paciſcentibus omnibus eandem Chriſtianiſſimi Regis Guarantiam & Fideiuſſionem ſuſcipere, & alios quoq; tempore Ratihabitionis ad idem Officij Genus inuitare, & denominare Principes ac poteſtates.

XXXVII.

SI quis Regum, Principum, nec non Rerumpublicarum ac Statuum Amicorum hiſce Pactis à quacunq; Parte Paciſcentium includi voluerint, ſit ipſis eius facultas, modò ſe ad iſta intra ſex abhinc menſes declarauerint. Et id Conſenſu omnium Partium fiat.

IN quorum Omnium & ſingulorum fidem maiuſq; robur, omnium Partium Legati & Commiſſarij cum Illuſtriſſimo & Excellentiſſimo Dño Mediatore præſens Pacis Inſtrumentum & hoc quidem exemplar Sereniſſimi Regis & Reipubli-

960
949

cæ Poloniæ Atq́; Sereniſſimi Electoris Brandeburgici Legati ac Commiſſarij manibus ſigilliſq́; proprijs munierunt ac firmarunt. Datum Oliuæ Die Tertia Maij Anno Domini MilleſimoSexcenteſimo Sexageſimo.

IOANNES Comes de Leſzno Palatinus Poſnanienſis, Maioris Poloniæ Generalis Sereniſſimi Reg: Regniq́; Poloniæ Legatus Plenipotentiarius mpp.

IOANNES ANDREAS Morſtin de Raćiborſko Referendarius Regni Legatus Plenipotentiarius mpp.

CHRISTOPHORVS PAC Supremus CANCELLARIVS & LegatusPlenipotentiarius Mag : Ducat: Lithuaniæ mpp.

IOANNESGniñſki Succamerarius Pomeraniæ SereniſſimiRegis Regniq́; Poloniæ Legatus Plenipotentiarius mpp.

II